Pres. Francis McLennan

PROCOPII
CÆSARIENSIS
V. I.
ΑΝΕΚΔΟΤΑ.
ARCANA HISTORIA,
Qui est liber nonus Historiarum.

EX BIBLIOTHECA VATICANA
Nicolaus Alemannus protulit, Latinè reddidit.
Notis illustrauit.

Nunc primùm in lucem prodit triplici Indice locupletata.



LVGDVNI,
Sumpt. Andreæ Brugiotti Bibliopolæ Romani.
M. DC. XXIII.
Cum Priuilegiis Sac. Cæsar. Majest. Regis Christianiss. & Archid. Flandriæ.



Illustriss°. & Reuerendiss°.

D. D. LVDOVICO CARDINALI LVDOVISIO,

S. R. E. Camerario,

Nicolaus Alemannus F.

QVI publicum fauorem, siue Principum gratiam sibi conciliare nouarum rerum narrationibus consueuerunt, nihil opportunius, nihil magis ex vsu esse suo hac Historia fortasse credent, quam ex Vaticana Bibliotheca depromptam ad te, CARDINALIS AMPLISSIME, defero; vsque adeò rerum nouitate, variisque casibus ea referta est: verùm neque hæc ita noua

ſunt, vt acroamata quis eſſe putet, iucundum ſcilicet, ſed inutile animi delinimentum. Neque ego tuam ita quærere gratiam neceſſe habeo, qui eam ſingulari tuo beneficio longè antè tenere viſus ſim mihi, quàm vllis vel factis, vel obſequiis promeruerim. Neque tuus ille ſublimis animus, quem in grauiſſimis rebus nunquam non occupatiſſimum videmus omnes, nouis eiuſmodi rebus capitur, quibus vt alij capiantur otij ſuauitas potiùs concedit, quàm negotij ſeueritas. Eſt tamen hæc Hiſtoria à tuis Eccleſiaſticis curis non aliena. Nam Imperatoris Iuſtiniani (qui huiuſce libri eſt argumentum) in Sacerdotalem ordinem, in Summos ſacrorum Antiſtites, in rem Eccleſiæ publicam, ad hanc fermè diem mirati ſumus effuſam licentiam: & Cardinalis Baronius æqualis doctrinæ vir ac pietatis, cùm huius Imperatoris res in annales referret, vehementer etiam atque etiam hunc Procopij librum expetiuit, quod inde compertum fore putaret, Imperatoris Iuſtiniani mores qui fuerint, quod ingenium, quæ prudentia, quæ denique pietas; cùm non bonam de illo opinionem mouere videretur illa eius


in

in Ecclesiasticos licentia, quam in pium probúmque Principem cadere minimè posse & summus ille vir affirmabat, & boni omnes intelligunt. Hæc porrò in posterum Christiana Respublica mirari desinet, & quæ Iustinianum suspicere adhuc visa est, licèt despectura dehinc non sit, est tamen eius vicem, casúmque infelicissimum deploratura; cùm hîc lubricos videbit calles, viámque vitæ periculosam, quam Iustinianus ingressus à vera regiáque deflexit, ac demum ad petram Christum offendit, sibíque præcipitium parauit. Tantum ac tam illustre Iustiniani exemplum sub eius auspiciis in publicum prodire par est, qui in Ecclesiasticas ita curas incumbit, ita Sacerdotalem tuetur dignitatem, ita denique propagandæ Religioni studet, vt facere te omnes videmus, & publicè gratulamur. Nec dubito quin Baronius ad tui quempiam similem delatum hunc librum voluisset, si tum à se inueniri contigisset, cùm Apostolicum Bibliothecarium agebat. Nunc verò dum pro munere meo Vaticanam Bibliothecam perlustro, & optimos quosque libros, qui ad publicam vtili-

tatem edantur iuſſus perquiro, hic ſe mihi primus obtulit, quaſi non temerè ac fortuitò deliteſceret, ſed te patronum præſtolaretur. Hunc tibi tot nominibus debitum ego pro mea in te obſeruantia defero, do, & ſi qua pars hîc mea eſt, dedico.



INDEX



INDEX
AVTORVM QVI CITANTVR
IN NOTIS IN ARCANAM
PROCOPII HISTORIAM.

Quibus * asteriscus præfixus est, ij sunt Iustiniani & Procopij æquales.

A

Heribertus

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOs infrascripti sacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, nos librum inscriptum, *Procopij Cæsariensis V. I. Ἀνέκδοτα, Arcana Historia, qui est liber nonus Historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit*, &c. perlegisse, in quo nihil fidei orthodoxæ, Catholicæ, atque Apostolicæ contrarium animaduersum. Lugduni 3. Ianuarij 1623.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

Fr. CL. COCHET Dominic. familiæ Lugd. Alumnus & Prior.

R. D. D. Thomæ de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus inscriptum, *Procopij Cæsariensis V. I. Ἀνέκδοτα, Arcana Historia, qui est liber nonus Historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit*, &c. vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 20. Aprilis 1623.

MESCHATIN LA FAYE.

CONSENSVS.

EGo Aduocatus Regius, librum inscriptum, *Procopij Cæsariensis V. I. Ἀνέκδοτα, Arcana Historia, qui est liber nonus Historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit*, &c. in lucem emitti consentio. Datum Lugduni 28. Aprilis 1623..

BOLLIOVD.

PERMISSIO.

LIBRVM hunc, cui inscriptio est, *Procopij Cæsariensis V. I. Ἀνέκδοτα, Arcana Historia, qui est liber nonus Historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit*, &c. ab ANDREA BRVGIOTTI Bibliopola Romano in lucem dari permittimus, ac simul ne quis citra factam ei potestatem denuò excudat, interdicimus. Datum Lugduni 28. Aprilis 1623.

DE CHAPONAY.

Summa Priuilegij à Christianiſsimo Galliarum Rege conceſsi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos decem, à die impreſsionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione conetur librum, qui inſcribitur, *Procopij Cæſarienſis V. I.* Ἀνέκδοτα, *Arcana Hiſtoria, qui eſt liber nonus Hiſtoriarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit*, &c. præter ANDREAM BRVGIOTTI Bibliopolam Romanum, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare ſine conſenſu dicti ANDREÆ BRVGIOTTI. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſve pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſsis. Datum Pariſiis 30. Ianuarij 1623.

De mandato Regis.

Signatum Le BOSSV.

NICOLAI



NICOLAI ALEMANNI DE PROCOPIO, ET ARCANA eius Hiſtoria

IVDICIVM.

DE IVSTINIANO Imperatore, déque rebus ab illo geſtis ea vulgò eſt hominum opinio, vt quidquid ſecus affirmes, quàm de eo fama percrebuit, ſuſpicione id carere minimè videatur. Quare non ambigo, multos, qui hanc Hiſtoriam lecturi ſunt, ſtatim dubitaturos, num vera illa ſit, aut ſaltem ab odio ſincera, & à maleuolentia penitus integra.

Quamquam enim in confeſſo ſit apud omnes, neque vlla defendi excuſatione queat Iuſtiniani de Chriſto ſententia planè peruerſa, & ad religionis dogmata definienda, Eccleſiaſticáſque ſanciendas leges effuſa licentia, & in Romanos Pontifices Agapetum, atque Vigilium, alióſque Præſules ſæuitia: duo tamen illa huius Hiſtoriæ ſumma capita nullus temerè credat; ita moribus incompoſitum eum Principem, qui terrarum orbem ſanctiſſimis legibus temperauit; itáque Reipublicæ pernicioſum, qui tot vrbes, regna, prouincias, atque regiones Imperio Romano reſtituit; exteras, ac barbaras gentes aut omnino deleuit, aut repreſſit, aut denique in ſocietatem populi Romani adiunxit. Sanè poſt Conſtantini tempora Imperium Romanum penè corruens ita ſuſtinuit Iuſtinianus, vt cum antiquis Imperatoribus meritò comparari poſſit.

Enimuerò harum rerum duarum ſplendor in Iuſtiniano ſic enituit, vt quidquid culpæ, vel criminis in illo fuit, ea ſit occultatum claritate. De partis quidem victoriis, Imperióque Romano propagato nihil hîc attinet dicere, cùm ſola modò reliqua illorum memoria ſit. Conſtitutiones autem ab eo ſapientiſſimè conditę; vel veterum Imperatorum leges vno in Codice ordine diſtributæ; vel antiquorum Sapientum reſponſa ex immenſa congerie ſumma ſtudiorum facilitate ac breuitate digeſta; vel hæc eadem ad Inſtitutionis modum enucleata, eam Iuſtiniano gloriam pepererunt, vt vndecim iam & amplius hominum ætates eandem quaſi per manus acceperint, fouerint, & magis ac magis amplificauerint. Nec ſanè facilius Iuſtiniano quicquam fuit, quàm vel hanc ſolùm ob rem gloriæ ac nominis laude reliquos omnes Romanos Principes infra ſe ponere; cùm illi pro ſuorum quiſque facinorum præſtantia, in Romana Republica, velut in theatro, alius alio vel humiliore, vel editiore loco titulos, noménque ſibi ſtatuiſſe videantur; ipſe verò qui Romanis legibus ſuum præfixit, eminentiſſimum locum, atque æternum inuenerit.

Quamobrem in tanto publici fauoris applauſu, ſiniſtri de eo rumores penè ſiluerunt, ac tanta gloriæ ac temporis diuturnitate omnis de illo ingrata memoria exoleuit. Exoleuit autem tum apud alios, tum apud eos præſertim, qui cùm dies noctéſque aſſidui cum Iuſtiniano ſint, eam de illius iuſtitia, temperantia, pietate, innocentia conceperunt animo opinionem, quæ non rebus ab eo geſtis, ad quas parum fortaſſis attendunt animum, reſpondeat; ſed quæ latis ab eo legibus conueniat; in quibus nihil ferè eſt, quod non ad abſolutam virtutis normam ſcriptum inueniant, & quaſi in imagine ſuis coloribus expreſſum contemplentur. Neque ipſis quidem aliter de Iuſtiniano ſentire præſtat, cuius commendationem non minimum ſuorum eſſe ſtudiorum ornamentum putant. Scilicet Iuriſconſultos Procopij hæc offendet hiſtoria; nec tamen omnes paſſim, vt arbitror, ſed eos duntaxat, qui minus antiqua litterarum monumenta pertractarint. Nam etſi modò in magna priſcæ hiſtoriæ penuria, tenebríſque verſemur, multíque rerum à Iuſtiniano geſtarum Scriptores deſiderentur, nempe illi Procopij æquales, Heſychius Mileſius, Ioannes Lydius, Theophanes Byzantius, Menander Protector, Paulus Florus, Ioannes Antiochenus, Plutarchus Iuſtiniano à ſecretis, & alij plerique; ſuperſunt tamen Græci, Latiníque eiuſdem ætatis graues Hiſtorici, qui Procopio dant præclariſſimum in iis quæ narrat, teſtimonium; quamquam Principum obtrectationibus ſui quiſque periculi formidine abſtinere ſoleat. Euagrius Epiphaneus Scholaſticus deteſtatur Iuſtiniani profundam auaritiam, rerum alienarum rapinas, ſubiectorum cuiuſuis ordinis vexationes; quas & longè diuerſis artibus ille comminiſcebatur, & impudentiſſimis nonnunquam meretricibus adminiſtris in ditiſſimos quoſque parabat. Addit, Magiſtratus, Præfecturas, Officiáque ab eodem pretio diuendita: Eccleſias, Noſocomia,

Mona

Monasteria, & alia id genus ædificia ex priuatorum exuuiis ab illo excitata. Venetorum ita fouisse factionē affirmat, vt Prasinos impunè contrucidandos iis permitteret, eorúmque licentia cædibus, rapinis, incendiis omnia cōpleret; Magistratus verò qui in Venetos egissent ex lege, capite dānaret. Nempe hæc summa est eorum, quæ Procopius in hac historia prosequitur: quamobrem Euagrij Scholastici verba hîc ideo præterimus, vt in ipso huiusce libri limine argumenti loco opportuniùs extent. Maiestatem Romanæ Reipublicæ penè labefactatam initio quidem suæ dominationis non minima cum laude Iustinianus, vt dixi, sustentauit. Verùm vbi consenuit, adeò illi vires, animúsque defecit, vt, quemadmodum scribit Menander, non Persis modò, sed Hunnis, Abaribus, Saracenis, Cortiguris, aliísque Barbarorum populis tributarium fecerit Imperium Romanum. Hesychius Milesius Iustiniani leuitatem derisit, qui adulanti Triboniano fore crederet, vt in cœlum viuus surriperetur. De illius fraudibus atque fallaciis vberiùs quàm Procopius scripsit Agathias Myrrhinæus; nam & artes, & epistolarum exempla profert, quibus Hunnorum Ducibus ad inuidiam & odia excitatis, & ad ciuilia bella crudelissimo dissidio inflammatis, eam gentem penitus aboleuit. Nec siluit patrimoniorum & hæreditatum rapinas æquè in superstites liberos, ac in demortuos parentes, crudeles, iniustas, impias. Quare Iustinus successor apud Corippum,

——— Viuus patri qui substitit hæres,
Thesauros fidis priuatos ferre ministris
Imperat. ————————

Nam Corippus Africanus tam improuidus est Iustiniani, atque Iustini adulator, quàm leuis Poëta; in alterius enim laudibus exultans, alterius in vituperationem labitur incautus, vel potiùs adductus veritate. Gregorius Turonensis Iustiniani auaritiam à lectissima matrona Iuliana Anicia delusam luculenta narratione commemorat. Vitalianum V.C. Romanæ militiæ Magistrum, Iustiniani factione interemptum narrat Victor Tunnensis.

Is ipse, & Liberatus Africanus memoriæ prodiderunt eiusdem in vniuersum Ecclesiasticum ordinem, in Episcopos Orientis, & Africæ, in Romanos Pontifices sæuitiam & immanitatem. Contrà, Iustinianus sic Constantinopolitanorum Patriarcharū fastui ac supercilio blanditus est, vt Ioannes Scholasticus Cappadox, Iustiniano, à quo plurimùm diligebatur, Rempublicam administrante, primùm Oecumenici nomen sibi arrogarit, idémque ratum, gratúmque primus omnium Orientis Imperatorum habuerit, atque suis Constitutionibus Iustinianus inscripserit. Quamobrem Epiphanius, qui Ioanni successit, quidquid in Romanos Pontifices ausus & ipse foret, ita sibi facilem Iustinianum futurum, ab eóque sibi adeò nihil fore timendum intelligebat, vt Ioanni Ecclesiæ Romanæ Pontifici Byzantium appellenti loco cedere noluerit, víxque tandem (vt Marcellinus Iustiniani Cancellarius refert, ac Theo-

 phanes

phanes explicat) dextrum Ecclesiæ solium Pontifici Romano ægrè concesserit. Demum quod Constantinopolitani, & Chalcedonensis Concilij duobus illis ab Ecclesiæ Romanæ aduersariis decantatis Canonibus Byzantiorum Præsulum loci prærogatiua semper titubauerit, sua fulcire sanctione, stabiliréque nixus est Iustinianus.

Mitto quæ iidem isti Autores, ac nominatim Euagrius, Victor, ac Liberatus habent de Iustiniani coniuge Theodora: neque enim hîc operæpretium est quærere Procopio testes, cùm nullum tam inauditum, tam execrandum piaculum fingi animo possit, quin grauiora molita sit perditissima fœmina, & re ipsa perpetrarit in Rempublicam, in Senatum, in Magistratus, in plebem, in Deum; quippe Dei filium absolutè passum fuisse Edicto pronuntiauit, & hanc exegit vi à Catholicis fidem, scriptámque manu approbationem. Chalcedonense Concilium de medio tollendum, quoad vixit, summo studio curauit. Ecclesiis præfecit, quibus fauebat, Hæreticos; minis exagitauit Agapetum Romanum Pontificem, Vigilium per vrbem Byzantium fune raptauit; exilio, morte Syluerium affecit. Tam infaustum Ecclesiæ Catholicæ monstrum Cardinalis Baronius non ex Procopio, quem planè vidisse se negat, sed ex veterum Scriptorum historiis ita repræsentauit. *Tanta hæc mala ordita est pessima fœmina* (Theodora) *quæ altera Eua serpenti obaudiens facta est viro malorum omnium causa, nouáque Dalila Sampsoni eius vires dolosa arte eneruare laborans, Herodias altera sanctissimorum virorum sitiens sanguinem, petulánsque summi Sacerdotis Ancilla Petri negationem solicitans: sed parum sit ipsam huiuscemodi sugillasse nominibus, quæ reliquas impietate fœminas antecelluit: accipiat potiùs nomen ab inferis, quod furiis fabulæ indiderunt, fœmina furens Alecto potiùs, vel Megæra, aut Tisiphone nuncupanda, ciuis inferni, amica Dæmonum, satanico agitata spiritu, æstro percita diabolico, initaque summo labore inimica concordiæ, pacisque redemptæ sanguine martyrum, & sudoribus confessorum partæ fugatrix.*

Idem Baronius hæc de Iustiniano Imperatore. *Opera ipsa, quæ hinc abeuntem secuta sunt Iustinianum, aduersus eum hactenus clamant in chartis, nempe iuge bellum ecclesiasticum, quod (exule facta, quam reperit, pace) iugiter enutriuit, decedénsque reliquit accensum; sacrilegiorum immensitas, cùm sæpe in Christos Domini sanctos Episcopos violentas manus iniecit, vt inter alios, in Vigilium Romanum Pontificem, & Eutychium sanctissimum Constantinopolitanum Antistitem; crudelitas insuper in ciues innoxios ab Euagrio superiùs deplorata, & auaritia ab eodem pressiùs sugillata, vt omittamus reliqua. Quam autem mortuus ante horrendum maiestatis diuinæ tribunal sententiam acceperit, etsi non sit hominis iudicare; opinari tamen si cui licet, facilius est inuenire, qui Euagrij de eius condemnatione velit sequi sententiam, quem iure sciat prærogatiua temporis, cùm quæ scripsit, inspexerit, Historicis reliquis esse præferendum, qui longè post Iustiniani tempora, res ab eo gestas scripsêre: cùm præsertim in eamdem proculdubio abiisse sententiam Procopius eiusdem temporis luculentus Historicus visus sit, dum quem antè sæpe laudarat, postea*

postea scripto volumine, tam ipsum quàm Theodoram coniugem, recantans palinodiam, magnopere vituperauit, vt apud Suidam notatum habetur. Hæc modò de Iustiniano & Theodora summatim; complura verò alia fusiùs in Notis ad singula quæque Procopij loca confirmanda in medium adducemus. Hîc testes duntaxat certissimos, id est, oculatos, qui eâdem illâ Iustiniani ætate vixerunt, satis sit produxisse, ex quorum apprimè compertâ, testatáque fide iudicium Baronius pronunciauit.

Quamquam & posteriorum Historicorum testimonium non minoris momenti in hac Procopij causa censeri debeat; cùm vti synchroni, sic etiam isti Iustiniani, ac Theodoræ flagitiorum, & improbitatum non hauserint ex Procopio notitiam. Nam æqualibus quidem tam exploratum est, ignotum hunc librum fuisse, quàm nulla re alia, nisi eodem suppresso, saluam tibi Procopius vitam fore putabat. Sanè cùm Euagrius illustrium Iustiniani factorum expositionem instituit, singulis quibusque capitibus editam iam tum Procopij historiam laudat, & longas ex ea narrationes excerpit, Autoris nomine summa cum laude memorato; non item vbi refert Iustiniani, Theodoræque facinora; imò pleraque hoc libro à Procopio prætermissa narrat, & eorum quæ ab eo hîc nonnunquam incuriosè scribuntur, ipse loca, tempora, virorum nomina, occasionésque rerum gestarum insuper explicat. Vt planè hinc intelligamus non ex Procopij hoc fonte illa deriuata fuisse. Sanè in paucorum manus hoc volumen olim peruenisse probauit diligentia doctorum virorum, qui, dum hanc nos editionem parabamus, certatim Viro amplissimo Scipioni Cardinali S. Susannæ E. R. Bibliothecario in insignioribus Bibliothecis hunc librum frustra perquisiuerunt. Posteriores autem Historici, si quidem ipsis huius copia libelli fuisset, ea minimè commisissent, quæ ex hac historia in illorum monumentis nunc emendanda occurrunt. Horum sanè video neminem, qui operis huiusce meminerit, præter vnum Nicephorum Callisti; is verò neque argumentum, neque titulum rectè, certéque nobis explicat, tantùm abest vt commentarium ipsum aliquando legerit. Vnus Suidas ante aliquot secula bonam eius partem, ac ferè luculentiorem decerpsit, quam ex eius Collectaneis hinc inde recollectam vnum in locum ad nostras Censorias Notas coniecimus, vt argumento sit eandem Ἀνεκδότων Procopij editionem esse, quam & Suidas habuit, & nos hac demum ætate vulgamus. Hunc quidem posteriores Historici librum non viderunt; quotus tamen quisque illorum est, qui traditam quasi per manus de Iustiniani flagitiis historiam non repetat, atque confirmet? Quædam narrarunt Theophanes, Isaurus vir Sanctus, Autor Chronici Alexandrini, Ioannes Antiochenus, Suidas; nonnulla Anastasius Bibliothecarius, Paulus Diaconus, Aimoinus; pleraque Ioannes Zonaras, Georgius Cedrenus, Nicephorus Callisti, Ephræmius, aliíque Chronicorum autores. Quorum omnium narrationes eorum maximè testimonio innituntur, qui

Procopio æquales fuêre, ac eadem quæ ille de Iuſtiniano ſcripſerunt, ſcilicet Heſychius Mileſius, Agathias Myrrhinæus, Menander Protector, Euagrius Scholaſticus, Ioannes Epiphanienſis, Cyrillus Scythopolitanus, Theophilus Iuſtiniani præceptor, Innocentius Maronianus, Euſtathius Byzantius, & ex Latinis Victor Tunnenſis, Flauius Creſconius, Corippus, Gregorius Turonenſis, Liberatus Afer, Facundus Hermianenſis, aliíque complures, quorum teſtimonia in Notis Hiſtoricis, prout res ipſa poſtulabit, in medium afferemus.

Sed non eſt cur tantopere Hiſtoricorum teſtimonium licèt æqualium hîc vrgeamus; cùm domi teſtes, iíque locupletiſſimi non deſint, qui ab hac hiſtoria falſitatem procul abeſſe fidem faciant, Iuſtinianus ipſe, Iuſtinus auunculus, iuniórque alter ſororis Iuſtiniani filius Iuſtinus. Nam hic quidem, extincto Iuſtiniano, diríſque Venetorum, Praſinorúmque ſeditionibus adhuc fluctuante Imperio Romano, populorum in Circo, atque Theatro, ſtrictis mucronibus, gladiatorum, vel potiùs hoſtium more in ſeſe funeſtiſſimo ſpectaculo irruentium tumultus qua voce compeſcere aliquando voluit, eâdem Iuſtinianum malorum omnium prodidit autorem. *Heus*, inquit, *ciues, Reipublicæ calamitatum ſit denique modus. Vobis obiiſſe, Veneti, Iuſtinianum; Praſini vobis ſupereſſe ſciatis.* Sic illos, Iuſtiniani deſperato fauore, coërcuit, hos autem, eiuſdem crudelitatem interminatus, deterruit. Hac Iuſtini voce altera huius hiſtoriæ pars, quæ de Praſinis agit ac Venetis, ſatis comprobatur. De altera verò, quæ infamiſſimam Theodoræ educationem, vitam, moréſque continet (quam vti nos vertere ſine rubore, ſine ſtomacho non potuimus, ita neque lecturos alios putamus) ſi quis dubitet, extat hodiéque Iuſtini Senioris Conſtitutio, qua mulierum abiectarum Principibus viris permittuntur connubia. Illud hac lege Iuſtinus egit, ne Iuſtinianus ſororis filius, qui Theodoram viliſſimum ſcortum deperibat, eiúſque coniugio vt frui poſſet flagitabat, Imperio, & quacumque alia dignitate hoc ipſo prohiberetur. Illud etiam eâdem illâ lege apertiſſimè teſtatum poſteritati reliquit, è ſcena Theodoram fuiſſe: ex omnibus enim abiectis mulierculis, quæ à Principum virorum matrimonio lege Conſtantiniana excludebantur, ſcenicas tantummodo ea Conſtitutione Iuſtinus complectitur. E ſcena igitur Theodora cùm fuerit, quidquid flagitij, quidquid obſcœnitatis de illa commemores, nihil credet nimium, qui credet.

Tertiam huius Hiſtoriæ partem, quæ eſt de Iuſtiniani criminibus, ipſemet comprobat Iuſtinianus; licèt autem hæc ille nec ſingillatim, nec apertè fateatur, tamen rerum à ſe ferè omnium malè factarum originem non ſolùm non celat, ſed etiam ſeriò profitetur. *Hæc*, inquit, *omnia apud nos cogitantes* ET HIC QVOQVE *participem conſilij ſumpſimus eam, quæ à Deo data eſt nobis, piiſſimam coniugem.* Felicem planè Iuſtinianum, eiúſque principatum Scriptores omnes

omnes fortunatissimum futurum fuisse affirmant, nisi Theodoram consiliorum, rerúmque gerendarum participem habuisset. Deinde sua Iustinianus facinora prioribus octo illis historiæ Procopij libris omnino visus est confirmasse, quos iam tum ab Autore vulgatos Imperatoris consensu vniuersæ per Imperium Romanum gentes (vt est libro vltimo) lectitabant. Quare nemini mirum videbitur, si ad historiam Ἀνέκδοτον asserendam, hîc & in Notis probationes ex reliquis Procopij libris petamus, cùm nullam tam veram, támque fidelem de Iustiniano historiam inuenire liceat, quàm cui calculum ille album adiecerit, quámque subiectorum manibus totos septem ac decem ferè annos peruolutari tam ambitiosè viderit, vt aucto honoribus ac dignitatibus (vti statim dicemus) Autore, eidem nouorum de suis Ædificiis cudendorum librorum curam demandarit. In ea igitur tam prolixa historia adeò sobriè, ne dicam ieiunè, Iustiniani laudes Procopius delibauit; contrà verò tam copiosa sparsit eiusdem semina vituperationum, vt neque ibi per adulationem, neque hic per calumniam egisse posteritati videri possit; imò fidem vniuersæ historiæ ea dicendi libertate conciliasse, quam suo Iustinianus suffragio & autoritate probauerit.

Lector, si vacas, hunc postremum cum reliquis committe Procopij libris, pluráque & grauiora quàm hic habeantur Iustiniani crimina in illis inuenies, pleraque etiam fusiùs & maiore apparatu explicata; crudelitatem, auaritiam, infidum animum in amicos, datam hostibus fidem, ac violatam, in probos odium, amorem in improbos, ius humanum atque diuinum, denique omnia ad Theodoræ imperium, atque libidinem temperata: hæc in illis libris raptim indicare non piget. Ioannem Cappadocem Præfectum Prætorio, à Theodora priuatas iniurias persequente falsò perduellionis accusatum liberare Iustinianus non audet, submissis verò clàm nunciis de Augustæ insidiis certiorem facit: tandem vrgente fœmina hominem crimine, cuius quidem insimulabatur, vacuum, sibi verò vnicè gratum atque amicissimum exilio, & bonorum proscriptione damnat; ab exilio, nisi extincta Theodora, insontem reuocare non ausus. Inita pace cum Chosroë, Alamundarum, & Hunnos ad bellum Persis inferendum spe & pretio solicitat, idque in grauem Imperij Romani perniciem. Militem per vrbes præsidiarium negatis diu stipendiis ad defectionem impellit. Præter vrbanos ac domesticos, in castris duos habuit insignes suæ auaritiæ ministros, Ioannem Quæstorem exercitus, qui vt sumptibus parceret Imperatoris, pane sordido ingentem militum multitudinem impunè necauit; & Alexandrum Forficulam, cuius odio milites rem de industria malè gerere in Italia pergebant. Propter auaritiam Logotheras ibidem instituit; & Romæ omnes honorum gradus aboleuit. Sceleratissimos quosque semper ad dignitates ac magistratus euexit, inter hos Acacium, cui post cæsum Amazaspem, Armeniæ imperium concessit; & Ioannem Zibum, qui

vt

vt Colchi ad Choſroëm deficerent autor fuit. Hæc, aliáque complura in hiſtoria, quam Iuſtiniano legendam Procopius tradidit, eodémque viuo publicauit.

Neque poſteaquam ij commentarij emiſſi, atque multorum calumniis & obtrectationibus, vt fermè accidit, expoſiti ſunt, offenſioni aliquando Iuſtiniano fuerunt, vel crearunt autori periculum: imò non diu pòſt octauum Procopius librum edidit, in quo ab inſectandis notandíſque Iuſtiniani criminibus nihilo magis quàm antea abſtinuit. Nam iterum ſtipendia militibus negata inculcat; iterum neglectos belli apparatus commemorat; iterum Iuſtiniani prodigentiam in excipiendo faſtoſiſſimo Barbaro Iſdiguna Perſarum Regis legato vituperat; addit hîc verò eas domum retuliſſe ab Iuſtiniano diuitias, quibus opulentiſſimos quoſque Perſarum facilè deinde ſuperarit. Præter hæc rem Romanorum ſub Iuſtiniano eò loci veniſſe dicit, vt Perſis tributum quotannis penderetur; Hunnis verò in fines Romanorum perpetuò excurrentibus magnificentiſſima munera per ſingulos annos darentur. Denique intempeſtiua reorum indulgentia, præſertim ducum exercitus, magnopere Iuſtinianum obfuiſſe Reipublicæ. Εἰώθει γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐπιχωρεῖν τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔς τε τὴν δίαιταν, καὶ τὴν πολιτείαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον παρανομοῦντες ἡλίσκοντο. *Conſueuerat enim*, inquit, *Iuſtinianus Imperator vt plurimùm crimina ignoſcere ducibus exercitus delinquentibus: atque hæc cauſa erat, quamobrem illi cùm in diſciplinam militarem, tum in Rempublicam grauiſſimè peccare deprehenderentur.* Verùm ne ſingula numerando modum excedere videamur, hiſtoriam Ἀνέκδοτον, & priores illos libros, quos Iuſtiniano Procopius obtulerat, ita concinnaſſe videtur, vt nihil ferè in hac ſit, quod ex illis Iuſtiniani ipſius confeſſione probare non poſſis.

Ita ſanè, inquies, at nemo eſt, qui non videat huius hiſtoriæ acerbitatem, quæ vt maleuolentiam ſubolet, ita veritati detrahere iure poteſt. Nam primò quidem nonnulla Iuſtiniani facta deteriorem in partem accepta animum minimè ſanum, nedum beneuolum Scriptoris oſtendunt. Deinde documenta ſtudioſè conquiſita, quibus perſuaſum ſit ſemihomines furias Iuſtinianum ac Theodoram fuiſſe, præter odium, habent etiam neſcio quid leuitatis. Tertiò, cùm decretas à Iuſtiniano in Hæreticos capitis pœnas Procopius damnat, in ſcirpo quærere nodum videtur, ni fortè cum Hæreticis & ipſe ſentiebat.

De odio quidem atque maleuolentia vetus ſuſpicio eſt, qua omnes ferè laborant Hiſtorici, qui veritatem liberiùs profitentur. Et in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quàm laudanda; tum ſi laudaueris, parcus; ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris: quamuis illud pleniſſimè, hoc ſtrictiſſimè feceris. Sed Autoris notitiam habeamus antè neceſſe eſt, quàm hic de illo quidpiam ſtatuamus. Procopius Cæſareâ Palæſtinæ, quæ illi patria fuit, ſub

Anaſtaſio

Anaſtaſio Imperatore Byzantium venit; vbi vir omnis generis litteraturæ, ſummæque prudentiæ facilè in ſe Principum oculos conuertit. Nam Iuſtinus Senior difficillimo Reipublicæ tempore, Perſis bello præualentibus, Beliſario Procopium à conſiliis dedit. Iuſtinianus verò in Africana & Italica expeditione nunquam à Beliſarij latere diuelli Procopium paſſus eſt; cuius fide atque conſilio non minus quàm armis ac virtute Beliſarij Romanos fines prolatari, atque ſtabiliri ſentiebat: dúmque Beliſarius ex Africa recèns ſubiugata in Orientem euocatur, Procopius Carthagine apud Solomonem deſignatum ducem exercitus ſubſiſtere iuſſus eſt, ad firmandum in ea Prouincia tenerum adhuc imperium, & rebellionibus opportunum. In Perſide, in Italia, Romæ, Neapoli, Syracuſis quæ geſſerit, ipſe quidem memorauit; at ea per occaſionem, temperatéque dicta licèt minus inſignia & pauca videantur, parta tamen gloria in Rempublicam Procopij merita declarat; nam Illuſtrium dignitatem adeptus, & in Senatum cooptatus eſt. Poſt editam verò integram hiſtoriam (eam, quæ tot Iuſtiniani crimina continet) ad ſummum Romani Senatus locum, id eſt, Vrbanam Præfecturam, anno Iuſtiniani quinto & trigeſimo peruenit: quo fermè etiam tempore abſoluit opus Ἀνέκδοτον.

Ergo in homine cordato, tantis honoribus & dignitatibus aucto, quis facilè repererit aduerſus Principes beneficentiſſimos Iuſtinum & Iuſtinianum maleuolentiam? Ego certè niſi dicendi, ſcribendíque licentiam non video, qua vt inſigni Procopius fuit, ita non ab Iuſtiniano ſolùm, ſed etiam ab amicis, quorum in hiſtoria mentio incidiſſet, eam plenè ſibi dari atque concedi ſtatim in exordio poſtulauit. Πρέπειν ἡγεῖτο ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιΐαν, συγγραφῇ ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδὲ τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων τὰ μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα ἀκριβολογούμενος ξυνεγράψατο εἴτε εὖ, εἴτε ἄλλῃ πῃ αὐτοῖς εἴργασται. *Ratus decere Oratores quidem eloquentiam, Poëtas verò fabulas, & Hiſtoricos veritatem. Quamobrem ne amiciſſimorum quidem peccata occultauit, ſed quæ cuique accidiſſent, ſiue illa pro dignitate, ſiue ſecus ab iis patrata fuerint, ſumma diligentia conſcripſit.* Eam licentiam vel Procopij autoritati in Senatu clariſſimæ, vel ingenio eius planè Cenſorio conceſſam fuiſſe cùm ex editis ab eo libris, publicóque tunc receptis applauſu liquet; tum quia Iuſtiniani rerum Scriptores Agathias Myrrhinæus, & Ioannes Epiphanienſis ſuos Commentarios ad Mauritium vſque Imperatorem, vt Euagrius eſt autor, occuluerunt. Quamquam illi ſi quid in Iuſtinianum ſcripſerunt, id quàm modeſtiſſimè, cautiſſiméque fecerunt, ac in reliquos Imperij Romani proceres, quàm pro illorum improbitate morum leuiùs egerunt. At Procopius liberrimè Ioannis Præfecti Prætorio impietatem obiurgat; Triboniani Quæſtoris auaritiam arguit; Arethæ ducis ingenium ſubdolum & infidum vituperat; militum legiones, oppida, & vrbes numerat, quæ vel omnino abolitæ, vel hoſtibus prædæ fuerunt ob fœdiſſimam Beſſæ, Acacij, Ioannis Zibi, & alterius Quæ-

 ſtoris

ſtoris exercitus, atque Pſallidij pecuniæ cupiditatem; Veri temulentiam accuſat; Sergij faſtum ac mollitiem; Maximini ignauiam, nullámque rei militaris peritiam. Artabanem coniurationis, Arſacem proditionis crimine etſi Iuſtinianus ob generis claritatem abſoluerit; Procopius tamen neutri etiamnum ſuperſtiti æternæ pœnam infamiæ condonauit. Quid de Beliſario dicam, ad cuius vnius laudes totâ reſpexiſſe hiſtoriâ videtur? ſemel in Italia ignauiter ille rem geſſit, hæc vna Procopio liberè de illo ſcribendi ampla fuit occaſio. Βελισάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον οὐδενὶ κόσμῳ ἴει, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πενταέτες οὐδαμῆ ἐπιβὰς, οὐδὲ πῃ ὁδῷ ἰέναι ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φυγῇ κεκρυμμένῃ ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἔκ τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίου τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀδεέστερον τοὺς πολεμίους τετύχηκε Ῥώμην τε αὐτὴν ἀνδραποδάσαι, καὶ τὰ ἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. Τότε δὲ καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὖσα ἐτύγχανε, πικρότατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥπερ αὐτοῦ ὁδῷ ἰόντος κατάκρατος ἑάλω. *Beliſarius nullo decoro Byzantium diſceſſit, cùm quinque totos annos nunquam in Italia pedes figere potuerit, neque certis itineribus progredi, ſed toto hoc tempore clanculùm fugitans ab vno maritimo præſidio ad aliud claſſe deuehebatur; vnde tanto ſecuriùs hoſtes & Romam, & cætera omnia ſubiugarunt. Peruſiam verò primariam Tuſciæ ciuitatem dira cinctam obſidione reliquit, quæ illo Byzantium contendente, capta eſt.* Hæc in primarios Senatores, & Imperij Romani proceres ſumma ſibi neceſſitudine coniunctos Procopius, ipſis viuis, euulgauit. Quæ ſanè ſcribendi ſeueritas quemadmodum magnam veritatis laudem eius hiſtoriæ conciliat, ita omnem remouet ſimultatis ſuſpicionem obiurgationis & cenſuræ grauitas; quæ tantum ab odio & maledicentia diſtat, quantum violatæ Reipublicæ querelas, iuſtúmque dolorem, & communis damni caſtigationem ſpectare videtur. Quod non ſolùm in proœmio τῶν Ἀνεκδότων Autor ingenuè profitetur; ſed ipſa etiam re præſtitit, cùm ea duntaxat de Iuſtiniano commemorauerit, quæ publicæ rei damno, & in ſubditorum perniciem peccauit; illáque ipſa fœda narratio de turpiſſima Theodoræ vita eò pertineat, vt quantum auguſtiſſimam Imperij Romani maieſtatem execrandis nuptiis primus violauerit, dehoneſtaueritque Iuſtinianus, clariùs intelligas.

Quod autem Iuſtinianum ac Theodoram ſemihomines furias Autor appellet; eſt qui credat, monſtra Poëtarum narrare Procopium, atque ita ſuam in Imperatorem euomere acerbitatem voluiſſe? Erit de hac re in Notis Hiſtoricis opportunior locus.

Quod denique pœnam in Hæreticos capitalem à Iuſtiniano conſtitutam non probet; non tam odij, quàm prauæ de religione ſententiæ ſuſpicionem mouet atque confirmat. Illud in Procopio ſæpe miratus ſum, quod de noſtræ religionis myſteriis ita dicat, vt ab iis modò alienus, nonnunquam rectè ſentire videatur. Quamquam Heſychium Mileſium, & Ioannem Lydium æquales

Procopij,

Procopij, qui eadem ambiguitate luſerunt, Photius atque Suidas Gentilium impietate damnarint. Sanè non rara fuit iſtiuſmodi hominum turba Iuſtiniani tempore, & quidem in Aula Imperatoria (vt in Notis Hiſtoricis dicam) officiis ac dignitatibus inſignis. Sed ex hac planè Procopium eximo, quod non ſolùm hîc, ſed etiam in Ædificiorum libris Gentilium ſacrificia & libamina, &, vt ipſe loquitur, ἀθεΐαν τε καὶ πολιτείαν deteſtetur, & libro Perſicorum primo Ioannem Cappadocem Gentilitiæ ſuperſtitionis damnet; certè Iuſtinianus de ſacris à ſe excitatis ædificiis hiſtoriam Procopio Gentili nunquam commiſiſſet. Hæreticos autem & Samaritas, qui Cæſareæ Palæſtinæ frequentes admodum erant, prorſus auerſatur. Demum in libris ædificiorum Iuſtiniani apertè Chriſtianorum fidem non ſemel profitetur. Quamobrem ad eos ſe compoſuiſſe videtur, quos POLITICOS appellant; ſed longè veriùs hæreſum omnium ſentinas, prorſúſque Atheos appellarent; qui licèt in ſpeciem Catholici videantur, nullíque ſectæ nominatim addicti ſint, priuatis tamen rationibus, vel Reipublicæ commodis Chriſtianam religionem, pietatémque metiuntur, neque de Deo quid ſentias, quídve doceas, ſi res ita ferat, vehementer laborant; Hæreticos autem & Aſtrologos, aliáſque eiuſmodi Catholicæ fidei peſtes, prout è re, ac tranquillitate publica eſſe illis videtur, ita recipiunt, & inſectantur. Quod de Hæreticis & Aſtrologis dico, habes hîc in Ἀνεκδότοις. De Deo autem libro Gotthorum primo, hæc eſt Procopij ſententia, qui cuique pro libidine de Deo credere permittendum potiùs exiſtimat, quàm Reipublicæ procellas videre, quibus tum Romanum Imperium ob nonnullas de Fide quæſtiones iactabatur. Πρέσβεις ἐκ Βυζαντίου παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ἧκον, ὅ, τε τῆς Ἐφέσου ἱερεὺς Ὑπάτιος καὶ Δημήτριος τῆς ἐν Μακεδόσι Φιλίππων δόξης ἕνεκεν ἣν χριστιανοὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφιγνοοῦντες. Τὰ δὲ ἀντιλεγόμενα ἐγὼ ἐξεπιστάμενος ὡς ἥκιστα ἐπιμνησθήσομαι. ἀπονοίας γὰρ μανιώδους τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι διερευνᾶσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ὁποία ποτέ ἐστιν. Ἀνθρώπῳ γὰρ οὐδὲ τὰ ἀνθρώπεια εἰς τὸ ἀκριβὲς οἶμαι καταληπτά, μή τί γε δὴ τὰ εἰς Θεοῦ φύσιν ἥκοντα. Ἐμοὶ μὲν ταῦτα ἀκινδύνως σεσιωπείσθω μόνῳ τῷ μὴ ἀπιστῆσαι τετιμημένα. Ἐγὼ γὰρ ἂν οὐδὲν ἄλλο περὶ Θεοῦ ὁποιοῦν εἴποιμι, ἢ ὅτι ἀγαθός τε παντάπασιν εἴη, καὶ σύμπαντα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ ἔχει. λεγέτω δὲ ὡς πῃ ἕκαστος γινώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν οἴεται καὶ ἱερεὺς, καὶ ἰδιώτης. *Legati ad Romanum Pontificem Byzantio venerunt Hypatius Epheſiorum Antiſtes, ac Demetrius Philippenſium, qui ſunt in Macedonia; nimirum de ea quæſtione acturi, in qua dubiis ſententiis inter ſe Chriſtiani diſſentiunt. Eam controuerſiam etſi probè ipſe teneam, minimè tamen commemorabo; quod veſanam eſſe putem inſaniam, Dei quæ ſit natura diſquirere: nam humana hæc ipſa, nedum Dei naturam, perfectè aſſequi mortales haud quaquam exiſtimo. Quare tutiùs hæc ego ſilentio præteribo, ſola tantùm credulitate veneratus. Siquidem de Deo nihil ipſe preterea affirmauerim, niſi quod bonus omni ex parte ſit, réſque vniuerſas ſua potentia complectatur. De hiſce*

verò controuersiis ita quisque vel sacerdos, vel priuatus homo loquatur, quemadmodum illi sentire libuerit. De Deo autem atque fortuna nonnunquam permittere videtur optionem, vtrùm malit quisque defendere vel casu res humanas, & fortunæ temerario impetu ferri, vel Dei prouidentia gubernari. Qua in re Gentilium sæpe nomina vsurpat, quod libro secundo belli Vandalici antiquus Censor ad marginem ita reprehendit. *Οὐκ ὀρθῶς παρεισφέρεις τῇ τῶν χριστιανῶν πίστει δαιμόνιον, καὶ τύχην καὶ εἱμαρμένην. Non rectè Christianæ ingeris religioni Genium, & fortunam ac fatum.* & in margine Codicis Vaticani manuscripti ad peruersam illam de Deo vocem legitur; *Σημείωσαι εἰ ὀρθόδοξός ἐστιν ὁ συγγραφεύς. Nota num orthodoxus sit autor.* Quemadmodum ergo Procopij historia ex his quæ hîc disputauimus, fidem habet indubitatam; ita quæ ipse de religione scribit, nullam autoritatem habere iure censemus.



IDEM



IDEM
Ad Lectorem de Procopij libris, & hac Editione.



ARS hæc historiarum Procopij Cæsariensis, quam tibi fruendam, LECTOR, proponimus, mole licèt exigua, & ordine postrema sit; erit tamen minimè iniucunda cùm ipsa per sese, tum quia primùm in lucem nunc prodit, atque tibi ab Autore lucubrata videtur. Quam enim æqualibus ille suis ἀνέκδοτον, abditam esse voluit, solíque posteritati destinauit, tibi ex posteris omnibus hæc modò conceditur. Plena, prorsúsque incorrupta vt tibi concederetur, nos pro virili parte adnisi quidem sumus; verùm consueta est & bene vetus Procopij Commentariorum iniqua illa conditio, vt nullam eorum partem ab omni vel hominum, vel temporis iniuria teneamus immunem. Leonardus Aretinus Procopij libros de bello Gotthico primus omnium publicauit; sed ludum eruditus ille vir lusit nobis planè illiberalem. Nam suppressa Græca historia, & Autoris nomine dissimulato, Latinam quam ipse ex Græca fecerat, tanquam è variis Scriptoribus à se decerptam, de bello Italico prænotat, & Iuliano Cæsarino nuncupatam in publicum emittit. Eandem Græcè scriptam Blondus Flauius industriâ primùm suâ Italiam habuisse memorat; sed is cùm in historia Procopij modò desideret quæ hodie nos minimè desideramus, modò ea carpat, quæ in vulgatis editionibus bene habere videmus: antiquas Blondi membranas, vel interpretem, quem ille nactus est, fraudi eidem fuisse nemo non dicat; cùm ea ipse nota carere facilè possit, qui se linguæ Græcæ prorsus imperitum fatetur. Christophorus Persona, qui ægrè simulationem Leonardi tulit, Autoris integro nomine eandem historiam vertit quidem è Græco; multis tamen partibus diminutam, & penè laceram dedit. Post illos Raphaël Volaterranus reliquos de bello

Persico & Vandalico libros Latinè vulgauit: sed nihilo meliore quàm Christophorus Codice vsus est. Certè neuter, licèt Vaticanæ Bibliothecæ vterque præfectus, versionem ex Codice hausit Vaticano, quem plenissimum video, & omni ex parte integrum, atque emendatissimum, vt ex alio fonte eas illorum virorum interpretationes manasse non dubitem. Libros de Iustiniani Ædificiis quales Arnoldus Vesaliensis habuerit, ipsa eius docet interpretatio; de qua, & Volaterrani atque Personæ versionibus, quàm bene sensa Scriptoris exprimant, aliorum esto iudicium. Græca denique Procopij Editio Augustana, quæ ex multis antiquis manu descriptis libris emendata & aucta, omnibus creditur numeris absoluta, tam longè à primæ scriptionis fide, quàm à Vaticani Codicis integritate abesse videtur, vt persuadere tibi vix possis, quantum ex hoc illa locupletari queat. Vtinam in eodem volumine, & ex eadem librarij manu, & hunc illarum postremum historiarum libellum haberemus: sed quemadmodum octo illis ab Autore libris in vulgus emissis, nonus hic ad odium Iustiniani, Theodoræque vitandum, semper in angulo cautè delituit; ita deinde seorsim ab amanuensibus descriptus est, atque ad posteritatem peruenit. De cuius casibus, atque sinistra fortuna quid loquar? Duo eius exempla seruat Vaticana Bibliotheca, alterum ex altero deriuatum, vtrumque in principio mutilum, multísque passim hiatibus deforme. Ex his quod est antiquius etiam fine decurtatum est, recentius verò, licèt tumultuaria scriptione exaratum, extremam nobis partem ab interitu conseruauit, qui, præter hanc accessionem, nulla nobis in re vsui fuit. Sic in breuissima historia tot loci dubij, obscuri, deplorati manserunt. Quamobrem sæpe inter interpretandum duos illos celebres ἀνεκδότων Procopij Codices expetiuimus, Ioannis Lascaris alterum Constantinopoli ad Laurentium Medicem adlatum, quem deinde (vt fama est) Catharina Medices Regina in Gallias asportauit, & Galli hodie in exteris Bibliothecis requirunt. Alterum Ioannis Vincentij Pinelli, quem ante aliquot annos, præter hosce Vaticanos, vnicum (quod ego sciam) habuit Italia; sed hic, vt accepimus, in nauigatione Neapolitana naufragium fecit. Ex eo tamen quædam à Petro Pithæo, & Guido Pancirolo Pinelli familiaribus excerpta fragmenta, maris & vndarum discrimen euaserunt. Sed, quæ nec librariorum incuria est, nec temporis, aut maris iniuria, hæc quam tenemus non vno in loco manca videtur historia, in qua multa narraturum se quidem Autor pollicetur, & tamen promissum non facit. Quibus passim defectibus ita hic hiat commentarius, vt per hasce veluti rimas Procopium penè furtim scribentem deprehendas, & festinatione, vel metu memoria turbatum interdum agnoscas. Accedit, quod annum secundum & trigesimum Principatus Iustiniani narratio hæc non excedit, ille verò quadragesimum attigit. Denique illa, λίαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγελαίνετο καὶ ἐσεσήρει: & illa, μήτε γὰρ τῆς τινος ἐν θυμέλῃ

ἐν θυμέλῃ πεπορνευμένων, narrationum particulæ ſunt, quas olim Suidianus Codex habebat, hic Vaticanus non habet.

De huius porrò libri ordine, déque tempore quo ſcriptus eſt, ſic habeto. Reliquos octo hiſtoriæ libros ipſe viuens Procopius emiſit, ac Iuſtiniano legendos tradidit: imò ſeptem illi primi, nempe duo de Perſico bello, de Vandalico totidem, ac tres de Gotthico, vt ipſemet affirmat, ἤδη ἐξενεχθέντες πανταχόθι δεδήλωνται τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς, *iam euulgati in vniuerſo Romanorum Imperio noti erant.* Quoto verò quiſque anno editus fuerit, certum non eſt; duo hæc tantùm habeo explorata. Ante obitum Theodoræ, id eſt, ante annum ſecundum & vigeſimum Iuſtiniani, Perſica, Vandalicáque bella, & bonam Gotthicorum partem Procopium abſoluiſſe; nam in iis Amalaſunthæ ſtructas inſidias à Theodora, ob eius metum tacuiſſe, indicat in hoc commentario. Præterea, ſeptem priores libros ante annum Iuſtiniani ſextum & vigeſimum diuulgatos fuiſſe. Idque Autor memorat initio libri octaui, quem anno Iuſtiniani ſeptimo & vigeſimo commentabatur. Cæterùm octauus ille perperam inſcribitur de bello Gotthico: complectitur enim quæ cum Perſis, Vandalis, & Gotthis, poſt edita priora volumina, Romanis contigiſſent; quæ quod γράμμασι τοῖς ἐς τὸ πᾶν δεδηλωμένοις οὐκέτι εἶχον τὰ ἐπιγινόμενα ἐναρμόζειν, *monumentis iam omnino in publicum datis addere, haud amplius commodum eſſe* videret Procopius, in octauum illa omnia librum coniecit, qui ob id hiſtoria quædam σύμμικτος, *miſcella*, vel vt ipſe ait, ποικίλη, *varia* eſt. Hic liber editus eodem ferè quo ſcriptus eſt anno, ſeptimo ſcilicet & vigeſimo Iuſtiniani. Poſt hanc vniuerſam hiſtoriam licèt animo Procopius moliretur Ἀνέκδοτα, vt vltimo libro declarat: tamen abſtinuit, idque operis reiecit in annum ſecundum & trigeſimum Iuſtiniani, quod hîc ſæpius repetit, eodémque anno abſoluit, totúmque ſeptennium, id eſt, ad obitum Imperatoris, ac diutiùs abditum, atque reconditum habuit. Ex his corrigas aliorum, & Nicephori peruerſam Procopij librorum partitionem; de quibus Photij ſententiam atque cenſuram in Bibliotheca deſideramus.

Noſtra verò tranſlatio ſententiis quidem ad Græcæ hiſtoriæ fidem, verbis, & modis ad Latinam conſuetudinem aptis compoſita eſt. Id genus interpretandi cum Hieronymo, ac vniuerſa antiquitate optimum puto; & ſi hiſtoriam interpreteris, id maximè conuenire cenſeo: denique ſi cuius alterius ſcriptoris, Procopij certè ſtylus hoc in primis requirere ſemper viſus eſt mihi, cuius formam dicendi ſi ſpectes, ea ſophiſticis compta eſt lenociniis, Atticíſque leporibus ad oſtentationem inſtructa, à quo orationis habitu Latina grauitas præſertim in hiſtoria quàm abhorreat nemo neſcit. Operæpretium non eſt omnia recenſere; ſed nihil geſtum, factúmque Procopius dicit, niſi per ſuam illam perpetuam periphraſin, vt ſtatim in fronte legis, τόδε γενέσθαι ξυνηνέχθη, ξυνέβη, ξυνέπεσε, τετύχηκε. Nec minus offendunt in tam claro

Scriptore

Scriptore orationis illæ particulæ, quæ paſſim redundant, potiùs ad leuem quendam ornatum Sophiſtis exquiſitæ, quàm ad hiſtoricam grauitatem. Præterea ſcatet eius oratio frequentiſſimis tranſitionibus, & epilogis ad breuiſſimas quaſque narratiunculas. Huc accedunt illa, quæ Aſiatico dicendi genere vel non opportunè inculcat, vel longiore verborum ambitu dilatat. Quædam etiam eſſe in hac hiſtoria video, quæ (vt in ſcriptis *ἀνεκδότοις* plerumque accidit, & de ſuis affirmat Tullius) minus perpolita limitatáque ſint: ſanè in hoc breuiſſimo libello ſexcenties repetitam habes illam vocem *λῄζομαι*, ne dicam de aliis; quæ omnia ſi Latina modeſtia & grauitate à me temperata ſunt, æqui boníque id conſulat Lector, cui vt fidam dare hiſtoriam fuit animus, ita non ineptam curauimus interpretationem.

Noſtras in calce libri Notas addidimus, eáſque duplices; Cenſorias, quibus Græcum contextum mendis emaculatum, quoad fieri potuit, nitidiorem legeres; Hiſtoricas, quibus vniuerſam de Iuſtiniano hiſtoriam illuſtratam & confirmatam haberes. Denique in hoc libello ne teſtimonium antiquitatis fidémque deſiderares, Suidiani & Vaticani Codicis collationem hinc inde decerptam adiecimus; nam ex priſcis omnibus, vt alibi dixi, vnus Suidas hanc legit hiſtoriam, quod etiam ex hiſce veterum Autorum, qui Procopij, eiúſque librorum meminerunt, teſtimoniis obiter intelligere potes.

DE PROCOPIO CÆSARIENSI HISTORICO teſtimonia veterum Scriptorum.

Euagrius lib. 4. cap. 12.

ΦΙλοπονώτατα, κομψῶς τε καὶ λογίως ἐκτέθειται Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι ἃ δὴ πέπρακται ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἑῴων δυνάμεων ῥωμαίοις τε καὶ πέρσαις πρὸς ἀλλήλοις πολεμοῦσι. Procopius Rhetor res à Romanis & Perſis dum inter ipſos præliis decertabant, geſtas, Beliſario tum Orientalium copiarum duce, accuratiſſimè, diſertiſſiméque narrat.

Agathias Scholaſticus lib. 1.

ΤΑ πλεῖστα τῶν κατὰ τὸν Ἰουστινιανοῦ χρόνοις γεγενημένων ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἔμοι γε, ἅτε δὴ ἀπ[illegible]χρώντως εἰρημένα. Cùm omnia ferè quæ Iuſtiniani temporibus geſta ſunt, à Procopio Cæſarienſi Cauſidico ſumma ſint diligentia narrata, prætermittenda à me ſunt, quippe quæ ſatis iam explicata.

Joannes

Joannes Scholasticus Epiphaniensis lib. 1.

ΤΑ μὲν ὅσα ῥωμαῖοι τε καὶ μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ μυρριναίῳ μετά γε Προκόπιον τὸν Καισαρέα. Quæ Romani ac Persæ in bellis gesserunt ac passi sunt Iustiniano Imperatore regnum moderante, conscripsit Agathias Myrrhinæus post Procopium Cæsariensem.

Symeon Metaphrastes in Vita S. Sabæ.

ΠΕρὶ τούτων δὲ μικροῦ πάντων καὶ Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἔν γε τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων αὐτῷ φιλοπονηθέντι κατὰ μέρος διαλαμβάνει συνῳδὰ Κυρίλλῳ τῷ τὸν βίον ἐξ ἀρχῆς τοῦ θείου Σάβα συγγραψαμένῳ φθεγγόμενος. De his ferè omnibus Procopius Cæsariensis libro quinto de Iustiniani ædificiis singillatim commemorat; conuenítque eius historia cum Cyrillo, qui Sancti Sabæ vitam olim conscripsit.

Constantinus Porphyr. lib. 1. Them. 2.

ΟΥτε γὰρ Προκόπιος, οὔτε μὴν Ἀγαθίας, οὔτε Μένανδρος, οὔτε Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ἐμνημόνευσαν τοῦ τοιούτου ὀνόματος οἱ τὰ χρονικὰ συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. Neque Procopius, neque Agathias, neque Menander, neque Hesychius Illustris, qui tempore Iustiniani Imperatoris Chronica composuerunt, huiusce nominis mentionem faciunt.

Photius in Bibliotheca cap. 63.

ΑΝεγνώσθη Προκοπίου ῥήτορος ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ὀκτώ, ἱστορεῖ δὲ τὰ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συνενεχθέντα πρός τε πέρσας ῥωμαίοις καὶ πρὸς βανδήλους καὶ γότθους, ἃ βελισάριος στρατηγῶν διεπράξατο μάλιστα, ᾧ καὶ τὰ πολλὰ συνὼν τὴν ἱστορίαν ἐξ ὧν ὄψει παρείληφε συνεγράψατο. Legi Procopij Cæsariensis octo libros historiarum, in quibus exponit quæ Persis, ac Romanis, Vandalísque, & Gotthis sub Iustiniano acciderunt, quæve præsertim à Belisario duce exercitus gesta sunt, cuius ipse Rhetor perpetuus comes, & rerum quas narrat spectator fuit.

Idem ibidem cap. 160.

ΠΡοκόπιος ὁ Καισαρεὺς ὃς εἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὰς γραφὰς συντάξας ἀείμνηστον αὐτοῦ κλέος τοῖς σπουδαιοτέροις

καταλέλοιπεν. Procopius Cæſarienſis Iuſtiniani ætate luculentiſſimas, maximéque vtiles hiſtorias conſcripſit, æternúmque ſibi nomen apud eruditos comparauit.

Suidas in Collectaneis.

ΠΡοκόπιος Ἰλλούστριος ὁ Καισαρεὺς ἐκ παλαιστίνης ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς ἔγραψεν ἱστορίαν ῥωμαϊκὴν, ἤγουν τοὺς πολέμους βελισαρίου, τὰ κατὰ ῥώμην, καὶ Λιβύην πραχθέντα. γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπογραφεὺς χρηματίσας βελισαρίου, καὶ ἀκόλουθος κατὰ πάντας τοὺς συμβάντας πολέμοις τε καὶ πράξεις τὰς ὑπ' αὐτοῦ συγγραφείσας. ἔγραψε καὶ ἕτερον βιβλίον τὰ καλούμενα ΑΝΕΚΔΟΤΑ τῶν αὐτοῦ πράξεων, ὡς εἶναι ἀμφότερα τὰ βιβλία ἐννέα. Τὸ βιβλίον Προκοπίου τὸ καλούμενον ΑΝΕΚΔΟΤΑ ψόγους καὶ κομῳδίας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως περιέχει, καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Θεοδώρας, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτοῦ βελισαρίου καὶ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ. Procopius Illuſtris Cæſarienſis Palæſtinus, Orator & Sophiſta, ſcripſit hiſtoriam Romanam, bella ſcilicet Beliſarij, res Romæ & in Africa geſtas. Fuit temporibus Iuſtiniani Imperatoris, à ſecretis Beliſarij dictus, & comes in omnibus bellis, & rebus à ſe deſcriptis interfuit. Scripſit & alium librum qui ANECDOTA dicitur, de rebus Iuſtiniani: vt eius libri omnes ſint nouem. In hoc opere vituperationes & inſectationes Iuſtiniani & Theodoræ eius coniugis, atque etiam Beliſarij & vxoris eius continentur.

Joannes Zonaras Tom. 3.

ΤΩ βελισαρίῳ καὶ ὁ Καισαρεὺς συνωμάρτει Προκόπιος, ὃς τὰ περὶ τῶν ἐκείνου πολέμων ἱστόρησε πλατύτερον. Beliſarium ſecutus eſt Procopius Cæſarienſis, qui eius in bello res geſtas pleniſſima hiſtoria complexus eſt.

Georgius Cedrenus in Annal.

ΤΑ τοῦ Βελισαρίου στρατηγήματα Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἐν ὀκτὼ βιβλίοις συνεγράψατο. Beliſarij bellica facinora Procopius Cæſarienſis octo libris narrauit.

Anonymus in Chron. Vatic.

ΠΡοκόπιος Ἰλλούστριος Καισαρεὺς συνέγραψε τοὺς πολέμους βελισαρίου τοῦ πατρικίου ἐν βιβλίοις ὀκτώ. Procopius Cæſarienſis Vir Illuſtris compoſuit hiſtoriam de bellis à Beliſario Patricio geſtis octo libris.

Niceph.

Niceph. Callist. lib. 17. cap. 10.

FActa Iustiniani à Procopio Cæsarienſi eleganter admodum & doctè in temporum ſuorum hiſtoria ſunt conſcripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis ſtylum accedentia compoſuit: quorum vnum Perſica nominauit, in quatuor partes diuiſum opus: ſecundum pari diuiſione Gotthica; quæ ſcripta, bella ab ipſo Iuſtiniano & Beliſario in orbe Romano feliciter geſta complectuntur. Tertium Ædificia inſcripſit, magnificè admodum commemorans, quæ opera Iuſtinianus conſtruxerit: templa ſcilicet, regias, oppida & vrbes, pontes, atque alia ad publicum vſum ſpectantia. Quartum opus retractatio eſt orationum, quas apud Iuſtinianum laudibus eum vehens habuit: quaſi quædam palinodia, ſeu recantatio minus rectè ab eo dictorum.

ARGVMENTVM

HISTORIÆ ANEKΔOTOY

ex Euagrio, qui ſub Iuſtiniano vixit, *lib. 4. cap. 29.*

Ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστὴς, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν, τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι, τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι, καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπροφασίστοις ἐπιχρώσας τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμίσασα τῷ ὁμιλίαν τινὰ, ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, αὖθις ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, ἐπεὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους ὅλον

IN Iuſtiniano tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis, atque adeò abſurda rerũ alienarũ appetitio, vt omnia ſubiectorum bona his qui Magiſtratus adminiſtrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de cauſa inſidias hominibus ſtruere volebant, ob auri amorẽ vendiderit. Complures, imò verò innumerabiles qui multa bona poſſidebãt, cauſa falſa cõmentitiáq; cõficta omnibus fortunis mulctauit. Quod ſi quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciẽs, conſuetudinẽ ſe vllá cum eo, vel coniunctionẽ habuiſſe ſimularet, ſtatim omnia iura ac leges, modò Iuſtinianũ turpis lucri ſociũ cõſtitueret,

õ 2 eius

eius causâ euersæ iacuerunt, facultatésque omnes illius qui falsò in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translatæ. Erat porrò tam largus in pecunia eroganda, vti multa & magnifica templa in diuersis locis extrueret; magnámque seorsum colligeret à suis pecuniarum vim, vnde ista perficerentur, quæ sanè pia Deóque accepta essent, si modò vel ille, vel alij qui talia moliuntur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suæque vitæ actiones vacuas à sceleris labe tanquam hostiam Deo offerrent.

ὅλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος, οἴκοι μετεσκευάσατο. καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν. ὥστε καὶ πολλοῖς ἁγίοις, καὶ ἑκασταχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἀναστῆσαι, ἄλλοις τε εὐαγέσιν οἴκοις εἰς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν ἀώρων τε καὶ ἐξώρων, καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων, συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι, πρᾶξαι τε καὶ ἄλλα μυρία εὐσεβῆ, καὶ θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν.

Idem eodem libro cap. 31.

Ὁ αὐτὸς αὐτόθι κεφ. λά.

De alio item Iustiniani facto mihi dicendum est, quod quidem siue ex naturæ vitio, siue ex formidine & timore ortum sit, non habeo dicere; eius tamen generis fuit, vt omnem belluinam immanitatem longè superaret. Duxit autem initium ab ea seditione populari, quã NICA, hoc est, VINCE vocant. Placuit Iustiniano ita vehementer in alteram factionem eorum qui Veneti dicuntur, animo propendere, vt impunè possent ipso meridie in media Ciuitate aduersarios trucidare, & non modò non pœnas metuerent, verùm etiam dignarentur honoribus: adeò vt inde multi homicidæ existerent. Licebat autem illis in ædes alienas irrumpere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus suam ipsorum salutem ac vitam diuendere: & si quis Magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creauit periculum. Vnde

Εἰπεῖν δὲ δεῖ καὶ ἑτέραν τὴν Ἰουστινιανοῦ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον. εἴτε δὲ φύσεως ἁμαρτία, εἴτε δειλίας τε, καὶ φόβων ἔκγονον, οὐκ ἔχω λέγειν, ἐκ τῆς δημώδους στάσεως τοῦ NIKA τὴν ἀρχὴν ἕλκον. ἐδόκει γὰρ θατέρῳ τῶν μερῶν, τῶν κυανέων φημὶ, ἀτεχνῶς προσκεκλῖσθαι ἐς τοσοῦτον, ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπενδύτιας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γίνεσθαι. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι, καὶ τὰ ἐναποκείμενα κειμήλια ληΐζεσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰς σφῶν πιπράσκειν σωτηρίας. καὶ ἤν τις τῶν ἀρχόντων εἴργειν ἐπιχειράθη, περὶ τὴν σωτηρίαν ἐκινδύνευεν, ὅθεν

ὅθεν ἀμέλει εἷς τις τὴν ἑῴαν ἐπιτροπευόντων ἀρχὴν, ἐπεὶ ἐνίοις τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως, νεύροις ᾐκίσθη τε, καὶ περιηνέχθη· καλλινίκος δὲ τῶν κιλίκων ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνω κίλικε παῦλον, καὶ φαυστῖνον ἐπελθόντε οἱ, καὶ διαχειρήσασθαι βουλομένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως, καὶ τῶν νόμων ταύτην καταλαβών. ἐντεῦθεν δὲ θατέρου μέρους τὰ οἰκεῖα πεφευγότες, καὶ πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγη πάντοθεν ἐλαυνόμενοι τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον, λωποδυσίας τε, καὶ μιαιφονίας ἐργαζόμενοι, καὶ πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων, λεηλασίας τε, καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. ἔστιν δὲ οὗ πρὸς τὰ ἐναντία μεταχωρήσας, καὶ αὐτοὺς διεχειρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδοὺς, οὓς ἀφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάροις ἴσα. καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν, κρεῖττον, καὶ λόγου, καὶ χρόνου. ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπίλοιπα.

Vnde certè vir quidam qui gessit in Oriente Magistratum, quoniam nonnullos eorum qui rebus nouis studebant, neruis coërcere voluit, quò modestiores efficerentur, per mediam Vrbem circumductus fuit, neruísque grauiter cæsus. Callinicus porrò Præfectus Ciliciæ, cùm duo Cilices Paulus & Faustinus homicida vterque in eum impetum facerent, occideréque in animo haberent, quoniam pœna ex legibus constituta eos mulctauit, in crucem actus est, hócque supplicio pro recta conscientia & legum obseruatione affectus. Inde factum est, vt qui alterius erant factionis cùm à domiciliis suis fugissent, & à nemine vsquam exciperentur hospitio, sed velut scelera vbique exagitarentur, tendere insidias viatoribus, compilare, cædes facere cœperint, vsque eò vt omnia loca nece immatura, direptione, & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato, eius generis homines interfecit, legúmque permisit potestati, etiam eos quos antè passus fuisset more Barbarorum in Ciuitatibus impia scelera consciscere: sed ad ista singillatim persequenda mihi nec tempus suppetit, nec facultas dicendi. Atque ea quæ diximus, satis esse poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

ALIVD ARGVMENTVM

VERBIS IOANNIS ZONARÆ, IN IVSTINIANO.

IVstiniano principatum adepto, non vnius, ſed duorum poteſtas fuit, cùm vxor eius non minus ipſo, ac potiùs plus poſſet. Fuic hic Imperator aditu facilis, ad pœnam irrogandam æquè promptus atque ad crimina audienda; pecuniam & temerè profudit, & per fas ac nefas comparauit; aliam in ædificia, aliam ad exequenda conſilia ſua, aliam in rem bellicam, & contentiones eorum, qui voluntati ipſius aduerſabantur, inſumendo. Ita factum, vt cùm pecunia ſemper egeret, eam rationibus parum honeſtis compararet, ac gratiam haberet iis, qui colligendi argenti vias oſtenderent. Neque verò ille ſic affectus erat; Imperatrix verò illi ſiue licentia, ſiue quouis modo faciendæ pecuniæ ſolertia cedebat. Sed & maritum longo interuallo potentia ſuperabat, & nouos, eóſque varios quæſtus ingenioſiſſimè reperiebat. Hinc ſubditi gemino onere premebantur. Nam & annua tributa exaggerabantur, & noua excogitabantur. Alij, vt perperam de religione ſentientes mulctabantur: alij vt immodeſtè

Ἀρξάμενος Ἰουστινιανοῦ οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου διεδύνητο. ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς ῥᾷστος μὲν πρὸς ἔντευξιν, καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολάς, ὀξὺς δὲ πρὸς ἄμυναν, ἀφειδὴς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν αὐτῶν ἀφειδέστερος. τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε πρὸς οἰκοδομάς, τὰ δὲ ἵν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγχανε πρὸς βουλῆς, τὰ δὲ εἰς πολέμους, καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ταῖς αὐτοῦ θελήσεσιν ἔριδας. ὅθεν ἀεὶ χρημάτων δεόμενος ἐξελέγετο ταῦτα ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ᾔδει τοῖς προφάσεις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. Καὶ οὐχ ὁ μὲν οὕτω διέκειτο, ἡ δὲ βασιλὶς ἠλαττοῦτο κατά τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν ἐκ τρόπου παντός. ἐδύνατο γὰρ πολλῷ τῷ μέσῳ τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. ἦν δὲ καὶ πορισμωτάτη πρὸς εὕρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἱ συμφοραί, οἵτε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξήροντο, καὶ καινοὶ προσεπινενόηντο. καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως

βιοῦντες

βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς ἐκολάζοντο, καὶ τὰς περιουσίας ἀφῃρεῖντο. οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ ἄλλοι δ' ἐξ ἄλλων τρόπων, καὶ ἕτεροι δ' ἐξ ἑτέρων. πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν μακρᾶς ἂν δέοιτο ξυγγραφῆς.

destè & petulanter viuentes opibus priuabantur: alij ob contentiones inter sese: alij denique aliis de causis; quæ omnes breuiter recenseri nequeunt.



ΠΡΟΚΟ



ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ

ΑΝΕΚΔΟΤΑ.

εἴτ' οὖν

Ἐννάτη τῶν ἱστοριῶν βίβλος.



ΣΑ μὲν οὖν Ῥωμαίων τῷ γένει, ἔντε πολέμοις ἄχρι δεῦρο ξυνηνέχθη γενέσθαι, τῇδέ μοι διηγήγηται, ᾗπερ δυνατὸν ἐγεγόνει τῶν πράξεων τὰς δηλώσεις ἁπάσας ἐπὶ καιρῶν τε, καὶ χωρίων τῶν ἐπιτηδείων ἁρμοσαμένῳ. τὰ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔτι μοι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ξυγκείσεται. ἐπεὶ ἐνταῦθα γεγράψεται πάντα, ὁπόσα δὴ τετύχηκε γενέσθαι πανταχόθι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. αἴτιον δὲ, ὅτι δὴ οὐχ οἷόντε ἦν περιόντων ἔτι τῶν αὐτὰ εἰργασμένων, ὅτῳ δὴ ἀναγράφεσθαι τρόπῳ. οὔτε γὰρ διαλαθεῖν πλ* οἷόντε ἦν, οὔτε φωραθέντων μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτίστῳ. ὁ* συγγενῶν τοῖς γε οἰκειοτάτοις τὸ θαῤῥεῖν εἶχον. *ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν * εἰρημένων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθην. τότε δ' οὖν * καὶ τῶν ἔμπροσθεν δεδηλωμένων ἐντ * ἀλλά μοι ἐς ἀγώνισιν ἑτέραν ἰοῦσι * θεοδώρα βεβιωμένων, βα * ξυμβαίνει, ὅτι δή

μοι


PROCOPII CÆSARIENSIS

V. I.

ANECDOTA,

Arcana Historia,

Qui est liber Nonus Historiarum.



OMANÆ genti quæ ad hanc fermè diem in bellicis expeditionibus accidêre, ita planè narraui, vt rerum gestarum euentus suis quique temporibus ac locis, quoad eius fieri potuit, disponerentur. Nunc reliqua haud libet simili ratione distinguere, cùm in hunc locū coniicere sit animus, quæ sparsim in ditione Romana contigêre. Huiusce verò cōsilij eā habeo causā, quod illa scribere qua maximè ratione oportuisset, nequaquā expedire tū mihi videbatur, cùm etiamnū superstites forent, qui ea perpetrassent. Certè latere ipse diutiùs non potuissē, neq; supplicio crudelissimo nō interire, isthæc si palàm & in lucē venissent.* sanguine propinquis fidere, id verò plenū erat discriminū.* * quin & aliis huius historiæ libris nonnunquam gestorum silere causas coactus sum.* * incautè plerique ad imitanda maiorum faci-

A nora,

nora, priſcorúmque ſequenda ſcelera facilè, nullóque labore dilabuntur. Me verò ad eas res hiſtoriâ prodendas induxit, quod qui tyrannidem in poſterum exercebunt, facilè ſibi horum hominum exemplo perſuadere poterunt, quæ ipſos etiam malefactorum maneat animaduerſio. Deinde fortaſſe veriti, ne vita moréſque ſui æternæ poſterorum memoriæ tradantur, haud ita ad peccandum præcipites erunt. Quotus enim quiſque hominum, qui deinde vixerunt, perditam Semiramidis vitam, vel Sardanapali, aut Neronis dementiam execraretur, niſi hæc hiſtoriis commendata fuiſſent? *** Quamobrem primò quidem quæ Beliſario flagitiosè commiſſa * * deinde quæ Iuſtinianus ac Theodora ſceleratè geſſerunt, ego * * Igitur Antonina intemperantiùs, palámque peccare nihil penſi habuit. Adoleſcens nomine Theodoſius, parentibus qui cum Eunomianis ſentirent, in Thracia natus, domi apud Beliſarium verſabatur; quem ipſe iamiam in Africam tranſmiſſurus, diuino lauacro luſtratum ſuis exceperat manibus, & vnà cum vxore ſua filium adoptauerat, quo Chriſtiani more conſueuerũt liberos adſciſcere. Ex eo Theodoſiũ Antonina, quippe

μοι τὰ * φανησόμενα τοῖς ὅτι * παλαιοτέραν τὴν ἀκοὴν **. εὔπορος ὑπὸ ἀμαθίας ἡ ἐς τῶν ο γεγενημένων τὰ κακὰ μίμησις. καὶ πρὸς τὰ ἡμαρτημένα τοῖς παλαιοτέροις, ῥᾷόν τε, καὶ ἀπονώτερον, ἐσαεὶ τρέπονται. ἀλλά με ὕστερον ἐς τήνδε τῶν ἔργων τὴν ἱστορίαν τοῦτο ἐνήνεγκεν, ὅτι δὴ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα τυραννήσουσιν, ἔνδηλον ἔσται ὡς μάλιστα μὲν καὶ τὴν τίσιν αὐτῶν ἁμαρτανομένων περιελθεῖν οὐκ ἀπεικὸς εἴη, ὅπερ καὶ τοῖσδε τοῖς ἀνθρώποις ξυνηνέχθη παθεῖν. ἔπειτα δὲ καὶ ἀνάγραπτοι αὐτῶν αἱ πράξεις, καὶ οἱ τρόποι ἐσαεὶ ἔσονται, ἀπ᾽ αὐτοῦ τε ἴσως ὀκνηρότερον παρανομήσουσιν. τίς γὰρ ἂν τὸν σεμιράμιδος ἀκόλαστον βίον, ἢ τὸν σαρδαναπάλου, καὶ νέρωνος μανίαν τῶν ἐπιγενομένων ἀνθρώπων * μὴ τοῖς τότε γεγραφόσι, τὰ μνημεῖα ταῦτ᾽ ἐλέλειπτο; ἄλλως τε καὶ * μένοις ἂν οὕτω τύχοι πρὸς τῶν τυράννων οὐκ ἀκερδὴς αὕτη παντά * παραμυθεῖσθαι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες εἰώθασι, τῷ μὴ μόνοις * τρεῖν. διά τοι ταῦτα πρῶτα μὲν ὅσα βελισαρείῳ μοχθηρὰ * ὕστερον δὲ καὶ ὅσα ἰουστινιανῷ, καὶ θεοδώρᾳ μοχθηρὰ εἴργασται, ἐγὼ * δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ἐμνήσθην πάππου * λονίκη τὸ ἔργον τοῦτο ἐνδειξαμένων. * τη τὰ πρότερα μᾶλλον τινὰ βιώσασα * ἷοις πολλὰ ὡμιληκυῖα καὶ * σαρίῳ γυνὴ γέγονε. μήτηρ ἤδη * * εἶναι. ξυγκαλύπτειν ** λόγος ἐρρήθη. ἐνταῦθα δὴ ἀσελγέστερόν τε, καὶ οὐκ ἔτι ἀποκρυπτομένη ἅπαντα ἐξαμαρτάνειν οὐδαμῇ ἀπηξίου. ἦν δέ τις νεανίας ἐκ θρᾴκης ἐν τῇ βελισαρείου οἰκίᾳ, θεοδόσιος τοὔνομα, δόξης γεγονὼς ἐκ πατέρων εὐνομιανῶν καλουμένων. τοῦτον ἡνίκα ἐς λιβύην ἀποπλεῖν ἔμελλεν, ἔλουσε μὲν ὁ βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οἰκείαις, εἰσποιητὸν ἐποιήσατο ξὺν τῇ γυναικὶ παῖδα, ἧπερ εἰσποιεῖσθαι χριστιανοῖς νόμος. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ ἀντωνίνα τὸν θεοδόσιον

ἅτε

ἅτε παῖδα ὄντα ἱερῷ λόγῳ, ἠγάπα τε ὡς τὸ εἰκὸς, κἂν τοῖς μάλιστα ἐπιμελουμένη ὑφ᾽ αὑτὴν εἶχεν, εἶθ᾽ ὕστερον αὐτοῦ ἐρασθεῖσα ἐκτόπως, ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ, καὶ κατακορὴς γεγονυῖα τῷ πάθει, ἀπεσείσατο μὲν θείων τε, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων δέος τε, καὶ αἰδῶ ξύμπασαν. ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ τὰ μὲν πρῶτα ἐν παραβύστῳ. τελευτῶσα δὲ, καὶ οἰκετῶν, καὶ θεραπαινίδων παρόντων. κάτοχος γὰρ ἤδη τῷ πόθῳ τούτῳ γεγενημένη, καὶ διαφανῶς ἐρωτόληπτος οὖσα, οὐδὲν ἔτι τοῦ ἔργου κώλυμα ἔβλεπε. καί ποτε ὁ βελισάριος ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ τὴν πρᾶξιν λαβὼν ἐν καρχηδόνι, ἐξηπάτητο πρὸς τῆς γυναικὸς ἑκών γε εἶναι. ὁ μὲν γὰρ ἄμφω ἐν δωματίῳ καταγείῳ εὑρὼν, ἐμεμήνει. ἡ δὲ οὔτε ἀποδειλιάσασα, οὔτε καταδυσαμένη τῷ ἔργῳ τούτῳ, ἐνταῦθα ἔφη τῶν λαφύρων τὰ τιμιώτατα σὺν τῷ νεανίᾳ κρύψουσα ἦλθον, ὡς μὴ ἐς βασιλέα ἔκπυστα γένηται. ἡ μὲν οὖν ταῦτα σκηπτομένη εἶπεν. ὁ δὲ ἀναπεισθῆναι δόξας, ἀφῆκε· καίπερ τῷ θεοδοσίῳ ἐκλελυμένον τὸν ἱμάντα ὁρῶν τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα, τὰς ἀναξυρίδας ξυνδέοντα. ἔρωτι γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἀναγκασθεὶς, ἐβούλετό οἱ τὴν τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν θέαν, ὡς ἥκιστα ἀληθίζεσθαι. τῆς δὲ μαχλοσύνης ἀεὶ προϊούσης ἐς κακὸν ἄφατον, οἱ μὲν ἄλλοι θεώμενοι τὰ πρασσόμενα, ἐν σιωπῇ εἶχον. δούλη δέ τις μακεδονία ὄνομα ἐν συρακούσαις ἡνίκα σικελίας ἐκράτησε βελισάριος ὅρκοις δεινοτάτοις τὸν δεσπότην καταλαβοῦσα, μήποτε αὐτὴν τῇ κεκτημένῃ καταπροήσεσθαι, πάντα

quippe sacro ritu filium, amare, vt par erat, omnémque eius curam suscipere, dictóque audientem habere. Deinde verò ea nauigatione in incredibilem adolescentis amorem incidit; quo penitus imbuta, omnem abiecit diuinarum, humanarúmque legum formidinem, ac verecundiam. Cum eo principiò quidem clanculùm consueuit; denique inspectantibus etiam vernulis, & ancillis; nam nihil suæ libidini impedimento esse putauit, quando perditè amore capta, eo iam palàm duceretur. Ipse Belisarius aliquando apud Carthaginem manifestò rem deprehendit; verùm ab vxore delusus est non inuitus. Nam ille subterraneo in cubiculo cùm ambos vnà comperisset, penè furentis in modum commotus est. Antonina eam ob rem nec expauit, nec vitauit conspectum; sed, huc, inquit, in latebris pretiosissima quæque spoliorum cum adolescentulo reconditura veni, ne qua istorum fama ad Cæsarem perueniret. Isthæc illa quidem simulauit; hic autem rem & facilè dissimulauit, & sibi persuaderi passus est; licèt Theodosio ligulam, quæ circa pudenda subnectit femoralia, solutam obseruasset. Nam mulieris victus beneuolentia, maluit vera non esse credere, quæ sibi oculorum etiam fide probarentur. Ita in dies gliscente in incredibile malum lasciuia, cæteri quidem silentio flagitium inspectarunt; famula verò Macedonia nomine, post debellatam à Belisario Siciliam, Syracusis hero sanctissimi iurisiurandi fide primùm obstricto, ne vnquam Antoninæ proderetur,

totam ei fabulā detexit, datis prætereа teſtibus duobus à cubiculo famulis. Re comperta, Beliſarius quibuſdam ex ſtipatoribus ſuis necem imperat Theodoſij; ille detectis inſidiis, Epheſum aufugit. Nam aſſectatores ingenij Beliſarij mobilitate inducti malebant vxori gratum facere, quàm videri beneuolentiam mariti aucupari. Quamobrem iuſſa cōtra Theodoſium eidem prodidêre. Conſtantinus hoc rerum caſu vehementer Beliſarij mœrentis vicem condoluit, atque illud dictitauit: Ego mulieri citiùs interitum, quàm adoleſcenti paraſſem. Hoc audito Antonina, animo penitus abdito illi ſuccenſuit, vt eò grauiùs in eum acerbitatem euomeret. Nam erat ad indignationem tegendam, & animi virus exerendum comparata. Non ita multo pòſt aut veneficiis, aut blandis verborum illecebris falsò in ſe conflatam accuſationem perſuadet coniugi. Ille nihil moratus Theodoſium accerſit; Macedoniam verò famulam, ambóſque pueros vxori ſe dediturum pollicetur; quos Antonina linguis, vt fertur, primùm reſectis, & membratim cōciſos, ſacculis ad extremum incluſos in altū illicò demergit. Fuit illi miniſter ſceleris quidā ex famulis Eugenius nomine, qui & cōmiſſi contra SILVERIVM piaculi ſatelles fuerat. Tandē Conſtantinū etiam ſuaſu coniugis è medio ſuſtulit Beliſarius. Nā quæ de ſicis, Præſidióque prioribus libris narrauimus, eo fermè tēpore contigerūt.

Vbi

πάντα αὐτῷ λόγον ἐξήνεγκε, δύο παιδάρια πρὸς μαρτυρίαν παρεχομένη, οἷς δὴ τὰ ἀμφὶ τὸν κοιτῶνα ὑπηρετεῖν ἐπιμελὲς ἦν. ταῦτα μαθὼν βελισάριος τῶν οἱ ἑπομένων τινὶ τὸν θεοδόσιον ἐκέλευσε διαχρήσασθαι. ὁ δὲ προμαθὼν εἰς ἔφεσον φεύγει. τῶν γὰρ ἑπομένων οἱ πλεῖστοι τῷ ἀβεβαίῳ τοῦ ἀνθρώπου γνώμης ἠγμένοι, ἀρέσκειν τὴν γυναῖκα μᾶλλον ἐν σπουδῇ εἶχον, ἢ τῷ ἀνδρὶ δοκεῖν εὐνοϊκῶς ἔχειν. οἵγε καὶ τὰ σφίσιν ἐπικείμενα τότε ἀμφ' αὐτῷ προὔδοσαν. κωνσταντῖνος δὲ βελισάριον ὁρῶν περιώδυνον γεγονότα τοῖς ξυμπεσοῦσι, τά τε ἄλλα συνήλγει, καὶ τοῦτο ἐπεῖπεν, ὡς ἐγώ τε θᾶσσον ἂν τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν νεανίαν κατειργασάμην· ὅπερ ἀντωνίνα μαθοῦσα κεκρυμμένως αὐτῷ ἐχαλέπαινεν, ὅπως ἔγκοτα ἐνδείξηται τὸ εἰς αὐτὸν ἄχθος. ἦν γὰρ σκορπιώδης τε, καὶ ὀργὴν σκοτεινή. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἢ μαγγανεύσασα, ἢ θωπεύσασα πείθει τὸν ἄνδρα, ὡς οὐχ ὑγιὲς τὸ κατηγόρημα τὸ ταύτης γένοιτο· καὶ ὃς θεοδόσιον μὲν μελλήσει οὐδεμιᾷ μετεπέμψατο, μακεδονίαν δὲ καὶ τὰ παιδία τῇ γυναικὶ ἐκδοῦναι ὑπέστη. οὓς δὴ ἅπαντας πρῶτα τὰς γλώττας, ὥσπερ λέγουσιν, ἀποτεμοῦσα, εἶτα κατὰ βραχὺ κρεουργήσασα, καὶ θυλακίοις ἐμβεβλημένη, ἐς τὴν θάλατταν ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἔρριψε, τῶν τινὸς οἰκετῶν εὐγενίου ὄνομα ὑπουργήσαντος οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος, ᾧ δὴ καὶ τὸ ἐς σιλβέριον εἴργασται μίασμα. καὶ κωνσταντῖνον δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον βελισάριος τῇ γυναικὶ ἀναπεισθεὶς κτείνει. τὰ γὰρ ἀμφὶ τῷ πρεσιδίῳ, καὶ τοῖς ξιφιδίοις, τηνικάδε ξυνηνέχθη γενέσθαι, ἅπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται.

μέλλον

μέλλοντος γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἀφίεσθαι, οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἡ ἀντωνίνα, ἕως αὐτὸν τοῦ λόγου ἐτίσατο, οὗπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔχθος μέγα περιεβάλλετο ὁ βελισάριος ἔκτε βασιλέως, καὶ τῶν ἐν ῥωμαίοις λογίμων ἁπάντων. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε κεχώρηκε. θεοδόσιος δὲ οὐκ ἔφη ἐς ἰταλίαν ἀφίξεσθαι οἷός τε εἶναι, ἵνα ἤδη τότε διατριβὴν εἶχον βελισάριός τε, καὶ ἀντωνίνα, ἢν μὴ φώτιος ἐκποδὼν γένηται. ὁ γὰρ φώτιος πρόχειρος μὲν φύσει ἐς τὸ δάκνεσθαι ἦν, ἤν τις αὐτοῦ παρ' ὁτῳοῦν αὐτῇ δύνηται μᾶλλον. ἐν μέντοι τοῖς ἀμφὶ θεοδοσίῳ, καὶ δικαίως ἀποπνίγεσθαι οἱ ξυνέβαινεν, ὅτι δὲ αὐτὸς μὲν καίπερ υἱὸς ὢν, ἐν οὐδενὶ ἐγίγνετο λόγῳ, ὁ δὲ δυνάμει τε πολλῇ ἐχρῆτο, καὶ χρήματα μεγάλα περιεβάλλετο. λέγουσι γὰρ αὐτὸν ἐκ καρχηδόνος τε, καὶ ῥαβέννης, ἐς ἑκατὸν κεντηνάρια ἐξ ἀμφοῖν παλατίοιν συλήσαντα ἔχειν. ἐπεὶ καὶ μόνῳ κατ' ἐξουσίαν διαχειρίσαι ταῦτα ξυνέβη. ἡ δὲ ἀντωνίνα ἐπεὶ τὴν θεοδοσίου γνώμην ἔμαθεν, οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἐνεδρεύουσά τε τὸν παῖδα, καὶ φονίοις τισὶν ἐπιβουλαῖς αὐτὸν μετιοῦσα, ἕως καταπράξασθαι ἴσχυσεν αὐτὸν μὲν ἐνθάδε ἀπαλλαγέντα, ἐς βυζάντιον ὁδῷ ἰέναι, οὐκέτι φέρειν τὰς ἐνέδρας οἷόντε ὄντα, τὸν δὲ θεοδόσιον ἐς τὴν ἰταλίαν παρ' αὐτὴν ἥκειν. οὗ δὴ κατακόρως τῆς τε τοῦ ἐρωμένου διατριβῆς, καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς εὐηθείας ἀπωναμένη, χρόνῳ ὕστερον ξὺν ἀμφοῖν ἐς βυζάντιον ἧκεν. ἔνθα δὴ θεοδόσιον ἐδεδίσσετο τὸ συνειδέναι, καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. λήσειν γὰρ ἐς τὸ παντελὲς οὐδαμῇ ᾤετο. ἐπεὶ τὴν γυναῖκα ἑώρα οὐκέτι τὸ πάθος

Vbi enim Conſtantinus iniuriarum in Beliſarium & Præſidium erat abſoluendus, non priùs deſtitit Antonina quàm eius vocis, cuius paulo antè memini, ab illo pœnas exegiſſet. Quamobrem magnâ Beliſarius cùm Imperatoris, tum Romanorum procerum in ſe concitauit inuidiam. Theodoſius in Italiam (vbi tum Beliſarius & Antonina degebant) ſe minimè venturum reſpondit, niſi Photius inde longiùs amandaretur. Nam ea erat natura Photius, vt valde ægro ferret animo, ſi quis apud aliquem videretur ſe eſſe potior. Igitur ſecundis Theodoſij rebus contabeſcere illi quidem non ſine cauſa videbatur, cùm, etſi filius, nullo haberetur loco; contrà verò Theodoſius multũ polleret, ingentibúſque afflueret opibus. Nam ea fama erat, ex ærariis Carthaginis & Rauennæ ad decem millia pondo auri eũ depeculatũ fuiſſe, cùm ſine collega, ſummáque autoritate eas illi pertractare pecunias obueniſſet. Interea dũ Antonina Theodoſij percepit animũ, non antea deſiit aduerſus filiũ ex inſidiis agere, & arte penè parricidali eum circumuenire; donec obtinuit, vt is excederet tot inſidiis ferẽdis impar, Byzantiúmque cõtenderet; Theodoſius verò ad ſe in Italiã veniret, vbi & amaſij cõſuetudine, & coniugis fatuitate abundè iã oblectata, tandẽ vtroque comite Byzantium appulit. Hîc verò cœpit Theodoſius cõſciẽtia perterreri, & in diuerſas partes agitare conſiliũ. Nam latere demũ poſſe minimè ſibi perſuadebat, cùm fœminam nequire amplius occultare

libidinem cerneret, sed effracto iam apertè animo diffluere, nec ferre grauiter publicam adulterij opinionem, atque infamiã. Quamobrem Ephesum repetit, comâque, sicut fieri consueuit, detonsa, in albo Monachorum conscribi voluit. Tum verò Antonina prorsus insanire, veste, victúsque ratione præ se ferre mœstitiam, identidem circumire domum lacrymans, eiulánsque, illud lamentari marito etiamnum superstite, amissam viri optimi fidem, gratiã, beneuolentiam, industriam; denique coniugẽ ipsum in easdem ita pertrahere lamentationes, vt impigrè ille quidẽ elaboraret, quò adamatus reuocaretur Theodosius. Tandem Cæsarem adit, & Augustã, à quibus vt ille accersatur supplex demum impetrat, quippe qui sibi nõ in præsentia solùm, sed & in posterum domi futurus esset pernecessarius. At inde negat se abiturum Theodosius, affirmátque esse iã animo ad Monachorũ institutũ penitus confirmato. Hæc tamen ita simulauit, vt cùm primùm Byzantio discederet Belisarius, ipse clàm (vt & factũ est) Antoninam conueniret. Interea cum Photio Belisarius aduersus Chosroëm mittitur in expeditionem; Antonina, præter morem pristinũ, Byzantij subsistit: summopere enim curauit Belisario se comitem adiungendã, quò ille cumque terrarum pergeret, verita ne vbi solus esset, ad mentem ipse rediret, suisque neglectis præstigiis, de se opportunũ aliquod iniret consiliũ. Igitur Theodosio vt ad se veniendi omnis pateret aditus, Photium de medio tollere moli

ἐγκρυφιάζειν οἵα τε οὖσα, οὐδὲ κεκρυμμένως ἐξερρωγέναι, ἀλλὰ διαρρήδην μοιχαλίδα εἶναί τε, καὶ ὀνομάζεσθαι ὡς ἥκιστα ἀξιοῦσα. διὸ δὴ αὖθις ἐς τὴν Ἔφεσον ἀφικόμενος, καὶ ἀποθριξάμενος ἧπερ εἴθισται, ἐνέγραψεν εἰς τοὺς μοναχοὺς καλουμένους αὐτόν. τότε δὴ κατάκρας ἐμάνη. καὶ τὴν ἐσθῆτα ξὺν τῇ διαίτῃ ἐς τρόπον μεταβαλοῦσα τὸν πένθιμον, περιῄει συχνὰ κατὰ τὴν οἰκίαν κωκύουσα, ὀλολυγῇ τε κεχρημένη ὠλοφύρετο οὐκ ἀπολελειμμένου τοῦ ἀνδρός· ὁποῖον αὐτῇ ἀγαθὸν ὤλωλε, ὡς πιστὸν, ὡς εὔχαριν, ὡς εὐνοϊκὸν, ὡς δραστήριον. τελευτῶσα δὲ καὶ τὸν ἄνδρα ἐς ταύτας δὴ ἐπαγαγομένη τὰς ὀλοφύρσεις ἐκάθισεν. ἔκαμε γοῦν ὁ ταλαίπωρος τὸν ποθεινὸν ἀνακαλῶν Θεοδόσιον. ὕστερον δὲ ἐς βασιλέα ἐλθὼν, αὐτόν τε, καὶ τὴν βασιλίδα ἱκετεύων, ἀνέπεισε Θεοδόσιον μεταπέμψασθαι, ἅτε ἀναγκαῖον αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν ὄντα τε, καὶ ἐσόμενον. ἀλλὰ Θεοδόσιος ἀπεῖπε μηδαμῆ ἐνθένδε ἰέναι, ὡς ἀσφαλέστατα ἐμπεδώσειν ἰσχυρισάμενος τὸ τῶν μοναχῶν ἐπιτήδευμα. ἦν δὲ ἄρα ὁ λόγος κατάπλαστος, ὅπως ἐπειδὰν τάχιστα Βελισάριος ἐκ Βυζαντίου ἀποδημοίη, αὐτὸς παρὰ τὴν Ἀντωνίναν ἀφίκηται λάθρα. ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. αὐτίκα γὰρ Βελισάριος μὲν ὡς Χωσρόῃ πολεμήσων ξὺν τῷ Φωτίῳ ἐστέλλετο. Ἀντωνίνα δὲ αὐτοῦ ἔμεινεν οὐκ εἰωθὸς αὐτῇ πρότερον τοῦτό γε. τοῦ γὰρ μὴ καταμόνας τὸν ἄνθρωπον καθιστάμενον ἐν αὐτῷ τε γενέσθαι, καὶ τῶν ἐκείνης μαγγανευμάτων ὀλιγωροῦντα φρονῆσαί τι ἀμφ' αὐτῇ τῶν δεόντων, πανταχόσε τῆς γῆς ξὺν αὐτῷ στέλλεσθαι ἐπιμελὲς οἱ ἐγένετο, ὅπως δὲ καὶ αὖθις Θεοδοσίῳ παρὰ Ἀντωνίναν ἐσιτητὰ εἴη, Φώτιον ἐκποδὼν οἱ γενέσθαι ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο.

ἐποιεῖτο. πείθει τοίνυν τῶν Βελισαρίου ἑπομένων τινὰς ἐρεσχελεῖν τε αὐτὸν ἐς αἰεὶ, καὶ περιπλακίζειν, οὐδένα ἀνιέντας καιρόν. αὐτή τε γὰρ γράφουσα ἐς ἡμέραν σχεδόν τι ἑκάστην, διέβαλλέ τε διηνεκὲς, καὶ ἐπὶ τῷ παιδὶ πάντα ἐκίνει. οἷς δὴ ὁ νεανίας ἀναγκασθεὶς, διαβόλως ἔγνω τῇ μητρὶ χρῆσθαι, ἤκουσέ τε τινὰ ἐκ Βυζαντίου, ὃς δὴ ἀπαγγέλλεσθαι Θεοδόσιον ξὺν Ἀντωνίνῃ διατριβὴν ἔχειν, παρὰ Βελισάριον εὐθὺς εἰσάγει, φράζειν ἐπιστείλας τὸν πάντα λόγον. ἅπερ ἐπεὶ ὁ Βελισάριος ἔγνω ὀξὺ θυμωθεὶς ὑπερφυῶς, ὡς παρὰ τοῦ Φωτίου πόδας ἐπὶ στόμα πίπτει, καὶ αὐτοῦ ἐδεῖτο τιμωρεῖν αὐτῷ πάσχοντι ὑφ᾽ ὧν ἥκιστα χρῆν ἀνόσια ἔργα. ὦ παῖ, λέγων, γλυκύτατε, πατέρα μὲν τὸν σὸν ὅστις ποτὲ ἦν οὐδαμῇ οἶσθα. ἐπεί σε ὑπὸ τιτθοῦ τρεφόμενον ἔτι καταλιπὼν, ξυνεμετρήσατο τὸν ἑαυτοῦ βίον. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν αὐτοῦ ὤνησαι. ἦν γὰρ τὰ ἐς τὴν οὐσίαν οὐ λίαν εὐδαίμων. ὑπ᾽ ἐμοὶ δὲ καίπερ ὄντι πατρωῷ τραφεὶς, τήν τε ἡλικίαν τηλικοῦτος δὲ ἦ, ὡς σὸν εἶναι ἀμύνειν ἀδικουμένῳ μοὶ ἐς τὰ μάλιστα. ἔς τε ὑπάτων ἀξίωμα ἥκεις, καὶ πλούτου περιβέβλησαι τοσόνδε χρῆμα, ὥστε πατήρ τε, καὶ μήτηρ, καὶ τὸ ξυγγενὲς ἅπαν, ἔγωγε καλοίμην ἂν ὦ γενναῖε, καὶ εἴην δικαίως. οὐχ αἷμα. τί γάρ; ἀλλὰ τοῖς ἔργοις εἰώθασι δῆτα σταθμᾶσθαι τὴν ἐς ἀλλήλους στοργὴν ἄνθρωποι. ὥρα σοι τοίνυν μὴ περιϊδεῖν ἐμὲ μὲν πρὸς τῇ τῆς οἰκίας διαφθορᾷ, καὶ χρημάτων ἐστερημένον πλήθει τοσούτων. τὴν δὲ μητέρα τὴν σὴν αἶσχος ἀναδουμένην οὕτω δὴ μέγα πρὸς πάντων ἀνθρώπων. ἐνθυμοῦ τε ὡς αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες

οὐκ

molitur, ſuadétque nonnullis ex Beliſarij ſtipatoribus, ne quem diem intermittant, quin eum prouocent, probríſque inſectentur; ipſa verò quotidianis ferè litteris illum apud omnes traducebat, omnium in filium commouebat animos. Quare adoleſcens in matrem parare delationem denique cogitur. Ergo neſcio quẽ Byzantio aduenientem ad Beliſarium introducit, qui Theodoſij, Antoninæque conſuetudinem referat, & quemadmodum rem totam proſequatur, ipſe præſcribit. Quæ cùm Beliſarius accepiſſet, vehementi admodum incenſus ira, ad Photij pedes procũbit, imploràtque, vt ſe velit vlciſci tanta laceſſitum à quibus minimè deberet, flagitiorum impietate. Et, ô fili, inquit, ſuauiſſime, patrem tu quidem tuum quis fuerit ignoras; nam te adhuc nutrix alebat, cùm ille ceſſiſſet è vita; eius te nihil iuuerũt fortunæ, quæ perexiguę valde fuêre; apud me verò licèt vitricum educatus, ad id iam ætatis perueniſti, vt tuarum ſit virium mihi præſtò eſſe ſummis iniuriis affecto. Ad conſularem te dignitatẽ euexi, & opibus ampliſſimis cumulaui, vt parẽs, & genitrix, & quidquid eſt propinquitatis, ego ſim tibi, ac iure à te appeller. Non enim ſanguinis nomine, ſed rerũ declaratione metiri homines mutuã beneuolentiam ſolent. Hæc ergo tua eſt occaſio, ſi & me quidẽ nõ abiicis, omnibus fortunis ad ipſam etiã familiæ euerſionẽ periclitantem; & parentem tuam in tantum dedecus apud omnes mortales incurrentem. Illud apud animum tuum reputa, fœminarũ flagitia

non

non ſolùm in coniuges deriuari; ſed ad liberos multo magis pertingere, quos notam diuturnæ turpitudinis ferre contingit, quaſi maternam labem natura referant. De me verò ſic habeto, Antoninam vxorem à me plurimùm diligi, quam nullo affecerim malo, modò meæ domus peſtem vlciſci liceat: at verò Theodoſio ſuperſtite, crimen huic haud poſſim condonare. Hæc Photius cùm audiſſet, ſuam in omnibus operam ſpondet. Verùm ſibi malum timet, ſi leui & inconſtanti Beliſarij animo fidat, præſertim infenſa ſibi Antonina; aliis enim permultis deterrebatur, & in primis Macedoniæ famulæ caſu. Quare ſumma quæ apud Chriſtianos eſt, & habetur iuramenti religione mutuò ſibi polliciti ſunt, nunquam ſe deſerturos inuicem, etiamſi vitæ ſupremum diſcrimen ſubeundum foret. Viſum eſt tamen, id ſe tum aggredi citra periculum minimè poſſe: cunctandum verò ad Antoninæ vſque Byzantio diſceſſum, & Epheſum Theodoſij reditum; qua data opportunitate, Photius eò ſe venturum ait, nullóque labore Theodoſium, eiúſque pecunias captum iri. Ac tum illi quidem in agrum Perſicum omnibus copiis inuadunt. Byzantij verò contigêre, quæ aliis huius hiſtoriæ libris de Ioanne Cappadoce narrata ſunt; in quibus id à me ſolùm cautè prætermiſſum, quod non inconſultò Ioannem, eiúſque filiam Antonina decepit; ſed poſteaquam data iterum atque iterum iuramenti fide

(qua

οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἰέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ παίδων ἅπτονται μᾶλλον, οὕς γε καὶ δόξαν τινὰ φέρεσθαι ἐκ τοῦ, ἐπὶ πλεῖστον ξυμβήσεται. ὡς φύσει τὸν τρόπον ταῖς γειναμέναις ἐοίκασιν. οὑτωσί τε λογίζου περὶ ἐμοῦ, ὡς ἐγὼ τὴν γυναῖκα τὴν ἐμαυτοῦ πάνυ μὲν φιλῶ, καὶ ἤν μοι τίσασθαι τὸν διαφθορέα τῆς οἰκίας ἐξῇ, οὐδὲν αὐτὴν ἐργάσομαι φαῦλον, περιόντος δὲ Θεοδοσίου ταύτῃ τὸ ἔγκλημα ἐπιχωρεῖν οὐκ ἂν δυναίμην. ταῦτα ἀκούσας ὁ Φώτιος ὑπηρετήσειν μὲν ὡμολόγει ἐς ἅπαντα. δεδιέναι δὲ μή τι λάβοι ἐνθένδε κακόν, τὸ θαρσεῖν ἐπὶ τῷ ἀβεβαίῳ τῆς Βελισαρίου γνώμης, τά γε ἐς τὴν γυναῖκα οὐ σφόδρα ἔχων. ἄλλα τε γὰρ αὐτὸν πολλά, καὶ τὸ Μακεδονίας δυσωπεῖν πάθος. διὸ δὴ ἄμφω ἅπαντας ἀλλήλοις ὠμοσάτην, ὅσοι δὴ ἐν Χριστιανοῖς δεινότατοι ὅρκοι εἰσί τε, καὶ ὀνομάζονται, μήποτε ἀλλήλων καταπροδήσεσθαι, ἄχρι τῶν ἐς τὸν ὄλεθρον φερόντων κινδύνων. ἐν μὲν οὖν τῷ παρόντι τῷ ἔργῳ ἐγχειρεῖν ἔδοξε σφίσιν ἀξύμφορον εἶναι. ὁπηνίκα δὲ Ἀντωνίνα ἐκ Βυζαντίου ἀφίκηται, ἐς δὲ τὴν Ἔφεσον Θεοδόσιος ἴοι, τηνικάδε τοῦ χρόνου Φώτιον ἐν τῇ Ἐφέσῳ γενόμενον, Θεοδόσιόν τε, καὶ τὰ χρήματα οὐδενὶ πόνῳ χειρώσασθαι. τότε μὲν οὖν αὐτοί τε τὴν ἐσβολὴν παντὶ τῷ στρατῷ ἐς τὴν Περσίδα πεποίηνται χώραν, ἀμφί τε Ἰωάννῃ τῷ Καππαδόκῃ ἐν Βυζαντίῳ ξυνηνέχθη γενέσθαι, ἅπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται. ἔνθα δὴ τοῦτό μοι τοῦ δέους σεσιώπηται μόνον, ὅτι γε οὐκ εἰκῆ τόν γε Ἰωάννην, καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα ἡ Ἀντωνίνα ἐξηπατήκει. ἀλλ' ὅρκων αὐτοὺς πλήθει,

τῶν πρὸς

τῶν πίστεων οὐδὲν φοβερώτερον ἔν γε χριστιανοῖς εἶναι δοκεῖ, πιστωσαμένη, μηδεμιᾷ δολερᾷ γνώμῃ ἐς αὐτοὺς χρήσεσθαι. ταῦτά τε διαπεπραγμένη, καὶ πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῇ τῆς βασιλίδος θαῤῥοῦσα φιλίᾳ, θεοδόσιον μὲν ἐς ἔφεσον στέλλει. αὐτὴ δὲ μηδὲν ὑποτοπάζουσα ἐναντίωμα, ἐπὶ τὴν ἕω κομίζεται. ἄρτι δὲ βελισαρίῳ τὸ ἰσαύρων φρούριον ἑλόντι, ὁδῷ ἰοῦσα πρός του ἀνήγγελται. καὶ ὃς τἆλλα πάντα ἐν οὐδενὶ λόγῳ πεποιημένος, ὀπίσω ὑπῆγε τὸ στράτευμα. ξυνηνέχθη γὰρ ἥπερ μοι τὰ πρότερα δεδιήγηνται, καὶ ἕτερα ἄττα ἐν τῷ στρατοπέδῳ γενέσθαι, ἅπερ αὐτὸν ἐς τὴν ἀναχώρησιν ὥρμα. τοῦτο μέντοι πολλῷ ἔτι θᾶσσον ἐνταῦθα ἀνῆγεν. ἀλλ' ὅπερ μοι τοῦδε τοῦ λόγου ἀρχόμενος εἶπον, οὔ μοι ἀκίνδυνον τηνικάδε τοῦ χρόνου ἔδοξεν εἶναι τὰς αἰτίας τῶν πεπραγμένων ἁπάσας εἰπεῖν. ἔγκλημά τε ἀπ' αὐτοῦ ἐγένετο βελισαρίῳ πρὸς πάντων ῥωμαίων, ὅτι δὴ τῆς πολιτείας τὰ καιριώτατα, αὐτὸς περὶ ἐλάσσονος πραγμάτων τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν πεποίηται. ἀρχὴν μὲν γὰρ τῷ τῆς γυναικὸς πάθει ἐχόμενος, ὡς ἀπωτάτω γενέσθαι γῆς τῆς ῥωμαίων οὐδαμῆ ἤθελεν, ὅπως εἰδὼς ἂν τάχιστα πύθηται τὴν γυναῖκα ἐκ βυζαντίου ἥκειν, ἀναστρέψας, αὐτίκα δὴ μάλα καταλαβεῖν τε, καὶ τίσασθαι οἷός τε εἴη. διὸ δὴ τοὺς μὲν ἀμφὶ ἀρέθαν, τίγριν ποταμὸν διαβαίνειν ἐκέλευσεν, οἵ γε οὐδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον διαπεπραγμένοι ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν. αὐτὸς δὲ οὐδὲ ὥρας ὁδῷ ἀπολελεῖφθαι ὅρων τῶν ῥωμαίων ἐν σπουδῇ εἶχε. φρούριον γὰρ τὸ ἰσαύρων διὰ μὲν πόλεως νισίβιδος ἰόντι πλέον ὁδῷ ἡμέρας εὐζώνῳ ἀνδρὶ τῶν ῥωμαϊκῶν ὁρίων διέχει. ἑτέρωθι

(qua nihil apud Chriſtianos formidoloſius) iiſdem ſanctè ſpopondiſſet, nihil ſe dolo malo in eos acturam. His peractis, Auguſtæque plurimùm amicitiæ confiſa, Theodoſium Epheſum dimittit, ipſa verò nihil aduerſi ſuſpicata in Orientem proficiſcitur. Nuper Iſauranum præſidium Beliſarius occupauerat, cùm ei Antoninam aduentare nunciatur. Quare cæteris omnibus poſthabitis, è veſtigio referre pedem militi imperat. Fortè & alia, vt antea narraui, in exercitu cauſa fuit, quamobrem vaſa conclamarentur; ſed Antoninæ aduentus eò citiùs maturauit receſſum. Haſce cauſas rerum ſingulas ante hoc quidem temporis aperire, vt initio præfatus ſum, haud tutum mihi viſum fuit. Porrò ex eo tempore Beliſarius malè apud Populum Romanum audiit, quod ſummis Reipublicæ negotiis domeſtica priora duxiſſet. Nam iniuria coniugis grauiter oppreſſus ægrè ferebat à finibus Romanæ ditionis longiùs diſcedere, quò paratior eſſet ad vlciſcendum Theodoſium, cùm primùm Antoninam veniſſe Byzantio accepiſſet. Quare Aretham iubet cum militari manu Tigrim traiicere, qui re infecta, nulla cum laude ad caſtra regreditur: ipſe, ne vel vnius horæ via à finitimis Romanorum locis abeſſet in primis ſtuduit: licèt Iſauranum illud præſidium ab agris limitaneis amplius non diſtaret quàm itinere quod vno die expedito viro eunti Niſibi conficeretur.

nam aliunde via eſt fermè dimidio breuior. Cæterùm ſi cum omnibus initio copiis Tigridis ripas ſuperaſſet, haud dubito futurum fuiſſe, vt tota Aſſyriorum Prouincia ab eo diriperetur, & ad vſque Cteſiphontem vrbem nullo impedimento perueniretur; Antiocheni verò & quicumque Romani captiui liberarentur, antequam in Patriam concederet. Simul & Choſroæ domum ex Colchide remeandi omnem opportunitatem fecit, & ſecuritatem; id autem quemadmodum euenerit, ſtatim narrabo. Choſroë Cabadæ filio in Colchidem irrumpente, captáque Petra, iiſque geſtis, quæ à me ſuprà declarata ſunt, magnam Perſicus miles cladem accepit; quà armorum conflictu; quà regionis aſperitate ob ſcopulos, vt dixi, præruptóſque montes vix peruiæ; quà peſtilentia, quæ bonam exercitus partem depaſcebatur; quà denique neceſſariorum penuria. Interim ex Perſide quidam nunciatum veniunt; Beliſarium ad vrbem Niſiben acie deuicto Nabeda, progreſſionem facere; Iſaurano præſidio obſidione capto, Bleſchamem, & octingentos Perſarum equites captiuos ducere. Præterea exercitu Romanorum alio cum Aretha Saracenorum duce immiſſo, Tigrim fluuium tranſgreſſum, totámque illam Prouinciam nullis antea incurſionibus labefactatam depopulari. Inſuper Hunnorum agmen, quod in Armenos Romanæ ſubiectos ditioni Choſroës expedierit (vt eò contendente Romano

ἑτέρωθι δὲ τούτου δὴ τοῦ μέτρου ξυμβαίνει τὸ μεταξὺ εἶναι. καίτοι εἰ παντὶ τῷ στρατῷ τίγρην ποταμὸν διαβῆναι κατ' ἀρχὰς ἤθελεν, οἶμαι αὐτὸν ξύμπαντα ληΐσασθαι τὰ ἐπὶ ἀσσυρίας χωρία, καὶ μέχρι ἐς κτησιφῶντα πόλιν οὐδενὸς τοῦ παράπαν ἀντιστατοῦντος σφίσιν ἀφίχθαι. καὶ τούς τε ἀντιοχέων αἰχμαλώτους, ὅσοι τε ῥωμαίων ἄλλοι ἐνταῦθα ὄντες ἐτύγχανον, διασωσάμενον ἐπανήκειν ἐς τὰ πάτρια ἤδη. ἔπειτα δὲ καὶ χοσρόῃ αἰτιώτατος γέγονεν ἀδεέστερον ἐπ' οἴκου ἀποκομίζεσθαι ἐκ τῆς κολχίδος. ὅντινα δὲ τρόπον τετύχηκε τοῦτο αὐτίκα δηλώσαιμι. ἡνίκα χοσρόης ὁ καβάδου εἰς γῆν ἐμβαλὼν τὴν κολχίδα, τά τε ἄλλα διεπράξατο, ἅπερ μοι ἔμπροσθεν δεδήλωται, καὶ πέτραν εἷλε, πολλοὺς τοῦ μήδων στρατοῦ διεφθάρθαι ξυνέβη τῷ τε πολέμῳ, καὶ ταῖς δυσχωρίαις, δύσοδός τε γὰρ ὥσπερ μοι εἴρηται ἡ λαζική ἐστι, καὶ ὅλως κρημνώδης. καὶ μὴν καὶ λοιμοῦ ἐπιπεσόντος σφίσι, τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ ἀπολωλέναι ξυνέπεσε. πολλοὺς δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ διεφθάρθαι ξυνέβη. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τινὲς ἐκ γῆς τῆς περσίδος, ἐνταῦθα ἐπιχωριάζοντες, ἤγγελλον, ὡς ναβέδην μὲν βελισάριος ἀμφὶ πόλιν νίσιβιν μάχῃ νικήσας πρόσω χωροίη. πολιορκίᾳ δὲ τὸ ἰσαυρανῶν ἑλὼν φρούριον, βλησχάμην τε, καὶ περσῶν ἱππεῖς ὀκτακοσίους δορυαλώτους πεποίηται. στράτευμα δὲ ἄλλο ῥωμαίων ξύν γε ἀρέθᾳ τῷ σαρακηνῶν ἄρχοντι πέμψειεν, ὅπερ διαβὰν ποταμὸν τίγρην ξύμπαντα λεηλατῆσαι τὰ ἐκείνῃ χωρία, πρότερον ἀδήωτα ὄντα. ἐτύγχανε δὲ καὶ στράτευμα οὔννων, ἐπὶ ἀρμενίους τοὺς ῥωμαίων κατηκόους, ὁ χοσρόης στείλας, ὅπως τῇ ἐς αὐτοὺς ἀσχολίᾳ μηδεμία τοῖς ταύτῃ ῥωμαίοις

ῥωμαίοις τῶν ἐν λαζικῇ πρασσομένων αἴσθησις γένηται. τούτοις τε τοὺς βαρβάροις ἀπήγγελλον ἑτέρῳ βαλεριανῷ, καὶ ῥωμαίοις ὑποπτεύσασιν ἐς χεῖρας ἐλθόντας παραπολὺ αὐτῶν ἡσσηθέντας τῇ μάχῃ, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἀπολωλέναι. ἅπερ οἱ πέρσαι ἀκούσαντες, καὶ κακοπαθείᾳ μὲν τῇ ἐν λαζοῖς κεκακωμένοι· δεδιότες δὲ μή τινι ἐν τῇ ἀπορίᾳ ἐντυχόντες πολεμίων στρατῷ, ἐν κρημνοῖς, καὶ χωρίοις λοχμώδεσιν, ἅπαντες οὐδενὶ κόσμῳ διαφθαροῖεν, περιδεεῖς ἀμφί τε παισὶ, καὶ γυναιξὶ, καὶ τῇ πατρίδι γεγενημένοι ἐπ. * καθαρὸν ἦν ἐν τῷ μήδων στρατῷ. * χοσρόην ἐλοιδόρουν τοῦ ἐπικαλοῦντες ὡς ἔς τε τοὺς ὅρκους ἠσεβηκὼς, καὶ τὰ κοινὰ νόμιμα πάντων ἀνθρώπων, ἐσβάλοι μὲν ἐν σπονδαῖς ἐς ῥωμαίων τὴν γῆν οὐδενὶ προσῆκον. ἀδικοίη δὲ πολιτείαν ἀρχαίαν τε, καὶ ἀξιωτάτην πασῶν μάλιστα, ἧς τῷ πολέμῳ περιεῖναι οὐκ ἂν δύναιτο· ἔμελλον δὲ νεωτέροις ἐγχειρεῖν πράγμασιν. οἷς δὴ ὁ χοσρόης ξυνταραχθεὶς, εὕρετο τοῦ κακοῦ ἴασιν τήνδε. γράμματα γὰρ αὐτοῖς ἀνελέξατο, ἅπερ ἔναγχος ἡ βασιλὶς τῷ ζαβεργάνῃ ἐτύγχανε γράψασα. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε. ὅπως σε ὦ ζαβεργάνη διὰ σπουδῆς ἔχω, εὔνουν σε οἰομένη τοῖς ἡμετέροις πράγμασιν εἶναι, οἶσθα ἐπὶ πρεσβείᾳ οὐ πολλῷ πρότερον ἐς ἡμᾶς ἀφιγμένος. οὐκοῦν πράττοις ἂν εἰκότα τῇ δόξῃ, ἣν ἐπὶ σοὶ ἔχω, εἴγε βασιλέα χοσρόην εἰρηναῖα πείθοις ἐς πολιτείαν τὴν ἡμετέραν βουλεύεσθαι. οὕτω γάρ σοι ἀγαθὰ μεγάλα πρὸς ἀνδρὸς ἀναδέχομαι τοῦ μοῦ ἔσεσθαι. ὅς γε οὐδὲν ἂν, ὅ, τι καὶ ἄνευ γνώμης τῆς ἐμῆς πράξειεν.

ταῦτα

Romano milite, quid ipſe in Colchide moliretur, minus attēderet) in Valerianum, & Romanos incidiſſe, conſertiſque manibus infælici prælio pugnaſſe penè ad internecionem. His auditis, Perſæ iam ferè confecti Lazicæ regionis iniquitate, veriti, ne in tāta rerum difficultate, obuiam factis hoſtibus omnes quicumque incolumes ſupereſſent, in abruptis cautibus, ſaltibúſque ſyluoſis cū dedecore, cum liberorum, & coniugum, ac Patriæ iactura interirent; (præſertim cùm ab omni purus vacuúſque morbo non eſſet Perſarū exercitus) Choſroæ conuiciari, & neglecti iuriſiurādi religionem, violatíque communis gentium iuris impietatem obiicere; quódque fœdere cum Romanis confirmata ſocietate, deinde non iuſto bello in illorum agrū excurrat; Rempublicam denique lædat antiquitate, ac dignitate omnium præſtantiſſimam, quam nec ſuperare pugnādo poſſit. Iámque milites ad res nouas tentandas erecto animo erant; id verò Choſroës cùm vereretur, malo medicinam excogitauit, relectis Auguſtæ litteris, recèns ad Zaberganem in hanc fermè ſententiā datis. Quo ſimus in te, Zabergane, ſtudio, quod noſtris te rebus fauere non dubitemus, vel tum intelligere potuiſti, cùm apud nos legationē nuper obires. Quare meæ de te opinioni factis planè reſpōdebis, ſi Choſroæ Regi, vt amico erga rē noſtram publicā ſit animo, perſuaſeris. Quod ſi effeceris, recipio fore, vt ampliſſima in te mei cōiugis extēt beneficia; qui meo abſque arbitrio nihil omnino gerit.

 His

His lectis, mirari dicebat Chosroës Persarum primoribus, si Rempublicam existimarent, cui fœmina moderaretur: atque ita quidem virorũ impetum potuit cohibere. Veritus tamen, ne via sibi præcluderetur à Belisario, inde castra mouit, cúmque nullum obuium habuisset hostem, sospes denique in Patriam concessit. Ergo Belisarius Romanos iam fines ingressus, vxorem Byzantio venisse reperit, quam nullo honore in custodiis habuit, sæpéque conficere aggressus relanguit, amore, vt equidem reor, mulieris ingenti retardatus. Sed alia fama est, eum à fœmina præstigiis præoccupatum, statim animo & viribus eneruari solitum. Tum Photius velut lymphatus Ephesum prouolat, Caligono Eunucho nimirum Antoninæ lenone astricto vinculis secum abducto, qui flagris in via cæsus arcana omnia prodidit. Hæc vbi præsensit Theodosius, in Ioannis Apostoli templum confugit, quod Ephesi veneratione sanctissimum habetur; verùm pecunia corruptus Andreas Vrbis Antistes illum Photio dedidit in potestatem. Inter hæc malum Antoninæ verita ex iis, quæ de illa acceperat Theodora, Belisarium vnà atque illam Byzantium acciuit. Quibus Photius auditis, in Ciliciam Theodosium abigit, vbi hastatos, atque scutatos milites suos hyemare iusserat; illud satellitibus præcipiens, vt hominem quàm occultissimè ducant, apud Cilicas verò clàm dent in custodiam, nullíque mortalium, vbi terrarum sit ille, significent. Ipse

ταῦτα ὁ χοσρόης ἀναλεξάμενος, ὀνειδίσας τε περσῶν τοῖς λογίοις, εἰ πολιτείαν οἴονται εἶναι, ἣν γυνὴ διοικεῖται, τὴν τῶν ἀνδρῶν ὁρμὴν ἀναστέλλειν ἔσχεν. ἀλλὰ καὶ ὡς ξὺν δέει πολλῷ ἐνθένδε ἀπῄει, τοὺς ἀμφὶ βελισάριον οἰόμενος σφίσιν ἐμποδὼν στήσεσθαι. οὐδενὸς δὲ οἱ τῶν πολεμίων ὑπαντιάσαντος ἄσμενος ἐς γῆν τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. γενόμενος δὲ ὁ βελισάριος ἐς γῆν τῶν ῥωμαίων, εὑρίσκει τὴν γυναῖκα ἐκ βυζαντίου ἀφικομένην. καὶ αὐτὴν μὲν ἐν ἀτιμίᾳ ἐφύλασσε, πολλάκις τε διαχειρίσασθαι αὐτὴν ἐγχειρήσας, ἐμαλθακίσθη. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἔρωτος ἡσσηθεὶς διαπύρου τινός. φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ μαγγανείαις πρὸς τῆς γυναικὸς καταλαμβανόμενον, ἐν τῷ παραυτίκα ἐκλύεσθαι. φώτιος δὲ κάτοχος ἐς τὴν ἐφέσου στέλλεται, τῶν τινὰ εὐνούχων καλίγονον ὄνομα προαγωγὸν τῆς κεκλημένης ὄντα, δεσμεύσας τε, καὶ ξὺν αὐτῷ ἔχων. ὅσπερ αὐτῷ αἰκιζόμενος ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ ἅπαντα ἐξήνεγκε τὰ ἀπόρρητα. καὶ θεοδόσιος μὲν προμαθὼν, ἐς τὸ ἱερὸν ἰωάννου καταφεύγει τοῦ ἀποστόλου. ὅπερ ἐνταῦθα ἁγιώτατόν τε ἐπιεικῶς, καὶ ἔντιμον ἐστίν. ἀνδρέας δὲ ὁ τῆς ἐφέσου ἀρχιερεὺς, χρήμασιν οἱ ἀναπεισθεὶς, τὸν ἄνθρωπον ἐνεχείρισεν. ἐν τούτῳ ἡ θεοδώρα ἀμφὶ τῇ ἀντωνίνῃ δειμαίνουσα, ἠκηκόει γὰρ ὅσα δὴ αὐτῇ ξυνεπεπλώκει, βελισάριος ξὺν αὐτῇ ἐς βυζάντιον μεταπέμπεται. φώτιος δὲ ταῦτα ἀκούσας, θεοδόσιον μὲν ἐς κίλικας πέμπει, οὗ δὴ οἱ δορυφόροι τε, καὶ ὑπασπισταὶ, διαχειμάζοντες ἔτυχον τοῖς παραπόμποις ἐπιστείλας, λαθραιότατα μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον διακομίζειν, ἐς κίλικας δὲ ἀφικομένοις, ἐς τὰ μάλιστα ἐν φυλακῇ ἔχειν, μηδενὶ αἴσθησιν παρεχομένους, ὅποι γῆς εἴη. αὐτὸς

αὐτὸς δὲ ξύν τε Καλιγόνῳ, καὶ τοῖς Θεοδοσίου χρήμασιν ἀθρόοις πᾶσιν οὖσιν ἐς Βυζάντιον ἦλθεν. ἐνταῦθα ἡ βασιλὶς ἐπίδειξιν πεποίηται ἐς πάντας ἀνθρώπους, ὅτι δὴ χάριτας φονικὰς εἰδείη, μείζοσί τε, καὶ μιαρωτέροις ἀμείβεσθαι δώροις. Ἀντωνίνα μὲν γὰρ ἔνθα οἱ ἔναγχος τὸν Καππαδόκην ἐχθρὸν ἐνεδρεύσασα προὔδωκεν. αὐτὴ δὲ πλῆθος ἐκείνῃ ἐγχειρίσασα ἀνδρῶν ἀνεγκλήτως ἀνῄρηκε. τῶν γὰρ Βελισαρίῳ, καὶ Φωτίῳ ἐπιτηδείων, τινῶν μὲν τὰ σώματα αἰκισαμένη, καὶ τοῦτο μόνον ἐπικαλέσασα, ὅτι ἐς τὼ ἄνδρε τούτω εὐνοϊκῶς ἔχοιεν, οὕτω διέθετο. ὥστε αὐτοῖς ἐς ὅ τι ποτὲ ἡ τύχη ἐτελεύτα, οὔπω νῦν ἴσμεν. ἄλλους δὲ φυγῇ ἐζημίωσε, ταὐτὸ τοῦτο ἐπενεγκοῦσα. ἕνα μέν τινα τῶν Φωτίῳ ἐς τὴν Ἔφεσον ἐπισπωμένων, Θεοδόσιον ὄνομα, καίπερ ἐς ἀξίωμα τιμῆς ἥκοντα, τὴν οὐσίαν ἀφελομένη, ἐν δωματείῳ καταγείῳ τε, καὶ ὅλως ζοφώδει, ἔστησεν ἐπὶ φάτνης τινὸς βρόχον οἱ τοῦ τραχήλου ἀναψαμένη εἰς τοσόνδε βραχὺ, ὥστε αὐτῷ δὴ ἐντετάσθαι, καὶ χαλαρὸν μηδαμῆ εἶναι. ἑστηκὼς ἀμέλει διηνεκὲς ἐπὶ ταύτης δὴ τῆς φάτνης, ὁ τάλας ἤσθιέ τε, καὶ ὕπνον ᾕρει, καὶ τὰς ἄλλας ἤνυεν ἁπάσας τῆς φύσεως χρείας. ἄλλο τε οἱ οὐδὲν ἐς τὸ τοῖς ὄνοις εἰκάζεσθαι, ὅτι μὴ βρωμᾶσθαι ἐλέλειπτο. χρόνος δὲ τῷ ἀνθρώπῳ οὐχ ἥσσων ἢ μηνῶν τεσσάρων ἐν ταύτῃ τῇ διαίτῃ ἐτρίβη ἕως μελαγχολίας νόσῳ ἁλοὺς, μανείς τε ἐκτόπως, καὶ οὕτω δὴ ταύτης τῆς εἱρκτῆς ἀφεθεὶς, εἶτα ἀπέθανεν. καὶ Βελισάριον οὔ τι ἑκούσιον Ἀντωνίνῃ τῇ γυναικὶ καταλλαγῆναι ἠνάγκασε. Φώτιον δὲ αἰκισμοῖς τε ἄλλοις ἀνδραποδώδεσι περιβαλοῦσα,

καὶ

Ipſe cum Caligono, & ampliſſimis Theodoſij fortunis, Byzantium ire pergit. Hîc ſanè Theodora documentum apud omnes homines ſtatuere voluit; nempe ſanguinariam referre Antoninæ gratiam, immo maioribus, atque ſceleſtioribus obſequiis compenſare. Nam illa paulo antè Ioannem Cappadocem ex inſidiis Imperatrici tradiderat, ipſa verò magnam illi virorum manum, quos & inſontes peremit. Nam ex Beliſarij, atque Photij neceſſariis, alios hoc vel ſolo nomine, quod cum illis intercederet conſuetudo, ita verberibus accepit, vt, quò tandem eorum calamitates euaſerint, incertum hodiéque ſit. Alios verò, quibus eorumdem hominum amicitiam crimini vertit, exilio mulctauit. Theodoſium quendam Senatorij ordinis virum, qui Epheſij comitem itineris ſe Photio dederat, omnibus priuatũ bonis, in ergaſtulo ſubterraneo, ac penitus inculto tenebris ad præſepium ſtitit, tam breui fune collo deuinctum, ſemper vt corpus intenderet, remittere verò minimè poſſet. Ergo miſer ad illud præſepium iugiter conſiſtens, cibum, quietémque carpebat, ac reliquis naturæ parebat neceſſitatibus; cui quidem vt aſinum referret, nihil omnino, niſi rudere relinquebatur. Quaternis totis menſibus eam homo vitã exegit, cùm in furorem actus, prorſúſque à mente alienatus, carcere dein emiſſus, mox interiit. Beliſarium vel inuitum ac renitentem in priſtinam cum Antoninã coniuge redire gratiam adegit. Photiũ humeris ac dorſo ceu mancipium,

 flagellis

flagellis malè acceptum edicere iussit, vbinam Theodosius ageret, vbi leno? Ille supplicio dirè confectus licèt, (homo quippe valetudinarius, & infirmis antea viribus, curæque corporis studens, & omnium iniuriarum insolens atque calamitatum) tamen iusiurandum conseruare maluit, quàm arcana Belisarij prodere; quanquam hæc omnia in lucem tandem venêre. Nam Theodora Caligonum nacta restituit Antoninæ; Theodosium verò Byzantium euocatum, in regia occultè habuit; accita autem postridie Antonina: O amicissima Patricia, inquit, Gemma in manus incidit pridie mihi, qualem vidisse neminem puto mortalium; si vlla te eius videndæ cupiditas tangit, hoc tibi spectaculum ego non inuiderim, sed vltrò ostenderim. Antonina rem non assecuta, Gemma vt sibi indicaretur, etiam atque etiam flagitabat. Illa ex cuiusdam Eunuchi cubiculo apprehensum manu producit Theodosium. Protinus Antonina summo oppressa gaudio stupefacta hæsit: vtque recepit sese, immortales Augustæ gratias egit, seruatricem, & beneficentissimam compellauit, ac verè Dominam. Imperatrix Theodosium in Palatio continens, omnibus refecit deliciis, & oblectamentis recreauit; illud interminata, breui se Theodosium exercitus ducem Romanis daturam. Sed planè anteuertit vltio diuina, quæ illum intestinorum difficultate correptum è viuis subduxit. Erant Theodoræ reconditæ, abstrusæ, nullísque finitimæ habi

καὶ ξαίνασα κατά τε τῶν νώτων, καὶ τοῦ νότου πολλὰς, ἐκλέγειν ἐκέλευεν, ὅποι ποτὲ γῆς Θεοδόσιός τε καὶ ὁ προαγωγὸς εἴη. ὁ δὲ καίπερ ὑπὸ τοῦ βασανιστοῦ κατατεινόμενος, τὰ ὀμωμοσμένα ἐμπεδοῦν ἔγνω, ἀνὴρ νοσώδης μὲν, καὶ ἀνειμένος γεγονὼς πρότερον, ἐς δὲ τὴν ἀμφὶ τὸ σῶμα θεραπείαν ἐσπουδακὼς, ὕβρεώς τε γνόμενος, ἢ ταλαιπωρίας τινὸς ἔμπειρος. οὐδὲν γοῦν αὐτὸς τῶν βελισαρίου κεκρυμμένων ἐξεῖπεν. ὕστερον μέντοι ἅπαντα τὰ τέως ἀπόρρητα, ἐς φῶς ἐληλούθει. καὶ καλλίγονον μὲν ἤδη ἐνταῦθα εὑροῦσα, τῇδε παρέδωκε. τὸν δὲ μετακαλέσασα ἐς βυζάντιον, ἐπειδὴ ἀφίκετο, εὐθὺς μὲν ἔκρυπτεν ἐν παλατίῳ, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μεταπεμψαμένη ἀντωνίναν, ὦ φιλτάτη πατρικία, ἔφη, μάργαρον ἐς χεῖρας τὰς ἐμὰς τῇ προτεραίᾳ ἐμπέπτωκεν, οἷον οὐδείς ποτε ἀνθρώπων εἶδεν. καί σοι βουλομένῃ οὐκ ἂν φθονήσαιμι τοῦ θεάματος τούτου, ἀλλ' ἐπιδείξω. καὶ ἡ μὲν οὐ ξυνιεῖσα τοῦ πρασσομένου, τὸν μάργαρον οἱ ἐπιδεῖξαι, πολλὰ ἐλιπάρει. ἡ δὲ τὸν θεοδόσιον ἐξ οἰκιδίου τινὸς τῶν εὐνούχων ἐξαγαγοῦσα, ἐπέδειξεν. ἀντωνίνα δὲ τὰ μὲν πρῶτα περιχαρὴς ἄγαν γεγονυῖα, ὑφ' ἡδονῆς ἀχανὴς ἔμεινε. χάριτάς τε οἱ δεδρακέναι ὡμολόγει πολλὰς, σώτειράν τε, καὶ εὐεργέτιν ἀποκαλοῦσα, καὶ δέσποιναν ὄντως. τοῦτον δὲ τὸν θεοδόσιον ἡ βασιλὶς κατέχουσα ἐν παλατίῳ, τρυφῆς τε, καὶ τῆς ἄλλης εὐπαθείας ἠξίου, στρατηγόν τε ἠπείλησε ῥωμαίοις αὐτὸν οὐκ εἰς μακρὰν καταστήσεσθαι. ἀλλά τις προτερήσασα δίκη νόσῳ ἁλόντα δυσεντερίας ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφανίζει. ἦν δὲ οἰκίδια τῇ θεοδώρᾳ ἀπόκρυφα μὲν, καὶ ὅλως λεληθότα, ζοφώδη

ζοφώδη τε, καὶ ἀγείτονα. ἔνθα δὴ οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρας δήλωσις γίνεται. ἐνταῦθα τὸν Φώτιον ἐπὶ χρόνου μῆκος καθείρξασα ἐτήρει. ὅθεν δὴ αὐτῷ ξυνέβη τις τύχη, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς διαφυγόντα ἀπαλλαγῆναι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα καταφυγὼν εἰς τὸν ναὸν τῆς θεοτόκου, ὃς δὴ Βυζαντίοις ἀξιώτατός ἐστί τε, καὶ ὠνόμασθη, παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἱκέτης καθῆστο. ἐνθένδε τε αὐτὸν ἀναστήσασα βίᾳ τῇ πάσῃ καθεῖρξεν αὖθις. τὸ δὲ δὴ δεύτερον ἐς τῆς Σοφίας τὸ ἱερὸν ἥκων, ἐς αὐτήν τε τὴν θείαν δεξαμενὴν, ἐξαπιναίως ἐκάθισεν, ἥν περ μάλιστα πάντων νενομίκασιν χριστιανοὶ σέβειν. ἀλλὰ κἀνθένδεν ἐφέλκειν αὐτὸν ἡ γυνὴ ἴσχυσεν. χωρίον γὰρ ἀβέβηλον πώποτε ἀνέφαπτον αὐτῇ οὐδὲν γέγονεν. ἀλλ' αὐτῇ βιάζεσθαι τὰ ἱερὰ ξύμπαντα, οὐδὲν πρᾶγμα ἐδόκει εἶναι. καὶ ξὺν τῷ δήμῳ οἱ τῶν χριστιανῶν ἱερεῖς καταπεπληγμένοι τῷ δέει ἐξίσταντο, καὶ ἀνεχώρουν αὐτῇ ἅπαντα. τριῶν μὲν οὖν αὐτῷ ἐνιαυτῶν χρόνος ἐτρίβη. ὕστερον δὲ ὁ προφήτης αὐτῷ Ζαχαρίας ἐπιστὰς ὄναρ, ὅρκοις φασὶν ἐκέλευε φεύγειν, συλλήψεσθαι οἱ ἐν τῷ ἔργῳ τῷδε ὁμολογήσας. ταύτῃ τε τῇ ὄψει ἀναπεισθεὶς, ἀνέστη τε ἐνθένδε, καὶ διαλαθὼν, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἦλθε. μυρίων μὲν αὐτὸν διερευνωμένων ἀνθρώπων, οὐδενὸς δὲ τὸν νεανίαν, καίπερ ἐντυχόντα, ὁρῶντος. οὗ δὴ ἀποθριξάμενός τε, καὶ τῶν μοναχῶν καλουμένων τὸ σχῆμα περιβαλλόμενος τὴν ἐκ Θεοδώρας κόλασιν διαφυγεῖν ἔσχε. Βελισάριος δὲ τὰ ὀμωμοσμένα ἠλογηκὼς, τιμωρεῖν τε οὐδαμῇ τούτῳ ἑλόμενος πάσχοντι, ὥσπερ ἐρρήθη, ἀνόσια ἔργα, ἐς πάντα οἱ λοιπὸν τὰ

habitationibus custodiæ, vsque adeò tetræ, vt inde nullum diei, vel noctis indicium discernere potuisses; vinctum in his Photium diu detinuit. Sed nescio quo casu semel atque iterum inde aufugiendi facta illi est opportunitas. Tum primùm in Deiparæ templo, quod Byzantiis sanctissimum est, ac nominatur, ad sacram aram supplex consistit; eum inde per vim ac scelus auulsum custodia rursus includit. Secundò deinde inopinatò se abdit in sacrum Sophiæ templi emissarium, cuius summa Christianis ritu solemni religio est: verùm inde etiam eum abstrahere illa non exhorruit, cui nullus tam sanctus visus est locus, quem non violarit; quin pro nihilo duxit vim omnibus inferre sacris. Ac licèt tum populus, & Sacerdotum ordo facinus exhorrescerent, ac detestarentur, ei tamen omnia concesserunt. Tertium iam annum agebat Photius in eo squalore, cùm ecce per quietem visus Zacharias Propheta illi est, qui fugam imperaret, præsidiúmque sanctè polliceretur; quo visu fretus, inde clàm erupit, cúmque innumeros propemodum persecutores præsens latuisset, tandem Hierosolymam peruenit: vbi detonsa cæsarie, sumptóque Monachorum habitu Theodoræ potuit euadere carnificinam. Cui cùm Belisarius iniustissimis afflicto calamitatibus ire suppetias neglexisset, contrà quàm sacramenti fide, vt dixi, promiserat, omnibus deinde suis

ſuis in rebus meritò infenſum habuit diuinum numen. Nam paulo pòſt aduerſum Perſas, & Choſroëm tertiò iam in prouincias Romanorum graſſantes ducere iuſſus exercitum; quamquam inde cum laude hoſtem abegerit, ſceleris tamen notam ſubiuit. Cùm etenim Choſroëm, qui Euphrate tranſmiſſo, vrbe frequentiſſima Callinico omnibus deſtituta præſidiis potitus erat, infinita Romanorum multitudine in ſuam poteſtatem redacta; Beliſarius inſequi nihil curauerit, ſed in caſtris ſe continuerit, ſuſpicionem de ſe excitauit, quaſi vel rem de induſtria malè gereret*, vel ignauiter hoſtibus concederet. Illud quoque ſub idem tempus ei contigit. Cùm lues Byzantiorum depaſceretur multitudinem, vt ſuperioribus libris meminimus, Iuſtinianus Imperator morbo difficillimo laborabat, vt iam interiiſſe etiam diceretur. Fama vulgi rumoribus exagitata ad caſtra peruaſit, militémque Romanum. Hic verò dictitare ex Præfectis nonnulli; ſi Populus Romanus Byzantij permitteretur Cæſarem pronunciare, fore omnino, vt ipſi in caſtris perpetuò verſarentur. Nec ita multo pòſt è morbo recreari cœpit Imperator; tum verò duces exercitus deferunt alius alium, & Beliſarij, atque Buzæ eam fuiſſe vocem, quam modò dixi, Petrus, & Ioannes Helluo aſſeuerabant. Hæc ab iis de ſe dici interpretata Theodora, ira efferbuit, iuſsitque omnes extemplò adeſſe Byzantij. Dicti authoribus perueſtigatis, Buzem

τὰ ἐπιτηδεύματα, πολέμια τὰ πρὸς τοῦ θεοῦ ὡς τὸ εἰκὸς εὗρεν. εὐθὺς γὰρ ἐπί τε μήδους, καὶ χοσρόην σταλεὶς, τὸ τρίτον ἐσβαλόντας ἐς ῥωμαίων τὴν γῆν κακότατα ὦφλε. καίτοι ἔδοξέ τι λόγου ἄξιον διαπεπρᾶχθαι, τὸν πόλεμον ἐνθένδε ἀποσεισάμενος. ἀλλ' ἐπεὶ χοσρόης εὐφράτην διαβὰς ποταμὸν, καλλίνικον πόλιν πολυάνθρωπον οὐδενὸς ἀμυνομένου εἷλε, μυριάδας ἠνδραπόδισε ῥωμαίων πολλάς. βελισάριος δὲ οὐδὲ ὅσον ἐπισπέσθαι τοῖς πολεμίοις ἐν σπουδῇ ἔσχε, δόξαν ἀπήνεγκεν ὡς δυοῖν θάτερον, ἢ ἐθελοκακήσας, ἢ ἀποδειλιάσας αὐτοῦ ἔμεινεν. ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, καί τι ἕτερον αὐτῷ ἐπιπεσεῖν ξυνηνέχθη τοιόνδε. ὁ μὲν λοιμὸς, οὗπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην, ἐπενέμετο τοὺς ἐν βυζαντίῳ ἀνθρώπους. βασιλεῖ δὲ ἰουστινιανῷ χαλεπώτατα νοσῆσαι ξυνέβη. ὥστε καὶ ἐλέγετο, ὅτι ἀπολώλει. τοῦτον δὲ τὸν λόγον περιαγαγοῦσα ἡ φήμη διεκόμισεν ἄχρι ἐς τὸ ῥωμαίων στρατόπεδον. ἐνταῦθα ἔλεγον τῶν ἀρχόντων τινὲς, ὡς ἢν βασιλέα ῥωμαῖοι ἕτερόν τινα ἐν βυζαντίῳ καταστήσωνται σφίσιν, οὐ μήποτε αὐτοὶ ἐπιστρέψωσιν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον βασιλεῖ μὲν ῥαΐσαι ξυνέβη· τοῖς δὲ τοῦ ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχουσι, διαβόλοις ἐπ' ἀλλήλοις γενέσθαι. πέτρος τε γὰρ ὁ στρατηγὸς, καὶ ἰωάννης, ὅνπερ ἐπίκλησιν φαγᾶν ἐκάλουν, βελισάριόν τε, καὶ βούζην ἐκεῖνα λεγόντων ἰσχυρίζοντο ἀκηκοέναι, ἅπερ μοι ἀρτίως δεδήλωται. ταῦτά γε ἡ βασιλὶς θεοδώρα ἐπικαλέσασα ἐφ' ἑαυτῇ τοῖς ἀνθρώποις εἰρῆσθαι, μεστὴ ἐγεγόνει. ἅπαντας οὖν εὐθὺς μετακαλέσασα ἐς βυζάντιον, ζήτησίν τε τοῦ λόγου τούτου ποιησαμένη, τὸν

τὸν Βούζην μετεπέμψατο εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ἐξαπιναίως, ὥς τι αὐτῷ κοινολογησομένη τῶν ἄγαν σπουδαίων. ἦν δέ τι οἴκημα ἐν παλατίῳ κατάγειον, ἀσφαλές τε, καὶ λαβυρινθῶδες, καὶ οἷον ταρτάρῳ εἰκάζεσθαι. ἵνα δὴ τοὺς προσκεκρουκότας, ὡς τὰ πολλὰ καθείρξασα ἐντηρεῖ. καὶ ὁ Βούζης οὖν ἐς τὸ βάραθρον τοῦτο ἐμβέβλητο), ἐνταῦθα τε αὐτὸς ἐξ ὑπάτων γενόμενος, ἄγνωστος ἀεὶ τοῦ παρόντος καιροῦ ἔμεινεν. οὔτε γὰρ αὐτὸς ἐν σκότῳ καθήμενος διαγινώσκειν οἷός τε ἐγεγόνει, πότερον ἡμέρα, ἢ νύκτωρ εἴη. οὔτε ἄλλῳ τῳ ἐντυχεῖν εἶχεν. ἄνθρωπος γὰρ ὅσπερ οἱ ἐς ἡμέραν ἑκάστην τὰ σιτία ἐρρίπτει, ὥσπερ τι θηρίον θηρίῳ, ἄφωνος ἀφώνῳ ὡμίλει. καὶ πᾶσι μὲν τετελευτηκέναι εὐθὺς ἔδοξε. λόγον μέντοι ἢ μνήμην ποιεῖσθαι * ταῦτα ἵνα οὐδεὶς * ἐνιαυτοῖν δὲ δυοῖν ὕστερον πρὸς μησὶ τέσσαρσι οἰκτισαμένη τὸν ἄνδρα ἀφῆκε. καὶ ὃς ὥσπερ ἀναβεβιωκὼς ἅπασιν ὤφθη. ξυνέβη τε τῷ ἀνθρώπῳ ἐνθένδε ἀεὶ ἀμβλυώττειν τε, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα νοσῶδες εἶναι. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῷ Βούζῃ τῇδε ἐχώρησε. Βελισάριον δὲ βασιλεὺς, καίπερ οὐδενὸς τῶν κατηγορουμένων ἁλόντα, ἐγκειμένης τῆς βασιλίδος παραλύσας, ἧς εἶχεν ἀρχῆς, Μαρτῖνον ἀντ' αὐτοῦ τῆς ἕω στρατηγὸν κατεστήσατο, τούς τε Βελισαρίου δορυφόρους τε, καὶ ὑπασπιστὰς, καὶ τῶν οἰκετῶν εἴ τι ἐν πολέμῳ δόκιμον ἦν, τῶν τε ἀρχόντων, καὶ τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων τισὶν ἐπέστειλε διαδάσασθαι. οἱ δὲ κλήρους ἐπ' ἐκείνοις ἐμβεβλημένοι, αὐτοῖς ὅπλοις ἅπαντας ἐν σφίσιν αὐτοῖς διενείμαντο, ὥς ποι κατατυχεῖν ἑκάστῳ συνέβη. καὶ τῶν φίλων δὲ, καὶ ἄλλως αὐτῷ τὰ πρότερα ὑπουργηκότων, πολλοῖς ἀπεῖπον παρὰ

Βελισα

Buzem repentè accersit in gynæceum, sicuti de re quapiam grauiori cum eo communicatura. Cæterùm in Regia erat subterraneus ac tutissimus carcer, ad quem ibatur per longos anfractus, Tartaro similem diceres. Ergo in hoc vbi vinciebantur, qui illi offensioni fuissent, Buzem habuit; scilicet vir Consularis in eam sentinam deturbatus, longo tempore delituit, nulla de eo certa fama; nam diei, noctisque vicissitudines nullo poterat vel ipse in tenebris iacẽs indicio distinguere, vel ab alio resciscere; quippe cùm in dies singulos qui ei, veluti feræ cuipiam belluæ pastum obiectabat, mutus iuberetur illuc penetrare. Interiisse iam putabatur, eiusque memoriam sermonibus vsurpare nullus planè audebat; cùm vno atque altero anno, & quaternis præterea mensibus elapsis, inde (aliquam fortasse commouens miserationem) emissus, quasi rediuiuus ab omnibus circumspectabatur; ex eóque cœpit tempore cæcutire, ac reliquo corpore aduersa semper vti valetudine. Itáque Buzæ cecidit res. Belisarium autem, nulli licèt crimini, cuius insimularetur, obnoxium; Augusta tamen instante, Imperator exautorauit; Martino eius loco exercitus Orientis duce designato. Præterea scutatos, hastatósque milites, ac reliquum Belisarij satellitium rei bellicæ peritum, quibusdam aulæ Primatibus & Eunuchis concessit, qui coniectis sortibus eos vel sic armatos inter se partirentur. Denique amicis, qui pridem

C Belisa

Belisario præstò fuissent, interdicit illius consuetudinem. Miserum sanè & acerbum spectaculum, etsi visum, haud tamen facile creditu, Belisarium hominem iam priuatum vrbem obire solum, nunquam non cogitabundum, ac tristem, sibi timentem insidias cædémque. Sed & Augusta magnam pecuniæ vim, quam in Oriente Belisario seruari audierat, Eunucho quopiam ex regiis destinato, curauit conuehendam. Hæc Imperatrix in gratiam Antoninæ Belisario quidem infensæ, summo autem sibi amore & necessitudine deuinctæ, ob nuperam Ioannis Cappadocis ruinam curauit eo consilio, vt si quando illa videretur reum coniugem sibi deposcere, & è tantis ærumnis posse vindicare; iam vir ille omnino afflictissimus, non modò simultatem cum Antonina deponeret; sed palàm quasi seruatum mancipium velut per triumphum traheretur. Quod ita peractum est. Manè Belisarius, vt illi mos erat, in regiam venit, famulis stipatus perpaucis, atque iis abiectis, & sordidis. Conuento Cæsare, & Augusta, nullámque in illis expertus erga se animi beneuolentiam; quin accepta inibi contumelia ab hominibus vilissimis, atque nefariis, sub vesperum se domũ recepit, in via identidem sese conuertens, & huc atque illuc circumspectans, sicunde videret in se irruentes ad cædem sicarios: conscenso cubiculo tremebundus in toro consedit solus, nihil animo versans, quod virum fortè deceret, qualem & se fuisse penitus obliuiscebatur: sed

βελισαρίῳ μηκέτι ἰέναι. καὶ περιήρχετο πικρὸν θέαμα, καὶ ἄπιστον ὄψις, βελισάριος ἰδιώτης ἐν βυζαντίῳ, σχεδόν τι μόνος σύννοις ἀεὶ, καὶ σκυθρωπὸς, καὶ τὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ὀρρωδῶν θάνατον. μαθοῦσα δὲ ἡ βασιλὶς πολλὰ ἐπὶ τῆς ἕω χρήματα εἶναι, πέμψασα τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων τινὰ κεκόμισαι πάντα. ἐτύγχανε δὲ αὐτωνίνα, ὥς μοι εἴρηται, τῷ μὲν ἀνδρὶ διάφορος γεγενημένη, τῇ δὲ βασιλίδι φιλτάτη, καὶ ἀναγκαιοτάτη τυγχάνουσα ἐν τοῖς μάλιστα, ἅτε ἰωάννην ἔναγχος καθειργασαμένη τὸν καππαδόκην. διὸ δὴ χαρίσασθαι ἡ βασιλὶς τῇ αὐτωνίνῃ βουλομένη, ἅπαντα ἔπρασσεν, ὅπως ἐξαιτήσασθαί τε τὸν ἄνδρα ἡ γυνὴ, καὶ ἀπὸ ξυμφορῶν τηλικῶνδε ῥύσασθαι δόξειε. ταύτῃ τε οὐ μόνον τῷ ταλαιπώρῳ ἐς τὸ παντελὲς καταλλαγῆναι συμβήσεται, ἀλλὰ καὶ διαρρήδην αὐτὸν ἅτε πρὸς αὐτῆς διασεσωσμένον αἰχμάλωτον ἀναρπάσασθαι. ἐγένετο δὲ ὧδε. ἦλθε μέν ποτε βελισάριος πρωῒ ἐς παλάτιον, ᾗπερ εἰώθει ξὺν ἀνθρώποις οἰκτροῖς τε, καὶ ὀλίγοις τισίν. οὐκ εὐμενῶς δὲ πειρασάμενος βασιλέως τε, καὶ τῆς βασιλίδος, ἀλλὰ καὶ περιυβρισμένος ἐνταῦθα ὑπ' ἀνδρῶν μοχθηρῶν τε, καὶ ἀγελαίων, οἴκαδε ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἀπιὼν ᾤχετο. συχνά τε περιεστρεφόμενος ἐν τῇ ἀναχωρήσει ταύτῃ, καὶ πανταχόσε περισκοπούμενος, ὁπόθεν ποτὲ προσιόντας αὐτῷ τοὺς ἀπολλοῦντας ἴδοι. ξὺν ταύτῃ τε τῇ ὀρρωδίᾳ εἰς τὸ δωμάτιον ἀναβὰς, ἐπὶ τῆς στιβάδος καθῆστο μόνος. γενναῖον μὲν οὐδὲν ἐννοῶν, οὐδὲ ὅτι ἀνὴρ ἐγεγόνει ἐν μνήμῃ ἔχων, ἱδρῶν

ἱδρῶν δὲ ἀεὶ καὶ ἰλιγγιῶν, καὶ ξὺν τρόμῳ πολλῷ ἀπορθύμενος, φόβοις τε ἀνδραποδώδεσι, καὶ μερίμναις ἀποκναιόμενος, φιλοψύχοις τε καὶ ὅλως ἀνάνδροις. ἀντωνίνα δὲ ἅτε οὐδὲ τὰ πρασσόμενα ὅλως ἐπισταμένη, οὐδέ τι τῶν ἐσομένων καραδοκοῦσα, περιπάτους ἐνταῦθα ἐποιεῖτο συχνούς, ὀξυρεγμίαν σκηπτομένη, ἔτι γὰρ εἰς ἀλλήλους ὑπόπτως εἶχον. μεταξὺ δέ τις ἐκ παλατίου, κουαδράτος ὄνομα, ἧκεν ἤδη δεδυκότος ἡλίου, τήν τε αὔλειον ὑπερβὰς ἐξαπιναίως παρὰ τὴν ἀνδρωνίτιδα ἔστη θύραν, φάσκων πρὸς τῆς βασιλίδος ἐνταῦθα ἐστάλθαι. ὅπερ ἐπεὶ βελισάριος ἤκουσε, χεῖρας, καὶ πόδας ἐπὶ στιβάδος ἑλκύσας, ὕπτιος ἔκειτο, πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἑτοιμότατος. οὕτως ἅπαν αὐτὸν τὸ ἀρρενωπὸν ἀπολελοίπει. οὔπω τοίνυν ὁ κουαδράτος παρ᾽ αὐτὸν εἰσελθὼν, γράμματα οἱ τῆς βασιλίδος ἐπέδειξεν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε. ἃ μὲν εἰργάσω ἡμᾶς ὦ βέλτιστε οἶσθα. ἐγὼ δὲ τὰ πολλὰ ὀφείλουσα τῇ σῇ γυναικὶ, ταύτης δὴ τὰ ἐγκλήματά σοι ἀφεῖναι ξύμπαντα ἔγνωκα, ἐκείνῃ τὴν σὴν δωρουμένη ψυχήν. τὸ μὲν οὖν ἐνθένδε σοι τὸ θαρσεῖν ὑπέρ τε τῆς σωτηρίας, καὶ τῶν χρημάτων πάρεστιν. ὁποῖος δὲ σὺ πρὸς αὐτὴν ἔσῃ διὰ τῶν πραχθησομένων εἰσόμεθα. ταῦτα ἐπεὶ βελισάριος ἀνελέξατο, ἅμα μὲν ὑφ᾽ ἡδονῆς ἐπὶ μέγα ἀρθεὶς, ἅμα δὲ καὶ τῷ παρόντι ἐπίδειξιν ἐθέλων ποιεῖσθαι τῆς γνώμης, ἀναστὰς εὐθὺς παρὰ τοῦ γυναικὸς πόδας ἐπὶ στόμα πίπτει. καὶ χειρὶ μὲν ἑκατέρᾳ περιλαβὼν αὐτῆς ἄμφω τὰς κνήμας, τὴν δὲ γλῶσσαν ἀεὶ τῶν ταρσῶν τῆς γυναικὸς μεταβιβάζων, τοῦ μὲν βίου, καὶ τῆς σωτηρίας αἰτίαν ἐκάλει, ἀνδράποδον δὲ αὐτῆς τὸ ἐνθένδε πιστὸν ὡμολόγει, καὶ οὐκ ἀνὴρ ἔσεσθαι. καὶ τῶν χρημάτων δὲ

sed æstuare ad sudorem, tremefactus animi pendere, perculsus metu, anxiáque sollicitudine mortem ignauiter vereri. Antonina rei prorsus ignara, quam nec fingere animo sibi facilè poterat, fortè ibidem obambulabat cruditatem causata, vt grauiorem mariti suspicionem auerteret; cùm ecce post Solis occasum è Regia Quadratus, superato vestibulo, ostio repentè cubiculi adstitit, missus, vt aiebat, ab Imperatrice. Hoc audito Belisarius, pedibus atque manibus resolutis, in torum decidit resupinus, ad necem paratissimus, adeò omni prorsus animi fortitudine destituebatur. Quadratus adhuc subsistens Augustæ litteras manu præferebat, in hanc fermè sententiam scriptas: In nos quæ commiseris, præclare vir, nō ignoras; sed quod ego plurimum debeam vxori tuæ, est cur eius causâ tua tibi crimina condonem, illi tuam vitam concedam; per eam sit tibi in posterum de salute, déque fortunis bene sperare. Sed in Antoninam te qualem ostenderis, rebus ipsis te nobis declaraturum scito. Hæc vbi perlegit Belisarius, gestire præ lætitia vehementer cœpit, suíque animi testem Quadratum etiamnum præsentem sibi parare cupiens; repentè ad coniugis pedes effusus, manibus tibias prehensat, modò hunc, modò illum pedem osculatur, salutis illam appellans authorem; se non maritum, immo mancipium fidele in posterum ait censendum fore. Cæterùm

Augusta de illa pecuniarum copia ad tria millia auri pondo impartita Cæsari, reliqua Belisario permisit; cui sic ista contigêre, quemadmodum Gelimeræ, ac Vittigi, quos illi fortuna paulò antè subiugarat. Iam inde à multo tempore Iustinianũ ac Theodoram grauiter pungebat huius viri diuitiarum vis immensa, & Imperatorio prorsus ærario digna; conquerebantur verò publicarum Gelimeræ, Vittigísque pecuniarum partem maximam alicubi penitus ab eo retrusam, minimam verò, ac nullius ferè ponderis Imperatori delatam. Verùm id tacitè tulerunt, simul recensitis viri rebus præclarè gestis, simul veriti aliorum obtrectationes, præsertim cùm idoneam aduersus eum prætendere causam non possent. At vbi trepidantem illum Augusta deprehendit, & animum penitus despondentem, vno effecit conatu, vt omnium eius fortunarum adiret possessionem contracta statim affinitate. Nam Ioanninam Belisarij filiam, quæ vna illi fuit, Anastasio ex filia nepoti spondendam curat. Interim Belisarius, vt in antiquum restituatur dignitatis gradum petit, vtque Imperator in Oriente designatus aduersus Chosroëm, & Persam militem Romanum ducat. Antonina reclamat, Prouinciásque minimè se illas prospecturam dicit, in quibus ab eo grauissimis affecta fuisset iniuriis. Quare Belisarius Imperatoris stabulo præfectus, secundò in Italiam mittitur; ea, vt fertur, data Cæsari conditione, nullas vt eo bello pecunias peteret,

sed

ἡ βασιλὶς ἐς τριάκοντα χρυσοῦ κεντηνάρια τῷ βασιλεῖ δοῦσα, τἄλλα Βελισαρίῳ ἀπέδοτο. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ τῇδε κεχωρήκει, ὧπερ ἡ τύχη οὐ πολλῷ πρότερον Γελίμερά τε, καὶ Οὐίττιγιν δορυαλώτους παραδεδώκει. ἐκ παλαιοῦ δὲ Ἰουστινιανόν τε, καὶ Θεοδώραν πλοῦτος ὁ τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἀκριβῶς ἔκνιζεν, ὑπέρογκός τε ὢν, καὶ βασιλικῆς αὐλῆς ἄξιος. ἔφασκόν τε ὡς τῶν δημοσίων χρημάτων Γελίμερός τε, καὶ Οὐιττίγιδος τὸ πλεῖστον ἀποκρυψάμενος λάθρα ἔτυχε. μοῖραν δὲ αὐτῶν βραχεῖάν τέ τινα, καὶ οὐδαμῆ ἀξιόλογον βασιλεῖ ἔδωκε. πόνους δὲ τοὺς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὴν ἔξωθεν τὴν βλασφημίαν διαριθμούμενοι· ἅμα δὲ καὶ σκῆψιν ἀξιόχρεων ἐπ' αὐτῷ οὐδεμίαν κεκομισμένοι, ἡσυχῆ ἔμενον. τότε δὲ ἡ βασιλὶς αὐτοῦ λαβομένη κατωρρωδηκότος τε, καὶ ἀποδειλιάσαντος ὅλως, πράξει μιᾷ διεπράξατο ξυμπάσης αὐτοῦ τῆς οὐσίας κυρία γενέσθαι. ἐς κῆδος γὰρ ἀλλήλοις ξυνηλθέτην εὐθύς, Ἰωαννίνα τε ἡ Βελισαρίου θυγάτηρ, ἧσπερ μόνης ἐγεγόνει πατὴρ, Ἀναστασίῳ τῷ τῆς βασιλίδος θυγατριδῷ μνηστὴ γέγονε. Βελισάριος μὲν οὖν ἀρχήν τε ἀπολαβεῖν τὴν οἰκείαν ἠξίου, καὶ στρατηγὸς τῆς ἑῴας ἀποδειχθεὶς, πάλιν ἐπὶ Χοσρόην, καὶ Μήδους ἐξηγήσεσθαι τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. Ἀντωνίνα δὲ οὐδαμῶς εἴη περιυβρίσθαι ἐν τοῖς ἐκείνῃ χωρίοις πρὸς αὐτοῦ ἔφασκεν, ἅπερ οὐκέτι τὸ λοιπὸν ὄψεσθαι. διὸ δὴ Βελισάριος ἄρχων τῶν βασιλικῶν καταστὰς ἱπποκόμων, ἐς τὴν Ἰταλίαν τὸ δεύτερον ἐστάλη, ὁμολογήσας βασιλεῖ, ὥς φασι, χρήματα μήποτε αὐτὸν ἐν τῷ δὲ τῷ πολέμῳ αἰτήσειν·

ἀλλὰ

ἀλλὰ ξύμπασαν αὐτὸς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν χρήμασιν οἰκείοις ποιήσασθαι. πάντες μὲν οὖν ὑπετόπαζον τά τε ἀμφὶ τῇ γυναικὶ ταύτῃ, ᾗπερ ἐρρήθη, Βελισάριον διοικήσασθαι, καὶ βασιλεῖ ταῦτα ὁμολογῆσαι ἀμφὶ τοῦ πολέμου, ἀπαλλαξείοντα τῆς ἐν Βυζαντίῳ διατριβῆς. ἐπειδάν τε τάχιστα ἔξω τοῦ τῆς πόλεως περιβόλου ἐκτὸς γένηται, ἁρπάσασθαί τε αὐτίκα τὰ ὅπλα, καί τι γενναῖον, καὶ ἀνδρὶ πρέπον ἐπί τε τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς βιασαμένοις φρονῆσαι. αὐτὸς δὲ πάντα τὰ ξυμπεσόντα ἐν ἀλογίᾳ πεποιημένος, ὅρκων τε τῶν Φωτίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις ὀμωμοσμένων ἐν λήθῃ τε πολλῇ, καὶ ὀλιγωρίᾳ γενόμενος, εἵπετο τῇ γυναικὶ, καταστὰς ἐκτόπως εἰς αὐτὴν ἐρωτόληπτος, καὶ ταῦτα ἑξήκοντα ἤδη γεγονυῖαν ἔτη. ἐπειδὴ μέντοι ἐν Ἰταλίᾳ ἐγένετο, εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπ' ἐναντίας αὐτῷ τὰ πράγματα ἐχώρει. ἐπεὶ οἱ διαρρήδην τὰ ἐκ θεοῦ πολέμια ἦν. πρῶτον μέν γε τὰ τοῦ στρατηγοῦ τούτῳ ἐν τοῖς ξυμπίπτουσιν ἐπί τε Θευδάτου, καὶ Οὐίττιγιν βουλευόμενα, καίπερ οὐκ ἐπιτηδείως τοῖς πρασσομένοις δοκοῦντα ἔχειν, ἐς ξυμφορὰν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐτελεύτα τέλος. ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ δόξαν μὲν ἀπηνέγκεν, ὅτι δὴ τὰ βελτίω βεβούλευται, ἅτε καὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τῶνδε πραγμάτων γεγονὼς ἔμπειρος, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀποβαίνουσι κακοτυχοῦντι τὰ πολλὰ ἐς ἀβουλίας δόκησιν αὐτῷ ἀπεκρίθη. οὕτως ἄρα οὐκ ἀνθρώπων βουλαῖς, ἀλλὰ τῇ ἐκ θεοῦ ῥοπῇ πρυτανεύεται τὰ ἀνθρώπεια. ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν ἄνθρωποι, οὐκ εἰδότες ὅτου δὴ ἕνεκα ταύτῃ προΐεσι τὰ ξυμβαίνοντα, εἴπερ αὐτοῖς ἔνδηλα γίνεται. τῷ γὰρ ἀλόγῳ δοκοῦντι εἶναι, φιλεῖ τὸ τῆς τύχης ὄνομα προσχωρεῖν.

ſed ære ſuo id apparatum, agitatúmque conficeret. Ita cum Cæſare paciſci Beliſarium, & cum Antonina coniuge rem omnem compoſitam habere alij quidem ſuſpicabantur, vt qui exire Byzantio diſcuperet, quò pede muris elato arriperet arma, & ſtrenuè aliquid, ſuáque virtute dignũ faceret in coniugem, & qui ſe acerbo caſu oppreſſiſſent. Verùm ille iis quæ accidiſſent neglectis, & ſacramenti, quo Photio, ac reliquis familiaribus tenebatur, per ſummam oblitus iniuriam, totus ab Antonina pendebat, cuius licèt annos natæ ſexaginta ardebat amore flagrantiſſimo. In Italiã vbi peruenit, infelices rerum euentus, quandoquidem diuino numine aduerſo, in dies cœpit experiri. Primo quidem bello contra Theodatum, & Vittigem, quæ pro re nata cepit conſilia, licèt minimè opportuna rebus viderentur; ad exitus tamen plerumque felices deducta ſunt. Secundo verò illa demum fuit aliorum de eo ſententia, optimè quidem conſultare, vtpote qui Italici belli adminiſtrandi experimentũ haberet; at rebus vt plurimum malè ſic recidentibus, minimè ſani conſilij opinionẽ mouit, confirmauitque. Sanè res mortaliũ non humana ratione, ſed à Deo quibuſdam veluti momentis gubernantur; etſi fortunã ijvocare conſuerunt, qui licèt rerum euentus teneãt, minimè tamen cauſas, quibus res ipſæ ita feruntur; fitque vt quod carere ratione videtur, è veſtigio fortunæ nomẽ cõſequatur.

Verùm

Verùm quisque, vt libet, de his ita sentiat. Post secundam ergo Belisarius in Italiam expeditionem turpissimè inde reducitur, cùm è nauigiis in terram descendere, vt suprà memoraui, quinquennium totum nequiuerit, neque in certum aliquod præsidium se recipere, sed perpetuò maritimam oram classe legeret. Certè licèt insanè Totilas cuperet, minimè tamen illum cum toto Romanorum exercitu timore perculsum in aciem deducere potuit. Quare afflictas Italiæ res non restituit; quin Romam etiam, & si quæ alia reliqua erant, de manibus insuper amisit. Nihil ex ærario Cæsaris ad hoc bellum illi fuit; proinde hoc tempore profunda laborauit auaritia, omnéque studiũ ad turpe compendium conuertit. Sic Italos ferè omnes, Rauennates, Siculósque indigenas expilauit, & si quos alios fortuna in eius potestatem coniecisset; à quibus nescio quo iure anteactæ vitæ cogitationũ pœnas exegit. Sic in Herodianum animaduersurus, pecunias petiit, minas omnes intendens; quarũ ille pertæsus dictũ Romanis sacramẽtum exuens, cũ suis cohortibus séque & Spoletũ Totilæ, Gotthísq; dedidit. Libet hîc narrare causam, quamobrẽ à Belisario alieno esse animo cœperit Ioannes Vitaliani ex sorore nepos; ingenti sanè damno rei Romanorũ publicæ. Tantum in Germanũ Augusta gerebat odiũ, támque omnibus manifestum, vt nullus cum illo, licèt Imperatoris fratris filio, connubia iungere auderet. Nam eius liberi, quoad illa vixit, nullas nuptias adepti sunt.

Iustina

ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πη ἑκάστῳ φίλον ταύτῃ δοκείτω. βελισάριος δὲ τὸ δεύτερον ἐν ἰταλίᾳ γενόμενος, αἴχιστα ἐνθένδε ἀπήλλαξε, τὸ μὲν γὰρ τὸ ἐς πεντάετες ἀποβῆναι ἴσχυσεν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. ὅτι μὴ ἐνθάδε ὀχύρωμα ἦν. ναυτιλλόμενος δὲ πάντα τοῦτον τὸν χρόνον τὰ ἐπιθαλάσσια *· τωτίλας δὲ λυσσῶν αὐτὸν ἔξω τείχους λαβεῖν, οὐ μέν τι εὗρεν. ἐπεὶ ὀρρωδία πολλὴ αὐτός τε, καὶ ξύμπας ὁ ῥωμαίων στρατὸς εἴχετο. διὸ δὴ οὔτε τῶν ἀπολωλότων τι ἀνεσώσατο, ἀλλὰ καὶ ῥώμην προσαπώλεσε, καὶ τἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. ἐγένετο δὲ φιλοχρηματώτατος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πάντων μάλιστα, καὶ κέρδους αἰσχροῦ ἐπιμελητὴς ἀκριβέστατος, ἅτε οὐδὲν ἐκ βασιλέως κεκομισμένος, ἰταλοὺς ἀμέλει σχεδὸν πάντας, οἵπερ ᾤκουντο ἐπὶ ῥαβέννης, καὶ σικελίας, καὶ εἴ του ἄλλου κατατυχεῖν ἐν ἐξουσίᾳ ἔσχεν, ἐληΐσατο οὐδενὶ κόσμῳ λογισμοὺς δῆθεν τῶν βεβιωμένων καταπραττόμενος. οὕτω γοῦν καὶ ἡρωδιανὸν μετιὼν, χρήματα ᾔτει, ἅπαντα τῷ ἀνθρώπῳ ἐπανασείων. οἷς δὴ ἐκεῖνος ἀχθόμενος, ἀπετάξατο μὲν τῷ ῥωμαίων στρατῷ, αὐτὸν δὲ εὐθὺς ξὺν τοῖς ἑπομένοις, καὶ τῷ * τωτίλᾳ, καὶ γότθοις ἐνέδωκεν. ὅπως δὲ αὐτῷ τε καὶ ἰωάννῃ τῷ βιταλιανοῦ ἀδελφιδῷ διχοστατῆσαι συνέβη, ὅπερ τὰ ῥωμαίων πράγματα μάλιστα ἔσφηλεν, αὐτίκα δηλώσω. ἐς τοῦτο ἀπεχθείας γερμανῷ ἡ βασιλὶς ἦλθεν ἐπιδηλότατόν τε ἅπασι τὸ ἔχθος ἐποίει, ὥστε αὐτῷ κηδεύειν, καίπερ βασιλέως ἀνεψιῷ ὄντι, ἐτόλμα οὐδείς. ἄνυμφοί τε αὐτῷ οἱ παῖδες γεγόνασι, μέχρις αὐτὴ τοῦ βίου.

ἧτε

ἥ τε θυγάτηρ αὐτῷ Ἰουστίνα ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα ἔτη ἡβήσασα, ἔτι ἀνύμφευτος ἦν. διά τοι τοῦτο ἡνίκα Ἰωάννης πρὸς Βελισαρίου σταλεὶς ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον, ἐς λόγους αὐτῷ καταστῆναι ὁ Γερμανὸς ἀμφὶ τῇ κηδείᾳ ἠνάγκαστο. καὶ ταῦτα λίαν ἀπὸ τῆς ἀξίας τῆς αὐτοῦ ὄντι. ἐπεί τε τὸ πρᾶγμα ἤρεσκεν ἄμφω, ὅρκοις ἀλλήλοις ἔγνωσαν δεινοτάτοις καταλαβεῖν, ἦ μὴν τὸ κῆδος ἐπιτελέσειν δυνάμει τῇ πάσῃ, ἐπεὶ αὐτοῖν ἑκάτερος τὸ θαρσεῖν ἐπὶ θατέρῳ ὡς ἥκιστα εἶχεν. ὁ μὲν τὸ ξυνειδέναι ὅτι δὴ τῶν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ὀρέγοιτο, ὁ δὲ κηδεστοῦ ἀπορούμενος * τὴν οὐκ ἔχουσα τὶς γένη) διὰ πάσης ὁδοῦ ἰοῦσα, ἑκάτερον μετιέναι μηχανῇ πάσῃ οὐκ ἀπηξίου, ὅπως αὖ τὰ πρασσόμενα μηχανῇ τῇ πάσῃ διακωλύοι. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖν καίπερ πολλὰ δεδιξαμένη ἀναπείθειν οὐδ᾽ ἕτερον ἔσχε, διαῤῥήδην ἀπόλλειν τὸν Ἰωάννην ἠπείλησε. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ Ἰωάννης αὖθις ἐς Ἰταλίαν σταλεὶς, οὐδαμῆ ξυμμίξαι Βελισαρίῳ ἐτόλμησε, τὴν δὲ Ἀντωνίνης ἐπιβουλὴν δείσας, ἕως Ἀντωνίνα ἐς Βυζάντιον ἦλθε. τήν τε γὰρ βασιλίδα ταύτην ἐπιστεῖλαι τὸν αὐτοῦ φόνον, οὐκ ἀπὸ τοῦ εἰκότως ἄν τις ὑπώπτευσε. καὶ τὸν Ἀντωνίνης σταθμωμένῳ τρόπον, ἅπαντά τε Βελισαρίῳ ἐνδιδόναι τῇ γυναικὶ ἐπισταμένῳ, δέος ἐγίνετο μέγα, καὶ τὸν ἐσῄει. τοῦτο γοῦν Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, καὶ πρότερον ἐπὶ θατέρου σκέλους ἑστῶτα προσουδίζει χαμαί. Βελισαρίῳ μὲν οὖν ὁ Γοτθικὸς πόλεμος τῇδε ἐχώρησεν. ἀπογνοὺς δὲ βασιλέως ἐδεῖτο, ὅπως οἱ ἐξῇ ἐνθένδε, ὅτι τάχιστα ἀπαλλαγῆναι. καὶ ἐπεὶ ἐνδεχόμενον βασιλέα τὴν δέησιν ἔγνω, ἄσμενος εὐθὺς ἀπιὼν ᾤχετο χαίρειν

Iuſtina verò filia octauum iam & decimum agebat annum, neque dum tamen nuptiarum ſolemnia celebrarat. Ergo cum Ioanne à Beliſario Byzantium legato verba Germanus de ineunda affinitate habere cogitur, quamuis dignitate longè inferiore. Id poſtquam vtrique placuit, viſum eſt iureiurando ſe mutuò ſanctiſſimo deuincire, vt conficiendis nuptiis pro virili vterque ſtuderet. Nam inter ſe grauiter diffidebant; ille quod maiora quàm pro dignitate ambiret, hic quod alterius affinitatem deſperaret. Auguſta impotenti hæc animo ferens, vtrumque omnibus circumueniendum curauit artibus, vt rebus inferret impedimentum. Cùm autem neutrum vel minis grauiſſimis abducere ab inſtituto poſſet, Ioanni palàm periculum capitis oſtentauit. Poſt hæc Ioannes in Italiam redire iuſſus, à Beliſarij conſuetudine abſtinuit, donec Byzantium Antonina diſcederet, cuius apprimè cauebat inſidias. Namque illi ab Auguſta ſuam imperatam necem, haud vana viſa fuit ſuſpicio, ſi quis & Antoninæ mores perpendiſſet, & Beliſarium noſſet, omnia coniugi indulgentem. Quare vt magna hæc erat formido, ſic ea vehementer Ioannis ſubiuit animum. Hinc ergo res Romanorum altero veluti innixæ pede, ad terram penitus collapſæ ruina ſunt. Sic bello Gotthico procedente, Beliſarius re deſperata, vt ſibi quàm primùm ex Italia decedendi facultas fiat, Principem rogat; quo preces admittente, alacer è veſtigio abit,

Roma

Romanum militem, Italiámque valere iubens; quam maiore ex parte sub hostium potestate, & Perusiam dira obsidione reliquit oppressam; quæ, dum ipse in suscepto itinere est, expugnata, in omnia, vt suprà narrauimus, mala deuenit. Sed domi suæ hoc interim Belisarius tulit infortunium. Theodora Augusta Belisarij filiæ nuptias Anastasio nepoti perficere maturabat, vt & frequenter datis epistolis parentibus esset molestiæ. Illi vitandi connubij causâ in reditum nuptias reiiciunt; accersiti verò Byzantium, tunc ex Italia proficisci non posse prætexunt. Verùm hæc intelligens haud dubio puellam (nullis præterea Belisario liberis) adituram hæreditatem, bonorum Belisarij possessionem peroptat Anastasio. Antoninæ tamen nihil fidit ingenio; quin etiam veretur, ne vbi natura sibi vitæ finem fecerit, beneuolentiam, quam summis in rebus experta esset, & erga suam domum fidem abiiciat, rescindátque pactiones. Ea re factum impium aggreditur. puellámque contra ius fásque ephebo contubernio iungit; non sine rumore per vim prostratæ clanculùm pudicitiæ, vt sponsalibus illato puellæ vitio confirmatis, Princeps esse rebus impedimento non posset. Hoc facto nihilominus octo mensibus Anastasius, puelláque eodem vsi contubernio, amore mutuo iam tenebantur, eóque ardentissimo. Extincta

χαίρειν πολλὰ τῷ τε ῥωμαίων στρατῷ, καὶ ἰταλοῖς φράσας. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα ὑποχείρια τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών. περυσίαν δὲ πικρότατα πολιορκίᾳ πιεζομένην. ἥπερ ἐπὶ αὐτοῦ ὁδῷ ἰέντος κατάκρας ἁλοῦσα, ἐς πᾶσαν κακοῦ ἰδέαν ἦλθεν, ἧπέρ μοι προτέρω δεδιήγηται. ξυνηνέχθη δὲ καὶ κατὰ τὴν οἰκίαν, τύχης ἐνθυμίωμα ξυμπεσεῖν τοιόνδε. θεοδώρα ἡ βασιλὶς τοῦ βελισαρίου παιδὸς ἐξεργάζεσθαι τὴν ἐγγύην ἐπειγομένη τῷ θυγατριδίῳ, συχνὰ γράφουσα, τοὺς γειναμένους τὴν κόρην ἠνώχλει. οἱ δὲ τὸ κῆδος ἀναδυόμενοι, ἀπετίθεντο μὲν ἐς παρουσίαν τὴν σφετέραν τὸν γάμον, μεταπεμπομένης δὲ αὐτοὺς ἐς βυζάντιον τῆς βασιλίδος, ἀδύνατοι εἶναι ἀπαλλάσσεσθαι τὰ νῦν ἐξ ἰταλίας ἐσκήπτοντο. ἡ δὲ γλιχομένη μὲν κύριον τὸν θυγατριδοῦν τοῦ βελισαρίου καταστήσεσθαι πλούτου, ᾔδει γὰρ ἐπίκληρον ἐσομένην τὴν παῖδα, ἅτε οὐκ ὄντος βελισαρίῳ ἑτέρου τοῦ γόνου, ἐπὶ μέντοι τῇ ἀντωνίνης γνώμῃ θαρσεῖν οὐδαμῇ ἔχουσα, δειμαίνουσά τε μὴ μετὰ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν οὐ φανεῖσα πιστὴ ἐς τὸν αὐτῆς οἶκον, καίπερ αὐτῆς οὕτω φιλανθρώπου ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τυχοῦσα, διασπάσηται τὰ ξυγκείμενα, ἐργάζεται ἀνόσιον ἔργον. τῷ γὰρ μειρακίῳ τὴν παιδίσκην ξυνοικίζει οὐδενὶ νόμῳ. φασὶ δὲ ὡς καὶ πλησιάσαι, οὔτι ἑκουσίαν ἠνάγκασε κρύβδην. οὕτω τε διαπεπαρθενευμένῃ, τὸν ὑμέναιον τῇ κόρῃ ξυστῆναι. τοῦ μὴ βασιλέα πειρασόμενον διακωλῦσαι. τοῦ μέντοι ἔργου ἐξειργασμένου, ἔρωτι ἀλλήλοιν διαπύρῳ τινὶ, ὅ τε ἀναστάσιος, καὶ ἡ παῖς εἴχοντο. καὶ χρόνος σφίσιν οὐχ ἥσσων, ἢ ὀκτὼ μηνῶν ἐν ταύτῃ τῇ διαίτῃ ἐτρίβη.

ἡνίκα

ἡνίκα δὲ ἀντωνίνα τῆς βασιλίδος ἀπογενομένης ἐς βυζάντιον ἦλθεν, ἐπελάθετο μὲν ἐθελουσία, ὧν ἐκείνη ἔναγχος ἐς αὐτὴν εἴργαστο. ὡς ἥκιστα δὲ ὑπολογισαμένη, ὡς ἣν τῷ ἑτέρῳ ἡ παῖς αὐτῇ ξυνοικίζοιτο πεπορνευμένη τὰ πρότερα ἔσται, τὸν θεοδώρας ἔκγονον κηδεστὴν ἀτιμάζει, τήν τε παῖδα ὡς μάλιστα ἀκουσίαν βιασαμένη ἀνδρὸς τοῦ ἐρωμένου ἀπέστησε. μεγάλην τε ἀγνωμοσύνης ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ἀπηνέγκατο δόξαν εἰς πάντας ἀνθρώπους. ἤκουσά τε οὐδενὶ πόνῳ ἀναπεῖσαι τὸν ἄνδρα τοῦ ἄγους αὐτῇ μεταλαχεῖν τοῦδε. ὥστε διαρρήδην τηνικάδε ὁ τοῦ ἀνθρώπου τρόπος ἐλήλεγκται. καί τι διομοσάμενος φωτίῳ τε, καὶ τῶν ἐπιτηδείων τισὶ πρότερον, καὶ τὰ ὀμωμοσμένα, οὐδαμῆ ἐμπεδώσας, συγγνώμης ἐτύγχανε πρὸς πάντων ἀνθρώπων. αἴτιον γὰρ τοῦ ἀπίστου ἀνδρὸς οὐ τὴν γυναικοκρατείαν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς βασιλίδος ὑπώπτευον εἶναι. ἐπεὶ καὶ θεοδώρας ἀπογενομένης, ὥσπερ μοι εἴρηται, οὐδὲ φωτίου, οὐδὲ ἄλλου του τῶν οἱ ἀναγκαίων λόγος γεγένητο. ἀλλ' αὐτοῦ δέσποινα μὲν ἡ γυνὴ ἐφαίνετο οὖσα, κύριος δὲ καλλίγονος ὁ προαγωγὸς ἦν, τότε δὴ ἀπογνόντες αὐτοῦ ἅπαντες ἐχλεύαζόν τε διαθρυλλοῦντες, καὶ ἅτε ἄνοιαν ὀφλισκάνοντι ἐλοιδόρουν. τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα βελισαρίῳ ἀπαρακαλύπτως εἰπεῖν, ταύτῃ πῃ ἔχει. τὰ δὲ σεργίῳ τῷ βάκχου παιδὶ ἐπὶ λιβύης ἡμαρτημένα, διαρκῶς μὲν ἐν λόγοις μοι τοῖς ἐπιτηδείοις δεδήλωται, ὡς δὴ αἰτιώτατος γέγονε ῥωμαίοις ἐνταῦθα διαφθαρῆναι τὰ πράγματα, τά τε πρὸς λευάθα αὐτῷ πρὸς τῶν εὐαγγελίων ὀμωμοσμένα ἐν ἀλογίᾳ πεποιημένος, καὶ τοὺς ὀγδοήκοντα πρέσβεις οὐδενὶ λόγῳ διαχρησάμενος. τοῦτο δέ μοι τανῦν ἐντιθέναι τῷ λόγῳ δεήσει, ὡς οὔτε νῷ δολερῷ οἱ ἄνδρες οὗτοι παρὰ σέργιον

Extincta Imperatrice, vbi Byzantium appulit Antonina, ſciens, prudénſque in ſe nuper geſtorum ſimulat obliuionem, nullámve reputans infamiam ſtupri, ſi filiam nuptui ſic alteri collocaret, ſpreto deſponſo Theodoræ nepote, filiam ſanè inuitam ab eius amore per vim abducit. Quam quidem ob rem apud omnes magnam retulit improbitatis opinionem; venientem verò ex Italia coniugem in partem tanti ſceleris trahit nullo negotio. Et quidem ingenium Beliſarij apertè tandem deprehenſum tum eſt. Nam quod pridem Photio, nonnulliſque neceſſariis promiſſi fidem non præſtiterit, facilè veniam apud omnes inuenit, qui nunquam ſuſpicarentur coniugis dominatu, ſed Imperatricis formidine fidem labefactatam: verùm ea, vt dixi, defuncta, cùm nullam Photij, nullam familiarium rationem duceret; ſed coniugem, eiúſque lenonem Caligonum imperitantes haberet: tunc enimverò contemni ab omnibus, & veluti demens ſubſannari. Hæc quidem, vt liberè dicam, peccauit Beliſarius. Quæ autem Sergius Bacchi filius commiſit in Africa, iam ſatis opportuno loco narrata ſunt: eius enim causâ res malè geſta Romanis in ea Prouincia; Leuathis iurata fides, conceptis ad Euangelia verbis, & violata tamen; trucidati nulla ratione octoginta legati, qui (quod mox prætereà dicendũ) nec dolo malo ad Sergium

profi

D ἦλθον,

proficiſcerentur, nec vllus eſſet ſuſpicioni locus; apparatis tamen epulis acceptos, neglecto ſacramento, per ſcelus interfecit; quæ fuit origo non modò Solomonis ducis, ſed Romanorum etiam, & Africanorum interitus. Extincto Solomone, cùm duces alij, tum milites pugnæ diſcrimina detrectarunt, omniúmque maximè Ioannes Siſinioli, qui ad Areobynthi vſque in Africam aduentum prælio abſtinuit, nempe in Sergium odio, quodque is eſſet imbellis & delicatus, ac vt ætate prorſus iuuenili, ſic etiam moribus; inuidia, & petulantia in omnes homines effuſiſſimus, molli fractóque cultu, & buccis ad ſuperbiam inflatis. Verùm quod Antoninæ Beliſarij coniugis neptem ſibi deſponderat, in eum animaduertere nunquam Auguſta voluit, nec imperio ſpoliare, quamquam properante ruina Africam collabantem videret. Quin & iuniorem Sergij fratrem Solomonem interempti Pegaſij crimine liberauit ipſa, & Imperator. Id vti ſe habuit, paucis expedio. Poſteaquàm Leuathis pro Solomone pretium ſoluit Pegaſius, reductis domum Barbaris, ipſe cum Pegaſio, à quo redemptus fuerat, & parua militum manu, petebat Carthaginem. Quo in itinere manifeſtum flagitij Solomonem monet Pegaſius, meminiſſet nuper ſe diuinitus ereptum ab hoſtibus: ille indignè ferens obiectam ſibi quaſi mancipio libertatem, repentè Pegaſium interimit, illud vitæ ſeruatæ præmium rependens. Vt verò Byzantium venit,

ab

ἦλθον, οὔτε τινὰ σκῆψιν ὁ σέργιος ὑποψίας πέρι αὐτοὺς εἶχεν, ἀλλ' ἀδιωμότος ἐπὶ θοίνην καλέσας τοὺς ἄνδρας διεχρήσατο οὐδενὶ κόσμῳ. ἀφ' οὗ δὴ σολόμωνι, καὶ τῷ ῥωμαίων στρατῷ, καὶ λίβυσι πᾶσι διεφθάρθαι ξυνέβη. δι' αὐτὸν γάρ, ἄλλως τε καὶ σολόμωνος τετελευτηκότος, ὥσπερ μοι εἴρηται, οὐδέ τις ἄρχων, οὐδέ τις στρατιώτης ἐς πολέμου κίνδυνον ἰέναι ἠξίου. μάλιστα δὲ πάντων ἰωάννης ὁ σισινιόλου τῷ ἐς αὐτὸν ἄχθει ἀπομαχόμενος ἦν, ἕως ἀρεόβινδος ἐς λιβύην ἀφίκετο. ἦν γὰρ ὁ σέργιος μαλθακὸς μέν, καὶ ἀπόλεμος. τὸ δὲ ἦθος, καὶ τὴν ἡλικίαν κομιδῆ νέος, φθόνῳ τε, καὶ ἀλαζονείᾳ ἐς ὑπερβολὴν ἐχόμενος ἐς πάντας ἀνθρώπους. τεθρυλλημένος τε τὴν δίαιταν, καὶ τὰς γνάθους φυσῶν. ἀλλ' ἐπεὶ τῆς ἀντωνίνης τῆς βελισαρίου γυναικὸς ἐγγόνης ἐτύγχανε μνηστὴρ γεγονώς, τίσιν τινὰ ἐς αὐτὸν ἡ βασιλὶς ἐξενεγκεῖν, ἢ παραλύειν τῆς ἀρχῆς οὐδαμῆ ἤθελε, καίπερ ἐνδελεχέστατα διαφθειρομένην λιβύην ὁρῶσα. ἐπεὶ καὶ σολόμωνα τὸν σεργίου ἀδελφόν, τοῦ πηγασίου φόνου, αὐτή τε, καὶ βασιλεὺς ἀθῷον ἀφῆκεν. ὅπη δὲ τοῦτό ἐστιν αὐτίκα δηλώσω. ἐπειδὴ ὁ πηγάσιος τὸν σολόμωνα πρὸς τῶν λευαθῶν ὠνήσατο, καὶ οἱ βάρβαροι ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν, ὁ μὲν σολομὼν, ξύν τε πηγασίῳ τῷ ἐωνημένῳ, καὶ στρατιώταις ὀλίγοις τισὶν εἰς καρχηδόνα ἐστέλλετο, ἐν δὲ τῇ ὁδῷ ταύτῃ λαβὼν ὁ πηγάσιος, ὅ, τι δὴ ἀδικοῦντα σολόμωνα, χρῆναι οἱ ἔφασκεν ἐν μνήμῃ εἶναι, ὡς αὐτὸν ἔναγχος ἐκ τῶν πολεμίων ὁ θεὸς ῥύσαιτο. ὁ δὲ χαλεπήνας, ὅτι δή οἱ ἅτε δορυαλώτῳ ὠνειδίσε, τὸν πηγάσιον εὐθὺς ἔκτεινε. ταῦτά τε σῶστρα τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέδωκεν. ἐπειδή τε ὁ σολομὼν ἐς βυζάντιον ἦλθε,

καθαρὸν

καθαρὸν αὐτὸν βασιλεὺς τοῦ φόνου ἐποίει, ἅτε προδότην ἀνελόντα τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς. γράμματά τε αὐτῷ ἐδίδου τὴν ὑπὲρ τούτων ἀσφάλειαν παρεχόμενος, καὶ ὁ μὲν Σολομὼν οὕτω τὴν τίσιν διαφυγὼν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἄσμενος εἴη, τήν τε πατρίδα, καὶ γένος τὸ κατὰ τὴν οἰκίαν ὀψόμενος. ἤδε ἀπὸ τοῦ θεοῦ τίσις ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καταλαβοῦσα, ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφανίζει. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Σολομῶντα, καὶ Πηγασίῳ τῇδε ἐχώρησεν. οἵτινες δὲ ἀνθρώπων Ἰουστινιανός τε, καὶ Θεοδώρα ἤστην, τρόπῳ τε ὅτῳ διεπαράξαντο τὰ ῥωμαίων πράγματα ἐρῶν ἔρχομαι. Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος, γεωργοὶ νεανίαι τρεῖς, Ἰλλυριοὶ γένος, Ζίμαρχός τε, καὶ Διτύβιστος, καὶ Ἰουστῖνος, ὁ ἐκ Βεδεριανῆς, πράγμασιν ἐνδελεχέσατα τοῖς ἀπὸ τῆς πενίας οἴκοι μαχόμενοι, τούτων τε ἀπαλλαξείοντες, ἐπὶ τῷ στρατεύεσθαι ὥρμησαν. καὶ πεζῇ βαδίζοντες ἐς Βυζάντιον ἦσαν, σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοὶ φέροντες. ἐν αἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ πεφρυγμένους ἄρτους, οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀφίκοντο. ταχθέντας τε ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις, βασιλεὺς αὐτοὺς ἐς τοῦ παλατίου τὴν φυλακὴν ἐπεξελέξατο. κάλλιστοι γὰρ ἅπαντες τὰ σώματα ἦσαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀναστασίῳ τὴν βασιλείαν παραλαβόντι, πόλεμος πρὸς τὸ Ἰσαύρων ἔθνος ὅπλα ἐπ᾽ αὐτὸν ἀραμένους ὁπλίζει. στρατιάν τε λόγου ἀξίαν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἧσπερ Ἰωάννης ἡγεῖτο, ἐπίκλησιν Κυρτός. οὗτος Ἰωάννης τὸν Ἰουστῖνον ἁμαρτάδος τινὸς ἕνεκα, ἐν δεσμωτηρίῳ καθεῖρξεν, ἡμέρᾳ τε τῇ ἐπιούσῃ, ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφιεῖν ἔμελλεν. εἰ μή τις μεταξὺ ἐπιγινομένη ὄψις ὀνείρου, ἐκώλυσεν. ἔφη γὰρ οἱ ἐν ὀνείρῳ

ab Imperatore cædis absoluitur, tanquam ipse morte perdiderit perduellem Imperij Romani; scriptóque accipit indemnitatem. Vbi supplicium ille sic euasit, patriam, propinquósque reuisurus in Orientem alacer properauit; sed diuina vltione persequente, in itinere decessit è vita. Ita hæc de Pegasio & Solomone gesta. Venio nunc ad Iustinianum & Theodoram, dicturus quid hominum vterque fuerint, quibúsve modis rem Romanam afflixerint. Byzantij Leo summam habebat Imperij, cùm tres in Illyria nati, exercendísque agris assueti adolescentes Zimarchus, Ditybistus, & Iustinus (cuius Bederiana patria fuit) summæ, qua domi premebantur, egestatis vitandæ causâ, militiam sequuntur, pedibúsque Byzantium veniunt, reiectis post terga sagis, in quibus præter secundarios panes, nihil eis quod reconderent, ex re domestica fuit. Numeris militaribus inscripti ab Imperatore, vtpote egregia corporis forma conspicui, ad Regiæ custodiam seliguntur. Imperio deinde potitus Anastasius, in Isauros, qui arma sumpserant, florentissimum immittit exercitum; quem Ioannes Gibbus ductauit. Is Iustinum criminis reum includit carcere, postridie statim capite plectendum. Verùm, vt dux ille narrare solebat, à proposito deterretur, viso per quietem sibi, qui

 ὁ στρατηγὸς

qui proceritate, ac reliquo corporis habitu præstantius quid homine præ se ferret, iuberétque dimitti quem pridie tradidisset custodiæ. Ille somno excitus non magni ducit quæ in somno visa forent, noctéque insequente iisdem in quiete visis & auditis, ac nihilominus neglectis; tertiò ab eadem illa specie atrocioribus minis exagitatur, vt dicto pareat: Nam hoc, inquit, homine, huiúsque propinquis opus cum primis erit, quando ira mihi mox concitabitur. Sic mortem euadere Iustino contigit. Tempore deinde procedente, magnam is consequitur potentiam, Prætorianis militibus præfectus ab Anastasio Principe: qui vbi fato concessit, ea fretus Iustinus præfectura capessiuit Imperium, senex iam licèt capularis, &, quod Romanis antehac non euenit, adeò litterarum expers, &, quod dicitur, Analphabetus, vt cùm sui soleat nominis apices libellis indere Princeps, cùm quid imperat faciundum; ipse neque imperare, neque compos esse posset rerum gerendarum; sed Proclus, qui officio Quæstoris fungebatur, eique assidebat, omnia faceret pro arbitrio. Verùm vt aliquod Imperatoris manus extaret argumentum, à Magistratu, qui id muneris habet, excogitatum hoc est. Tabellæ ligneæ perpolitæ formam quatuor litterarum, quæ legi Latinè possent, incidendam curant, eáque

ὁ στρατηγὸς ἐντυχεῖν τινὰ παμμεγέθη τε τὸ σῶμα, καὶ τἄλλα κρείσσω, ἢ ἀνθρώπῳ εἰκάζεσθαι. καὶ τὸν μὲν οἱ ἐπισκῆψαι μεθεῖναι τὸν ἄνδρα, ὅνπερ καθείρξας ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐτύγχανεν. αὐτὸν δὲ τοῦ ὕπνου ἐξαναστάντα ἐν ἀλογίᾳ τὴν τοῦ ὀνείρου ὄψιν ποιήσασθαι. ἐπιλαβούσης δὲ καὶ ἑτέρας νυκτὸς, ἐδόκει μένειν ἐν τῷ ὀνείρῳ, καὶ αὖθις τῶν λόγων ἀκούειν, ὧνπερ ἠκηκόει τὸ πρότερον. ἐπιτελέσαι δὲ τὰ ἐπιτεταγμένα, οὐδ᾽ ὡς βεβουλῆσθαι. τρίτον τε οἱ ἐπιστᾶσαν τὴν τοῦ ὀνείρου ὄψιν ἀπειλῆσαι μὲν τὰ ἀνήκεστα, ἢν μὴ τὰ ἐπηγγελμένα ποιΐη. ἐπειπεῖν τε, ὡς αὐτοῦ τε τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς ξυγγενείας, χρέος οἱ μέγα ὀργιζομένῳ ἐς χρόνον τὸν ὄπισθεν εἴη, τότε μὲν οὖν, οὕτως ἰουστίνῳ περιεῖναι ξυνέβη. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐς μέγα δυνάμεως οὗτος ἰουστῖνος ἐχώρησεν. ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν ἀναστάσιος βασιλεὺς καταστήσατο, τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων. ἐπειδή τε ὁ βασιλεὺς ἐς ἀνθρώπων ἠφάνιστο, αὐτὸς τῇ τῆς ἀρχῆς δυνάμει τὴν βασιλείαν παρέλαβε. τυμβογέρων μὲν γεγονὼς ἤδη. ἀμάθητος δὲ γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν, οὐ γεγονὸς ἐν ῥωμαίοις πρότερον. τοῦτό γε εἰθισμένου δὲ γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐντιθέναι τὸν βασιλέα, ὅσα ἂν ἐπαγγέλλοντος αὐτοῦ γίνοιτο. αὐτὸς μέντοι οὔτε ἐπήγγελλεν, οὔτε τοῖς πρασσομένοις ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν. ὃς δὲ παρεδρεύειν αὐτῷ ἔλαχεν ἀρχὴν τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστορος πρόκλος ὄνομα, αὐτὸς δὴ αὐτονόμῳ γνώμῃ ἅπαντα ἔπρασσεν. ὅπως δὲ μαρτυρίαν τοῦ βασιλέως χειρὸς ἔχοιεν ἡ * * * ἐπικεῖσθαι τὸ ἔργον τοῦτο, ἐπενοήθη τάδε. ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφὴν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ λατίνων φωνῇ δύναται.
γραφίδα

γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχείριζόν το τῷ βασιλεῖ τούτῳ. καὶ τὸ ξύλον οὗπερ ἐμνήσθην τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι, λαβόμενοί τε τῆς βασιλέως χειρὸς, περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι, ἐς τὸν τεττάρων γραμμάτων τὸν τύπον, ἐς πάσας τε τὰς τοῦ ξύλου αὐτὴν περιελίξαντες ἐντομὰς, οὕτω δὴ ἀπηλλάσσοντο, τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ ἰουστίνῳ ταύτῃ ῥωμαίοις εἶχε. γυναικὶ δὲ ὄνομα λουππικίνη ξυνῴκει. αὕτη δὲ δούλη τε καὶ βάρβαρος οὖσα, τοῦ πρόσθεν αὐτὴν ἐωνημένου, παλλακὴ γέγονε. καὶ αὐτὴ μὲν ξὺν ἰουστίνῳ ἐπὶ βίου δυσμαῖς τὴν βασιλείαν ἔσχεν. ἰουστῖνος μὲν οὖν, οὔτε τι πονηρὸν τοὺς ὑπηκόους ἐργάζεσθαι, οὔτε ἀγαθὸν ἴσχυεν. εὐήθεια γὰρ πολλῇ εἴχετο. ἄγλωττός τε παντάπασιν ὢν, καὶ ἀγροικιζόμενος μάλιστα. ἀδελφιδοῦς δὲ αὐτοῦ ἰουστινιανὸς νέος ὢν ἔτι, διῴκει τὴν ἀρχὴν ξύμπασαν, καὶ γέγονε ῥωμαίοις ξυμφορῶν αἴτιος, οἵας τε, καὶ ὅσας ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα, οὐδείς που πρότερον ἀκοῇ ἔλαβεν. ἔστε γὰρ ἀνθρώπων ἄδικον φόνον, καὶ χρημάτων ἁρπαγὴν ἀλλοτρίων ῥᾷστα ἐχώρει. καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μυριάδας πολλὰς ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καίπερ αὐτῷ αἰτίαν οὐδεμίαν παρεχομένων, καὶ φυλάσσειν μὲν τῶν καθεσταμένων οὐδὲν ἠξίου, ἅπαντα δὲ νεοχμοῦν ἐσαεὶ ἤθελε. καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, μέγιστος δὴ οὗτος διαφθορεὺς τῶν εὖ καθεστώτων. τὸν μὲν οὖν λοιμὸν, ὅσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, καίπερ ἐπισκήψαντα εἰς τὴν γῆν ξύμπασαν διέφυγον ἄνθρωποι, οὐχ ἧσσον, ὅσοις διαφθαρῆναι τετύχηκεν. ἢ οὐδαμῇ τῇ νόσῳ ἁλόντες, ἢ * γενόμενοι.

eáque libello impoſita, calamus colore imbutus, quo ſcribere mos eſt Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum, quam alij prehenſantes ducebant, circumagebántque calamum per quatuor illas litterarum formas, nempe ſingulas tabellæ inciſuras, atque ita demum iis ab Imperatore litteris reportatis recedebant. Is quidem Romanis erat Iuſtinus. Coniux verò, cui nomen Lupicinæ fuit, ſerua, eáque barbara, ſui pellex emptoris Iuſtini,& ad vſque vitæ exitum Imperij ſocia. Neque malo ſubiectis, neque bono eſſe Iuſtinus quidem potuit, inſignis homo ſtoliditatis,ſumma cum infantia, ſummaque cum ruſticitate coniunctæ. At eius ſororis filius Iuſtinianus ætate adhuc iunior, & qui ſummam moderabatur Imperij, is demum fuit Romanis tot, tantorúmque malorum autor, quot & quanta audita non ſunt ex omni ſuperiorum ætatum memoria. Facilè prorumpebat in opum alienarum rapinas, in cædes, ſic vt pro nihilo duceret innumeram perdere omnis criminis inſontem multitudinem. Statuta ſeruare nequaquam illi animus; contrà ſemper rebus ſtudere nouis, &,vno verbo, bene conſtitutis peſtem importare funeſtiſſimam. Luem illam, quam ſuperioribus libris in totum ferè terrarum orbem peruaſiſſe narrauimus, pauciores homines vel non conceptam effugere contigit, vel conceptam depellere, quàm

quàm ea perire. At Iuſtinianum euitauit nemo Romanorum omnium, qui velut è cœlo immiſſa pernicies ac labes nullum non infecit,alios nefariè de medio ſuſtulit;aliis vitam dira afflictandam egeſtate condonans, perditis miſeriores effecit,qui vel crudeliſſimo ſupplicio tantis malis ſolui cuperent ; aliorum demum nec fortunis parcere , nec vitæ libuit. Non illi ſatis Romanum Imperium euertiſſe ; ad ſubiugandam Africam, & Italiam vires conuertit , vt cum ſubiectis ſibi Prouinciis illas etiam gentes vnum in exitium deturbaret. Vix decimus dies abierat ex quo cum poteſtate fuit , & Amantium Eunuchorum Aulæ principem nonnullis cum aliis interfecit , in crimen illum ea tantùm re ducens, quod neſcio quam vocem petulantiùs in Ioannem iactarit Vrbis Antiſtitem ; ex quo omnium hominum euaſit formidoloſiſſimus. Illicò vocatum mittit Vitalianum Tyrannum fide publica impunitate promiſſa, & vnà ſuſceptis Chriſtianorum myſteriis. Paulo deinde pòſt dato ſuſpicioni , atque offenſioni loco, eum ac neceſſarios in Aula impiè contrucidauit , nihil veritus fidem fallere tam formidandam. Cùm pridem duæ populi , vt diximus , factiones eſſent, conciliata ſibi altera Venetorum, cuius iam antea ſtudia acquiſierat ; ita miſcere omnia potuit ac perturbare, vt exinde rem Romanorum publicam inclinatam labefactarit ; licèt Venetorum ſeditioſi

ἐπειδὴ σφίσι ἁλῶναι ξυνέβη. ἄνδρα δὲ τοῦτον διαφυγεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι τῶν πάντων ῥωμαίων, οὐδενὶ ξυνηνέχθη. ἀλλ' ὥσπερ τι ἄλλο ἐξ οὐρανοῦ πάθος ὅλῳ τῷ γένει ἐπεισπεσὸν, ἀνέπαφον οὐδένα παντελῶς εἴασε. τοὺς μὲν γὰρ ἔκτεινεν οὐδενὶ λόγῳ, τοὺς δὲ πενίᾳ μαχομένους ἀφεὶς, ἀθλιωτέρους τῶν τετελευτηκότων εἰργάζετο. εὐχομένους τὰ παρόντα σφίσι διαλῦσαι θανάτῳ οἰκτίστῳ. τινῶν μέντοι ξὺν τοῖς χρήμασι, καὶ τὰς ψυχὰς εἷλεν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μόνην καταλῦσαι τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, λιβύης τε, καὶ ἰταλίας, οὐκ ἄλλου του ἕνεκα πεποιηκὼς τὴν ἐπικράτησιν ἴσχυσεν, ἢ ὥστε ξὺν τοῖς πρότερον ὑφ' αὐτῷ οὖσι διολέσαι τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους. οὔπω γοῦν δεκαταῖος εἰς τὴν δύναμιν γεγονὼς ἀβάντιον τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ἄρχοντα ξὺν ἑτέροις τισὶν ἐξ αἰτίας οὐδεμιᾶς ἔκτεινεν, ἄλλο οὐδὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπενεγκὼν, πλήν γε δὴ ὅτι ἐς ἰωάννην τὸν τῆς πόλεως ἀρχιερέα λόγον τινὰ προπετῆ εἴποι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ φοβερώτερος γέγονε ἀνθρώπων ἁπάντων. αὐτίκα δὲ καὶ βιταλιανὸν τὸν τύραννον μετεπέμψατο, ᾧ δὴ τὰ πιστὰ πρότερον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας παρέσχετο, διαλαχὼν αὐτῷ καὶ τῶν ἐν χριστιανοῖς μυστηρίων. ὀλίγῳ τε ὕστερον ἐξ ὑποψίας αὐτῷ προσκεκρουκότα ξὺν τοῖς ἐπιτηδείοις ἐν παλατίῳ, λόγῳ οὐδενὶ διεχρήσατο. πίστεις οὕτω δεινοτάτας ἐμπεδῶσαι οὐδαμῆ ἀξιώσας. τοῦ δὲ δήμου ἐκ παλαιοῦ ἐς μοίρας δύο διεστηκότος, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, μίαν αὐτὸς τὴν βένετον ἑταιρεισάμενος, ἥ οἱ καὶ τὸ πρότερον κατεσπουδασμένη ἐτύγχανε, ξυγχεῖν τε, καὶ συνταράξαι ἅπαντα ἴσχυσε. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς γόνυ ἐλθεῖν ῥωμαίοις τὴν πολιτείαν πεποίηκεν. οὐχ ἅπαντες δὲ οἱ βένετοι

ἐπισπεῶς

ἐπιπᾶσαι τῇ τοῦδε ἀνδρὸς γνώμῃ ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅσοι στασιῶται ὄντες ἐτύγχανον. καὶ αὐτοὶ μέντοι προϊόντος ἤδη τοῦ σωφρονέσατοι ἔδοξαν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων. ἐνδεεστέρως γὰρ ἢ κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἡμάρτανον. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν πρασίνων οἱ στασιῶται ἡσυχῇ ἔμενον. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἔπρασσον ἀεὶ τὰ ἐγκλήματα, ἐς ὅσον σφίσι δυνατὰ ἐγεγόνει. καίπερ κατὰ μόνας διηνεκὲς κολαζόμενοι. ὅπερ αὐτοὺς ἐς τὸ θρασύνεσθαι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐσαεὶ ἦγεν. ἀδικούμενοι γὰρ εἰώθασιν ἐς ἀπόνοιαν τρέπεσθαι ἄνθρωποι. τότε οὖν τοῦτου βενέτοις αὐτὸν ῥιπίζοντός τε, καὶ διαφανῶς ἐρεθίζοντος, ἅπασα κατάκρας ἡ ῥωμαίων ἀρχὴ ἐκινήθη, ὥσπερ σεισμοῦ, ἢ κατακλυσμοῦ ἐπιπεσόντος, ἢ πόλεως ἑκάστης πρὸς τῶν πολεμίων ἁλούσης. πάντα γὰρ ἐν ἅπασι ξυνεταράχθη, καὶ οὐδὲν ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ λοιπὸν ἔμεινεν. ἀλλ' οἵτε νόμοι, καὶ ὁ τῆς πολιτείας κόσμος ξυγχύσεως ἐπιγενομένης ἐς πᾶν τοὐναντίον ἐχώρησαν. καὶ πρῶτα μὲν τοῖς στασιώταις τὰ ἐς τὴν κόμην, ἐς νεώτερόν τινα μεταβέβληντο τρόπον. ἀπεκείροντο γὰρ αὐτὴν οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ῥωμαίοις. τοῦ μὲν γὰρ μύστακος, καὶ τοῦ γενείου, οὐδαμῇ ἥπτοντο, ἀλλ' αὐτοῖς κατακομᾶν ἐπὶ πλεῖστον, ὥσπερ οἱ πέρσαι ἐσαεὶ ἤθελον. τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν τὰ ἔμπροσθεν ἄχρι ἐς τοὺς κροτάφους ἀποτεμόμενοι, τὰ ὄπισθεν ἀποκρέμασθαι σφίσι λόγῳ οὐδενὶ εἴων, ὥσπερ οἱ μασσαγέται. διὸ δὴ καὶ οὐννικὸν τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκάλουν. ἔπειτα δὲ τὰ ἐς ταρμάτια εὐπάρυφοι ἠξίουν εἶναι ἅπαντες, κομπωδεστέραν, ἢ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἐνδιδυσκόμενοι τὴν ἐσθῆτα. κτᾶσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξ οὐ προσηκόντων παρῆν. τοῦ δὲ χιτῶνος τοῦ ἀμφὶ τὼ χεῖρε

seditiosi quique duntaxat illius libidini obtemperarent, qui tamen gliscente calamitate, omniũ mortalium moderatissimi habiti sunt, quod data peccandi potestate parciùs abuterentur. Ex Prasinis vicissim, qui seditiones agitarent, haud sese continuerũt; sed vt sibi facultas fuit, ita facinora perpetrarunt, quamquam identidem occultis affecti suppliciis; ex quibus quotidie nihilominus sumerent maiores spiritus. Nam vsu venit, vt iniuriis lacessiti ad maiora flagitia traducant animum. Ergo proritatis tum ab eo concitatísque palàm Venetis, vniuersum conuulsum suis sedibus est Romanum Imperium, quasi ab hostibus vastatæ vrbes, vel terræ quodam motu prostratæ, vel eluuione oppressæ; nam omnia passim concussa, locóque dimota, iura, leges, ac totus Reipublicæ status súsque déque tracta sunt. Factiosi statim comere cæsariem, ac nouo quodam, & Romanis alieno cultu recidere; nam mento, & alis intonsis, quæ Persarum more prolixè lubebat promittere, sinciput capillitio ad tempora vsque nudarunt, coma ad occipitium permissa, vt Massagetæ solent, nulla lege diffluere; quare & hunc habitum Hunnicum appellauêre. Omnes sibi curarunt vestes arte laboratas, iísque quàm pro dignitate splendidioribus amiciebantur, quas iniquis sibi prædis poterant comparare. Vestis manicæ ad volam

volam strictissimè coibant; inde verò ad humeros, in miram amplitudinem diffundebantur. Cùm autem in Theatro, vel Circo intenta manu vociferarentur, vel alios, vt fit, incitarēt; ea potissimùm vestimenti pars exerebatur, vt Bardis opinionem afferrent, tam plena, fortíque esse se corporis habitudine, vt illo egeret vestium amictu; neque viderunt tumida & inani veste tanto magis sui corporis prodendam tenuitatem. Humeralia, tibialia, & pleraque calceamentorum genera, Hunnorum ad ritus, noménque vsurparunt. Antehac armati ferè omnes noctu palàm incedebant; interdiu ancipitibus ad femur sicis sub veste occultis. Prima nocte in turmas coacti, vel aperto foro, vel angiportis obsessis, obuios quosque innoxios viros deprędabantur, palliis, baltheis, aureísque detractis fibulis, & quidquid esset præ manibus; suppilatos iam alios cædebant, ne cui referrent, quæ sibi accidissent. Passim hæc omnes grauiter tulerunt; & Venetorum quisquis seditionibus abstineret. Vt verò nec ipsi abibant impunes, exinde plerique æreis fibulis, baltheísque vti cœperunt, necnon vestibus longè quàm pro dignitate vilioribus, ne vitæ insidiaretur ornatus; & ante Solis occasum domum se recipiebant, & contutabantur. Hoc malo latiùs serpente, neque sontibus ab Vrbis Præfecto coërcitis, magis ac magis illis in dies animus addebatur.

Nam

Princeps verò tanquam inſcius quid in illos gereretur, adiit impudenter vniuerſæ ſubſtantiæ poſſeſſionem. His artibus re quidem inter ſe condictâ, ſed palàm ſimularis diſſidiis, ac ſubditorum animis in diuerſum actis, tyrannidem ſibi firmiùs aſſeruerunt. Potitus Imperio Iuſtinianus extemplò omnia miſcere, quæ priſcis legibus prohibita eſſent, in Rempublicam introducere; quæ conſuetudine obtinuiſſent, hæc interdicere; quaſi Imperatorium paludamentum induiſſet, vt aliam rebus faciem induceret. Nam ſtatis Magiſtratuum formis, legúmque ac militarium ordinum abrogatis, alias inuexit non iure, non publico commodo adductus, ſed vt omnia noua, & de ſuo nomine dicerentur. Rei, cuius ſtatim abolendæ copia non fuiſſet, ſaltem ſuum indidit vocabulum. Sanguinis & auri nunquam ſitim expleuit, ſed ex opulentiſſimis pecunioſorum hominum domibus factis ſibi manubiis, alios impetebat. Quas fortunarum rapinas illicò vel prodegit Barbaris, vel in inſana ædificia inſumpſit. Veſanis multorum cædibus pollutus, pluribus iam aliis parauit inſidias. Tranquillam Romani cum exteris gentibus pacem habebant; hic ſanguinario furore ſtandi loco impatiens, omnes vndique Barbaros inter ſe commiſit; & Hunnorum ducibus nulla occaſione accerſitis, immanes pecunias perditâ munificentiâ largitus fuit, amicitiæ, vt aiebat, causâ conciliandæ, firmandæque;

ὅπερ quod

quod & ſub Iuſtino Principe factitatum ab eo iam diximus. Illi acceptâ pecuniâ alios duces, eorúmque cohortes ſollicitabant, qui in fines Imperij excurrerent populabundi, venum & ipſi pacem daturi, cui ſic eam mercari libitum eſſet. Hi ſtatim Romanorum vrbes deprædati ſunt, ſua nihilominus meriti apud Imperatorem ſtipendia. Poſt hos en tibi è veſtigio alios profligatæ gentis Romanæ populatores, qui actâ prædâ inſuper incurſionis mercedem conſequerentur à munificentiſſimo Principe. Et, vt paucis abſoluã, nullum tempus intermiſerunt ab hiſce, quaſi in orbem redeuntibus rapinis & excurſionibus. Nam cùm multiplices horum eſſent Barbarorum Tribuni, atque ſtationes, bellum quaſi per manus tradebatur, ab immoderatis Auguſti largitionibus cœptum, nullo fine claudendũ. Semper enim à principio in orbem redibat; ita vt ſub id tempus nullus fuerit Romanorum locus, aut mons, aut ſpecus à prædis immune; quin multæ prouinciæ quinta & amplius oppreſſę ſint vaſtatione. Hæc mala ab his illata, necnon à Perſis, Saracenis, Sclaueníſque, & Barbaris aliis, à me ſuperioribus libris narrata ſunt; huc verò, vt iam præfatus ſum, illorum omnium cauſam reiicere, operæpretium fuit. Magnam profudit pecuniarum vim pro pace cum Choſroë ſtabilienda; at peruicaciùs ſuam ſecutus ſententiam, ſoluendi nullâ cauſâ fœderis autor fuit, omni ſtudio atque conatu in ſocietatem pertractis Alamundaro, & Hunnis, Perſarum ſociis

ὅπερ αὐτὸν ἐῤῥήθη, καὶ ὑπὸ τὸν χρόνον τῆς ἰουστινιανοῦ βασιλείας πεποιηκέναι. (4) οἱ δὲ τὰ χρήματα κεκομισμένοι, τῶν ξυναρχόντων τινὰς ξὺν τοῖς ἑπομένοις τοῖς αὐτῶν ἔπεμπον. καταθέειν δὲ ἐπιδρομῆς γνώμῃ τὰ βασιλέως κελεύοντες, ὅπως καὶ αὐτοὶ τὴν εἰρήνην ἀπεμπολεῖν τῷ ταύτην ὠνεῖσθαι λόγῳ οὐδενὶ βουλομένῳ δυνατοὶ εἶεν. καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἠνδραπόδιζόν τε τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, καὶ οὐδέν τι ἧσσον ἔμμισθοι πρὸς τοῦ βασιλέως ἐγίνοντο. ἕτεροι δὲ μετ' ἐκείνους εὐθὺς ἐς τὸ ληΐζεσθαι σὺν ταλαιπώροις ῥωμαίους καθίσταντο. καὶ μετὰ τὴν λείαν ἆθλα τῆς ἐφόδου τὴν βασιλέως φιλοτιμίαν ἐδέχοντο. οὕτω τε ἅπαντες ξυλλήβδην εἰπεῖν, οὐδένα ἀνιέντες καιρὸν ἐκ περιτροπῆς ἦγόν τε καὶ ἔφερον ἅπαξ ἅπαντα. ἀρχόντων γάρ εἰσι τοῖς βαρβάροις τούτοις ξυμμορίαι πολλαὶ, καὶ περιήρχετο πόλεμος τὴν μὲν αἰτίαν ἐκ φιλοτιμίας ἀλογίστου λαβὼν, τὸ δὲ πέρας εὑρέσθαι οὐδαμῆ ἔχων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος τὸν πάντα αἰῶνα. διὸ δὴ χῶρος μέν τις, ἢ ὄρος, ἢ σπήλαιον, ἢ ἄλλό τι τῆς ῥωμαίων γῆς ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον ἀδῄωτον οὐδαμῆ ἔμεινε. χώραις δὲ πολλαῖς πλέον, ἢ πεντάκις ἁλῶναι συνέβη. καὶ ταῦτα μέντοι καὶ ὅσα πρὸς μήδων τε, καὶ Σαρακηνῶν, καὶ ἀσκλαβηνῶν, καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι διηγήγηται λόγοις. ἀλλ' ὅπερ τοῦδε ἀρχόμενος τοῦ λόγου ὑπεῖπον τὴν αἰτίαν τῶν ξυμπεπτωκότων ἐνταῦθα μοι ἦν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. καὶ χοσρόῃ δὲ κεντηναρίων πλῆθος ὑπὲρ τῆς εἰρήνης προϊέμενος, αὐτογνωμονήσας δὲ οὐδενὶ λόγῳ αἰτιώτατος τοῦ λελύσθαι τὰς σπονδὰς γέγονεν. ἀλαμουνδαρόν τε, καὶ οὔννους τοὺς πέρσας

ἐνσπόν

ἐνσπόνδους σπουδάζων τε, καὶ διατεινόμενος ἐταυρίζετο, ὅπερ μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ἀπαρακαλύπτως εἰρῆσθαι δοκεῖ. ἐν ᾧ δὲ τὰ ἐκ τῶν στάσεών τε, καὶ πολέμων κακὰ ῥωμαίοις ἀνήγειρε καὶ ἐρρίπιζεν, ἓν τοῦτο βουλευσάμενος αἵματος ἀνθρωπείου τὴν γῆν πολλαῖς μηχαναῖς ἔμπλεων γίνεσθαι, καὶ χρήματα ληΐζεσθαι πλείω, φόνον καὶ ἄλλον τῶν ὑπηκόων ἐπενόει πολλῷ τρόπῳ τοιῷδε. χριστιανῶν δόξαι ἀπόβλητοι πολλαί εἰσιν ἐν πάσῃ τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ, ἅσπερ αἱρέσεις καλεῖν νενομίκασι, μοντανῶν τε, καὶ Σαββατιανῶν, καὶ ὅσαις ἄλλαις πλανᾶσθαι αἱ τῶν ἀνθρώπων εἰώθασι γνῶμαι, τούτους ἅπαντας δόξαν τὴν παλαιὰν ἐκέλευε μεταθέσθαι· ἄλλά τε ἀπειλήσας ἀπειθοῦσι πολλὰ, καὶ τὰς οὐσίας ἐς τοὺς παῖδας, ἢ ξυγγενεῖς, μηκέτι παραπέμπειν οἷόν τε εἶναι. τούτων δὲ τὰ ἱερὰ τῶν αἱρετικῶν καλουμένων, καὶ διαφερόντως οἵπερ ἡ τοῦ ἀρείου ἤσκητο δόξα πλοῦτόν τινα εἶχεν ἀκοῆς κρείττω. οὔτε γὰρ ἡ σύγκλητος βουλὴ ξύμπασα, οὔτέ τις ἄλλη μεγίστη μοῖρα τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς τά γε εἰς τὴν οὐσίαν εἰκάζεσθαι τούτοις δὴ τοῖς ἱεροῖς ἔσχε. κειμήλιά τε γὰρ αὐτοῖς χρυσᾶ τε, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ξυγκείμενα ἐκ λίθων ἐντίμων, ἀμύθητά τε καὶ ἀναρίθμητα ἦν. οἰκίαι τε καὶ κῶμαι παμπληθεῖς, καὶ χώρα πολλὴ πανταχόθι τῆς γῆς, καὶ ὅση ἄλλη πλούτου ἰδέα ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις. ἅτε οὐδενὸς αὐτὰ τῶν πώποτε βεβασιλευκότων ὀχλήσαντος. πολλοί τε ἄνθρωποι, καὶ ταῦτα δόξης ὄντες ὀρθῆς τῇ τῶν σφετέρων ἐπιτηδευμάτων προφάσει ἐνθένδε ἀεὶ τοῦ βίου τὰς ἀφορμὰς εἶχον. τούτων μὲν οὖν τῶν ἱερῶν πρῶτον τὰς οὐσίας δημοσιώσας ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἀφείλετο ἐξαπιναίως τὰ χρήματα πάντα.

ἐξ οὗ

ſociis ac fœderatis, quod opportuno loco apertè dixiſſe mihi videor. Eo fermè tempore, quo ſeditiones & bella in Romanorum perniciem excitauit, vt omnibus Prouinciis diuerſis artibus humano ſanguine completis, opimiora ſpolia reportaret, alias ita excogitauit ſubditorum clades. Sunt in vniuerſo Romano Imperio complures Chriſtianorum ſectæ minimè probatæ, quas Hæreſes vulgò dicunt, Montaniſtarum, Sabbatianorum, aliorúmque complurium, quæ mentes hominum tranſuerſas agunt. Hos omnes priori ſententia decedere iuſſit, (Vide Notas.) proteruis tum alia minatus, tum & ne liberis, aut propinquis bona relinquerent interdicens. In horum, quos vocant, Hæreticorum phanis, ac iis præſertim, in quibus Arij ſecta celebraretur, opes recondebantur planè ſuprà quàm credibile cuiquam ſit. Neque enim Senatus vniuerſus, aut alia Romani præcipua pars Imperij de diuitiis cum his delubris conferri poteſt. Nam iis omnibus erat ſacra ſupellex ex auro, argentóque, pretioſis lapidibus omni opulentia & copia maior; domus & pagi refertiſſima; poſſeſſiones vbique gentium, & ſi quid aliud eſt mortalibus opum genus; vtpote quibus nemo Principum aliquando moleſtiam intuliſſet. Quin & multis (Vide Notas.) rectæ ſententiæ hominibus per occaſionem artis & inſtituti neceſſaria ad vitam inde ſuppeditata ſunt. Horum ergo templorum publicata bona prædæ fuerunt Iuſtiano Auguſto.

 Exinde

Exinde vitæ vſus quamplurimis præcluſus. Huc atque illuc palantes alij obuium quemque patriam cogebant mutare ſententiam. Id homines agreſtes impium rati, ſuadentibus hæc ſeſe opponere deliberant; ſed à ſeditionum popularibus paſſim mactati, alij ſuperſtitioſâ & inſanâ religione ſibi manus intulerunt; pars occupatâ fugâ patrio ſolo ſeſe populatim eiecit: qui erant in Phrygia Montani ſectatores, templis in quæ ſe coëgerant, occluſis atque ſuccenſis, vnà cum iis temerè conflagrarunt. Atque ex hoc tempore vbique in Romano Imperio fugæ, cædéſque. Lege hac latâ etiam in Samaritas ingens Palæſtinam tumultus peruaſit. Qui ergo vel Cæſareæ apud nos erant, vel in vrbibus aliis, indignum rati ſi pro inſano dogmate ſubirent incommoda, Chriſtianorũ nomine, quod in promptu erat, cum ſuo permutato, hac ſpecie legis diſcrimen euitarunt; etſi quibus mens erat bona, ij à fidelium ſententia non abhorruerint. Verùm pars maior indignè ferentes, quod præter voluntatem lege coacti eſſent auitam religionem deſerere, illicò ad Manichæos, & quos vocant Polytheos, defecerunt. At Agreſtes agmine facto in Cæſarem arripiunt arma, deſignatóque ſibi Imperatore Sabari filio Iuliano prædone, manus cum milite conſerunt; pugnatúmque Marte aliquandiu incerto eſt: demum prælio victi cum Iuliano duce cõtrucidati ſunt, deletis, vt

δὲ οὐ τοῖς πολλοῖς ἀποκεκλεῖσθαι τὸ λοιπὸν τοῦ βίου συνέβη. πολλοὶ δὲ εὐθὺς πανταχόσε περιιόντες δόξης τῆς πατρίου τοὺς περιπίπτοντας ἠνάγκαζον μεταβάλλεσθαι. ἅπερ ἐπεὶ ἀνθρώποις ἀγροίκοις οὐχ ὅσια ἔδοξεν εἶναι τοῖς ταῦτα ἐπαγγέλλουσιν ἀντιστατεῖν ἅπαντες ἔγνωσαν. πολλοὶ μὲν οὖν πρὸς τῶν στασιωτῶν διεφθείροντο. πολλοὶ δὲ καὶ σφᾶς αὐτοὺς διεχρήσαντο εὐσεβεῖν μάλιστα ὑπὸ ἀβελτερίας οἰόμενοι, καὶ αὐτῶν ὁ μὲν πλεῖστος ὅμιλος γῆς τῆς πατρῴας ἐξιστάμενοι ἔφευγον. μοντανοὶ δὲ οἱ ἐν φρυγίᾳ κατῳκημένοι, σφᾶς αὐτοὺς ἐν ἱεροῖς τοῖς σφετέροις καθείρξαντες τούτους τε τοὺς νεὼς αὐτίκα ἐμπρήσαντες, ξυνδιεφθάρησαν οὐδενὶ λόγῳ. πᾶσά τε ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ ῥωμαίων ἀρχὴ φόνου τε ἦν καὶ φυγῆς ἔμπλεως. νόμου δὲ τοῦ τοιούτου καὶ ἀμφὶ τοὺς Σαμαρείτας αὐτίκα τεθέντος, ταραχὴ ἄκριτος τὴν παλαιστίνην κατέλαβεν. ὅσοι μὲν οὖν ἔν τε καισαρείᾳ τῇ ἐμῇ, κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ᾤκουν, παρὰ φαῦλον ἡγησάμενοι κακοπάθειάν τινα ὑπὲρ ἀνοήτου φέρεσθαι δόγματος, ὄνομα χριστιανῶν τοῦ σφίσι παρόντος ἀνταλλαξάμενοι τῷ προσχήματι τούτῳ τὸν ἐκ τοῦ νόμου ἀποσείσασθαι κίνδυνον ἴσχυσαν. καὶ αὐτῶν ὅσοις μέν τι λογισμοῦ καὶ ἐπιεικείας μετῆν, πιστοὶ εἶναι τὰ ἐς δόξαν τήνδε οὐδαμῆ ἀπηξίουν. οἱ μέντοι πλεῖστοι ὥσπερ ἀγανακτοῦντες, ὅτι δὴ οὐχ ἑκούσιοι, ἀλλὰ τῷ νόμῳ ἠναγκασμένοι δόγμα τὸ πάτριον μετεβάλλοντο, αὐτίκα δὴ μάλα ἐπί τε μανιχαίους, καὶ τοὺς καλουμένους πολυθέους ἀπέκλιναν. οἱ δὲ γεωργοὶ ξύμπαντες ἀθρόοι γενόμενοι ὅπλα ἀνταίρειν βασιλεῖ ἔγνωσαν, βασιλέα σφίσι τινὰ λῃστῶν προβεβλημένοι, ἰουλιανὸν ὄνομα, Σαβάρου υἱόν. καὶ χρόνον μέν τινα τοῖς στρατιώταις ἐς χεῖρας ἐλθόντες, ἀντεῖχον. ἔπειτα δὲ ἡσσηθέντες τῇ μάχῃ διεφθάρησαν ξὺν τῷ ἡγεμόνι.

καὶ λέγον

καὶ λέγονται) μυριάδες ἀνθρώπων δέκα ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπολωλέναι. καὶ χώρα ἡ πάσης γῆς ἀγαθὴ μάλιστα ἔρημος γεωργῶν ἀπ' αὐτοῦ γέγονε. τοῖς τε τῶν χωρίων κυρίοις Χριστιανοῖς οὖσι, τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐς μέγα κακὸν ἐτελεύτησεν. ἀναγκαῖον γὰρ γέγονε σφίσιν οὐδὲν ἐνθένδε μετακομιζομένοις, φόρον τὸν ἐπέτειον ἀδρόν τινα ὄντα ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα βασιλεῖ φέρειν. ἐπεὶ οὐδεμία φειδὼ ἢ τοῦ ἔργου τούτου ἐντροπὴ γέγονεν. ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας καλουμένους τὴν δίωξιν ἦγεν αἰκιζόμενός τε τὰ σώματα, καὶ τὰ χρήματα ληϊζόμενος. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ὅσοι τοῦ Χριστιανῶν ὀνόματος δῆθεν μεταλαχεῖν ἔγνωσαν τῷ * τὰ παρόντα σφίσιν ἐκκρούοντες, οὗτοι δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς καὶ θυσίαις, καὶ ἄλλοις οὐχ ὁσίοις ἔργοις ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἡλίσκοντο. τὰ γὰρ ἀμφὶ τοὺς Χριστιανοὺς εἰργασμένα ἐν τοῖς ὄπισθέν μοι λόγοις λελέξεται). μετὰ δὲ καὶ τὸ παιδεραστεῖν νόμῳ ἀπεῖργεν, οὐ τὰ μετὰ τὸν νόμον διερευνώμενος, ἀλλὰ τοὺς πάλαι ποτὲ ταύτῃ δὴ τῇ νόσῳ ἁλόντας. ἐγίνετό τε ἡ ἐς αὐτοὺς ἀποστροφὴ οὐδενὶ κόσμῳ. ἐπεὶ καὶ κατηγόρου χωρὶς ἐπράσσετο ἡ ἐς αὐτοὺς πίστις, ἑνός τε ἀνδρὸς, ἢ παιδὸς λόγος, καὶ τούτου δούλου ἂν οὕτω τύχοι, καὶ ἀκουσίως μαρτυρεῖν ἐπὶ τὸν κεκτημένον ἀναγκασθέντος, ἔδοξεν εἶναι ἀκριβὴς ἔλεγχος. τούς τε οὕτως ἁλισκομένους, τὰ αἰδοῖα περιῃρημένους ἐπόμπευον. οὐκ ἐς πάντας μέντοι τὸ κακὸν κατ' ἀρχὰς ἤγετο. ἀλλ' ὅσοι ἢ πράσινοι εἶναι, ἢ μεγάλα περιβεβλῆσθαι χρήματα ἔδοξαν, ἢ ἄλλό τι προσκεκρουκότες ἐτύγχανον. καὶ μὴν καὶ τοὺς μετεωρολόγους χαλεπῶς εἶχον. διὸ δὴ αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τοῖς κλέπταις τεταγμένη ἀρχὴ ᾐκίζετό τε ἀπ' οὐδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας,

καὶ ξαίνουσα

vt ferunt, eo conflictu centenis hominum millibus. Agris verò omnium longè feracissimis à cultoribus iam tum destitutis, magnam acceperunt ex ea re iacturam Christiani possessores, quibus opus fuerit nullis terræ bonis repositis, annuum Imperatori vectigal, & quidem insigne singulis quibusque pendere annis; exactione nullo humanitatis modo imperata. Hoc facto, iam in Gentiles sæuitiam conuertit, quà cæsis corporibus, quà fortunis direptis; quorum qui nomina Christo dederunt, vtpote qui per speciem malorúmque vitandorum id causâ fecissent, tandem inter libamina, & sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt. Quæ verò in Christianos ipsos commisit, infrà dicturi sumus. Post hæc turpes puerorum amores lege vetuit; non à lege lata, sed iam diu antea ea labe notatos iudicio arcessens, nullo prorsus decoro in eos facta animaduersione. Hos nemine quęstionem ferente mulctauit vnico teste viro, vel puero, eóque sæpenumero seruo, etiam inuito, & in dominum coacto dicere testimonium; sic enim de causa videbatur liquere. Cuius criminis qui rei agerentur, pudendis truncati publicè ludibrio erant; licèt initio non omnibus hæc seueritas, sed iis adhiberetur qui vel Prasinæ factioni studerent, vel magnis copiis affluentes celebrarentur, vel essent apud Principem in offensa. Astrologos iniquo patiebatur animo; hos namque qui latrociniis vindicandis præerat Magistratus, alioqui senes,

& bonæ

& bonæ frugi homines, Camelis per vniuersam Vrbem infami sanè spectaculo vexit, cæcidítque humeris, hoc illis obiecto dũtaxat, quod astrorum scientiæ periti, ea in vrbe degerent. Quare frequens hominum multitudo non ad Barbaros dilabebatur modò, sed ad longè dissitas ab orbe Romano nationes. In singulis quibusque Prouinciis ac ciuitatibus plerosque vidisses conuenas, qui latendi causâ in alienas vrbes vltrò commigrassent, patriâ quasi post hostilem deuastationem desertâ. Qui ergo Byzantij, vel aliis in vrbibus opulentiores è Senatoribus essent, sic à Iustiniano ac Theodora de bonis omnibus deturbati sunt; Senatores verò vt ab iisdem emungi fortunis potuerint, iam dico. Zeno Anthemij nepos eius qui pridem in Occidente imperium obtinuerat, Byzantij tum erat; hunc de industria designatum Ægypti Præsidem in Prouinciam dimiserunt. Nauigio iam pretiosissimis opibus onusto, discessum ille ducebat in dies, immanémque argenti vim, aurea vasa gemmis, smaragdis, magníque pretij lapillis distincta in nauim conuexerat. Illi persuadent nonnullis, qui Zenoni haberentur fidissimi, vt auro quamprimùm egesto, ignem in imam nauim iniiciant; Zenoni verò nuncient, casu conceptâ flammâ in nauigio opes periisse. Non ita multo pòst Zeno repentè

καὶ ξαίνουσα κατὰ νώτου πολλοὺς ἐπὶ καμήλων φερομένους ἐπόμπευον ἅπασαν τὴν πόλιν γέροντάς τε καὶ ἄλλως ἐπιεικεῖς ὄντας, ἄλλο αὐτοῖς ἐπικαλεῖν οὐδὲν ἔχουσα, πλήν γε δὴ ὅτι σοφοὶ τὰ περὶ τοὺς ἀστέρας ἐν τούτῳ χώρῳ ἐβούλοντο εἶναι. ἔφευγον τοίνυν ἀνθρώπων διηνεκὴς ὅμιλος πολύς, οὐκ ἐς βαρβάρους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς μακρὰν ᾠκισμένους ῥωμαίους. ἦν τε ἰδεῖν ἐν χώρᾳ τε ἀεὶ καὶ πόλει ἑκάστῃ, τοὺς πλείστους ξένους. τοῦ γὰρ διαλαθεῖν ἕνεκα, γῆς τῆς πατρῴας τὴν ἀλλοτρίαν ἠλλάξαντο εὐπετῶς ἕκαστοι, ὥσπερ τῆς πατρίδος αὐτοῖς ὑπὸ πολεμίων ἁλούσης. τὸν μὲν οὖν πλοῦτον τῶν εὐδαιμόνων εἶναι δοκούντων ἐν βυζαντίῳ καὶ πόλει ἑκάστῃ, μετά γε τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς τρόποις οἷσπερ εἴρηται ἰουστινιανός τε, καὶ θεοδώρα ληϊσάμενοι ἔσχον. ὅπως δὲ καὶ τοὺς ἐκ βουλῆς ἀφαιρεῖσθαι τὰ χρήματα πάντα ἴσχυσαν αὐτίκα δηλώσω. ἦν τις ἐν βυζαντίῳ ζήνων ὄνομα, ἐκείνου ἀνθεμίου υἱωνός, ὅσπερ ἐν τῇ ἑσπερίᾳ τὴν βασιλείαν τὰ πρότερα ἔσχεν. τοῦτον δὴ ἐξεπίτηδες ἄρχοντα ἐπ' αἰγύπτου καταστησάμενοι ἔστελλον. ἀλλ' ὁ μὲν χρημάτων τὸ πλοῖον τῶν τιμιωτάτων ἐμπλησάμενος, τὰ ἐς τὴν ἀναγωγὴν διετείνετο. ἦσαν γὰρ αὐτῷ σταθμός τε ἀργύρου ἀναρίθμητος, καὶ χρυσώματα μαργάροις τε, καὶ σμαράγδοις καλλωπισθέντα, καὶ λίθοις ἄλλοις τοιούτοις ἐντίμοις. οἱ δὲ τινὰς ἀναπείσαντες τῶν οἱ πιστοτάτων εἶναι δοκούντων, τὰ μὲν χρήματα ἐνθένδε ὅτι τάχιστα ἐκφορήσαντες, πῦρ δὲ ἐν κοίλῃ νηῒ ἐμβεβλημένοι τῷ ζήνωνι ἀπαγγέλλειν ἐκέλευον ἀπὸ ταὐτομάτου τήν τε φλόγα ἐν τῷ πλοίῳ ξυνηνέχθαι, καὶ διολωλέναι τὰ χρήματα. χρόνῳ δὲ ὕστερον ζήνων, μὲν

μὲν ἐξαπιναίως ἀπογενέσθαι ξυνέπεσεν, αὐτοὶ δὲ κύριοι τῆς οὐσίας εὐθὺς ἅτε κληρονόμοι γεγόνασι. διαθήκην γάρ τινες προὔφερον ἥνπερ, οὐ παρ' ἐκείνου ξυγκεῖσθαι διατεθρύλληται. καὶ τατιανοῦ τε καὶ δημοσθένους, καὶ τῆς ἱλαρᾶς τρόπῳ τῷ ὁμοίῳ σφᾶς αὐτοὺς κληρονόμους πεποίηνται. οἵπερ τά τε ἄλλα, καὶ τὸ ἀξίωμα πρῶτοι ἔν γε ῥωμαίων τῇ βουλῇ ἦσαν. τινῶν δὲ οὐ διαθήκας, ἀλλ' ἐπιστολὰς διεσκευασμένοι, τὴν οὐσίαν ἔσχον. οὕτω γὰρ διονυσίου τε κληρονόμοι γεγόνασιν, ὃς ἐν λιβάνῳ ᾤκει, καὶ ἰωάννης τοῦ βασιλείου παιδὸς ὃς ἐπιφανέστατος μὲν ἐδεσσηνῶν ἐγεγόνει πάντων. βίᾳ δὲ πρὸς βελισαρίου ἐν ὁμήρων λόγῳ ἐνδέδοται τοῖς πέρσαις, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. τοῦτον γὰρ τὸν ἰωάννην ὁ μὲν χοσρόης οὐκέτι ἠφίει, ἐπικαλῶν ῥωμαίοις ἠλογηκέναι τὰ ξυγκείμενα πάντα, ἐφ' οἷς αὐτῷ πρὸς βελισαρίου δοθεὶς ἐτύγχανεν, ἀποδίδοσθαι μέντοι ἅτε δορυάλωτον γεγονότα ἠξίου. ἡ δὲ τοῦ ἀνδρὸς μάμμη, περιοῦσα γὰρ ἐτύγχανεν ἔτι τὰ λύτρα παρεχομένη οὐχ ἧσσον ἢ δισχιλίας λίτρας ἀργύρου τὸν υἱωνὸν ὠνήσεσθαι ἐπίδοξος ἦν. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ λύτρα ταῦτα ἐς δάρας ἦλθε, μαθὼν ὁ βασιλεὺς τὸ συμβόλαιον, γενέσθαι οὐκ εἴα, ὡς μὴ ἐς τοὺς βαρβάρους εἰπὼν ὁ ῥωμαίων κομίζηται πλοῦτος. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τῷ μὲν ἰωάννῃ νοσήσαντι ξυνέβη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. ὁ δὲ τὴν πόλιν ἐπιτροπεύων ἐπιστολὴν ἀναπλάσας τινὰ, ἔφη πρὸς αὐτὸν ἅτε φίλον οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν τὸν ἰωάννην γράψαι ὡς οἱ αὐτῷ βουλομένῳ εἴη εἰς τὸν βασιλέα τὴν οὐσίαν ἐλθεῖν. πάντων δὲ τῶν ἄλλων τὰ ὀνόματα καταλέγειν οὐκ ἂν δυναίμην ὧνπερ αὐτόματοι κληρονόμοι γεγένηνται.

ἀλλὰ

repentè vita conceſſit; illi ſtatim bonorum poſſeſſionem quaſi hæredes adeunt productis tabulis, quas ab eo minimè confectas fama erat. Hac eadem arte Tatiani ſe factitarunt hæredes, Demoſthenis item ac Hilaræ, qui tum rebus aliis, tum dignitate primas tenerent in Senatu Romano. Aliorum non tabulis, ſed confictis epiſtolis ſubſtantias inuaſerunt, ſic hæredes ipſi Dionyſij eius qui degebat ad Libanum; & Ioannis Baſilij filij, Edeſſenorum omnium præclariſſimi, qui, vt aliis libris narraui, à Beliſario Perſis datus eſt obſes inuitus. Certè Choſroës cauſatus neglectas à Romanis conditiones, quibus Ioannem Beliſarius vadem dederat, illum negabat reddendum, niſi qua lege captiui ſolent. Quare Ioannis Auia etiam tum ſuperſtes bis mille argenti pondo redimendo nepoti perſolutura credebatur. Pretium id Daram conuectum vbi Cæſar accepit, paciſci cum Barbaris vetuit, ne ad eos, inquit, veniant Romanorum opes. Inter hæc Ioannes morbo languit, periitque; tum Daræ Præfectus Ioannis ad ſe velut amicum nuperam ſimulat epiſtolam, qua Principem & ſuæ ſubſtantiæ hæredem ſcriberet, & eam ſibi eſſe mentem extremam. Sed planè difficile memoratu eſt, quot hominum ſeſe vltroneos hæredes inſtituerint.

Nam

Nam antequam seditio existeret, Victoriatorum diuitum sibi bona singulatim legerunt; at vbi illi erupêre, tum enimverò omnium ferè ordinis Senatorij aceruatim facultatibus publicatis, ex iis totam supellectilem, & optima quæque prædiorum pro arbitratu occuparunt; decumana verò quæ grauissimis tributis soluendis obnoxia essent, quadam humanitatis specie reddiderunt possessoribus; qui cùm à vectigalium collectoribus vrgerentur, & perpetuò æris alieni fœnore opprimerentur, inuiti, retardata morte, vitam trahebant. Quamobrem & mihi, & mei ordinis plerisque hi nunquam homines visi sunt, sed perniciosi Dæmones, & funestæ hominum pestes, qui in commune consuluerint, vt omnes hominum nationes, atque negotia facilè, citóque perditum irent, eóque humanas induti formas, quasi semihomines furiæ, sic vniuersum terrarum orbem conuulserint. Id & aliunde coniicere est, & scelerum immanitate, qua longè multúmque superant Dæmones mortalium conatus. Nam multi licèt prioribus sæculis extiterint homines vel natura, vel euentu præter modum formidabiles, qui vrbes, prouincias, nonnullásque regiones pessumdederint; nullus tamen, vt isti, funditus hominum genus, atque vniuersum terrarũ orbem quiuit euertere. In quorum sanè consiliis ministram se præbuit fortuna ad mortalium perniciem; quandoquidem sub id tempus, vt statim narrabo, & terræ motibus, & pestilentiis, & flu

ἀλλὰ μέχρι μὲν οὖν ἡ τοῦ νίκα καλουμένη στάσις ἐγένετο, κατὰ μίαν διαλέγεσθαι τὰς τῶν εὐδαιμόνων οὐσίας ἠξίουν, ἐπεὶ δὲ ταύτην, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, γενέσθαι ξυνέβη, τότε δὴ ἀθρόας εἰπεῖν σχεδόν τι ἁπάντων τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς τὰς οὐσίας δημοσιωσάμενοι, τὰ μὲν ἔπιπλα πάντα, καὶ τῶν χωρίων ὅσα κάλλιστα ἦν ᾗπερ ἐβούλοντο διεχείρησαν. ἀπολεξάμενοι δὲ τὰ φόρου πικροῦ τε καὶ βαρυτάτου ὑποτελῆ ὄντα, φιλανθρωπίας προσχήματι τοῖς πάλαι κεκτημένοις ἀπέδοντο. διὸ δὴ πρός τε τῶν φορολόγων ἀγχόμενοι, καὶ ἀποκναιόμενοι τόκοις ὀφλημάτων ἀειρρύτοις τισὶ δυσθανατοῦντες, ἀκούσιοι διεβίωσαν. διὸ δὴ ἐμοί τε καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν οὐδεπώποτε ἔδοξαν οὗτοι ἄνθρωποι εἶναι, ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοι τινὲς, καὶ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι βροτολοιγοὶ ἤστην. οἳ δὴ ἐπὶ κοινῆς βουλευσάμενοι ὅπως ἅπαντα τὰ ἀνθρώπεια γένη τε, καὶ ἔργα ὡς ῥᾷστα, καὶ τάχιστα διαφθείρειν ἱκανοὶ εἶεν, ἀνθρώπειόν τε ἠμπέσχοντο σῶμα, καὶ ἀνθρωποδαίμονες γεγενημένοι τῷ τρόπῳ τούτῳ ξύμπασαν τὴν οἰκουμένην κατέσεισαν. τεκμηριώσαι δ' ἄν τις τοῦτο πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ τῇ τῶν πεπραγμένων δυνάμει. τὰ γὰρ δαιμόνια τῶν ἀνθρωπείων ξυμβαίνει πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι διακεκεῖσθαι. πολλῶν ἀμέλει γεγονότων ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἀνθρώπων, τύχῃ, ἢ φύσει φοβερῶν ἐς τὰ μάλιστα, οἳ μὲν πόλεις, οἳ δὲ χώρας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο καθ' αὑτοὺς ἔσφηλαν. ὄλεθρον δὲ ξυμπάντων ἀνθρώπων ξυμφοράς τε γῆς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης οὐδεὶς ὅτι μὴ οὗτοι ἄνθρωποι ἐργάζεσθαι ἱκανῶς ἔσχον. ὧν δὴ καὶ ἡ τύχη ὑπουργεῖ τῇ γνώμῃ ξυγκατεργαζομένη τὴν ἀνθρώπων διαφθοράν. σεισμοῖς τε γὰρ καὶ λοιμοῖς, καὶ ὕδα

καὶ ὑδάτων ποταμῶν ἐπιρροαῖς, ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον τὰ πλεῖστα διολωλέναι τετύχηκεν, ὥς μοι αὐτίκα λελέξεται. οὕτως οὐκ ἀνθρωπείῳ, ἀλλ' ἑτέρῳ θείῳ τὰ δεινὰ ἔπρασσον. λέγουσι δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα φάναι τῶν ἐπιτηδείων τισὶν, ὡς οὐ Σαββατίου τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς, οὐδὲ ἀνθρώπων τινὸς υἱὸς εἴη. ἡνίκα γὰρ αὐτὸν κύειν ἔμελλεν, ἐπιφοιτᾶν αὐτῇ δαιμόνιον οὐχ ὁρώμενον, ἀλλ' αἴσθησίν τινα ὅτι δὴ πάρεστιν αὐτῇ παρεχὸν, ἅτε ἄνδρα γυναικὶ πλησιάσαντα, καθάπερ ἐν ὀνείρῳ ἀφανισθῆναι. τινὲς δὲ τῶν αὐτῷ παρόντων τε πόῤῥω που τῶν νυκτῶν, καὶ ξυγγινομένων ἐν παλατίῳ δηλονότι, οἷσπερ ἐν καθαρῷ ἡ ψυχὴ εἴη, φάντασμά τε θεάσασθαι δαιμόνιον ἀήθες σφίσιν ἀντ' αὐτοῦ ἔδοξαν. ὁ μὲν γὰρ ἔφασκεν ἄφνω μὲν αὐτὸν θρόνου τοῦ βασιλείου ἐξαναστάντα, περιπάτους ἐνταῦθα ποιεῖν. συχνὸν γὰρ καθῆσθαι οὐδαμῆ εἴθιστο. τῆς δὲ κεφαλῆς ἐν τῷ παραυτίκα τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἀφανισθείσης, τὸ ἄλλο οἱ σῶμα τούτους δὴ τοὺς διαύλους ποιεῖν δοκεῖν. αὐτόν τε ἅτε οἱ τῶν περὶ τὴν θέαν ὡς ἥκιστα ὑγιαινόντων ἀσχάλλοντα, καὶ διαπορευόμενον ἐπὶ πλεῖστον ἑστάναι. ὕστερον μέντοι τῆς κεφαλῆς τῷ σώματι ἐπανηκούσης τὰ τέως λειπόμενα οἴεσθαι παρὰ δόξαν ἀναπιμπλάναι. ἄνθρωπος δὲ παρεστάναι οἱ καθημένῳ, ἔφη. ἐκ δὲ τοῦ αἰφνιδίου τὸ πρόσωπον οἱ κρέατι ἀσήμῳ ἰδεῖν ἐμφερὲς γεγονός. οὔτε γὰρ ὀφρῦς, οὔτε ὀφθαλμοὺς ἐπὶ χώρας τὰς αὐτῶν ὄντας, οὔτε ἄλλο ὁτιοῦν τὸ παράπαν ἔφερε γνώρισμα. χρόνου μέντοι αὐτῷ τὸ σχῆμα τῆς ὄψεως ἐπανῆκον ἰδεῖν. ταῦτα οὐκ αὐτὸς θεασάμενος γράφω, ἀλλὰ τῶν τότε θεάσασθαι ἰσχυριζομένων ἀκούσας. λέγουσι δὲ καὶ μοναχόν τινα τῷ θεῷ ἐς τὰ μάλιστα φίλον πρὸς τῶν αὐτῷ γῆν τὴν ἔρημον

ξυνοι

& fluminum eluuionibus tot acciderunt vastationes, vt illa etiam ab his non humana vi facta videantur. Certè Iustiniani matrem nonnullis ex necessariis narrasse ferunt, hunc non Sabbatij coniugis, aut hominum cuiuspiam esse sobolem; sed eo grauida antequam esset, quandam Genij speciem ad se ventitasse, quæ non ad visum, sed ad contactum se præberet, accubarétque sibi, & quasi maritus se coniugem iniret, denique veluti per insomnium euanesceret. Quidam à cubiculis, quibus purior esset animus, dum nocte concubia Iustiniano præstò erant, sibi visi sunt insolentem pro illo Genij laruam videre. Ex his alter affirmabat, repentè Iustinianum regia sella excitum obambulatum ire (nam considere diutiùs nunquam consueuerat) tum capite illi subitò in auras resoluto, reliquo corpore illas conficere deambulationes; se verò ea re stupente, hærentéque diu, & suis tanquam infirmis, & minimè ad visum fidelibus oculis succensente, tandem inopinatò ad corporis compagem caput rediisse. Alter adstare se Iustiniano sedenti commemorabat, cui facies illicò in carnem vertebatur informem, nullis superciliorum, nullis oculorum extantibus suo loco vestigiis, nulla denique vera imagine; nec diu pòst quædam submitti simulacra vultus conspexisse. Scribo non quę ego viderim, sed quæ vidisse se alij mihi seriò affirmarint. Illud quoque narrant, Monachum Deo insigniter gratum, persuasum ab his, qui secum idem colerent

H solitu

ſolitudinis contubernium, veniſſe Byzantium cauſam acturum gentium finitimarum, quibus per vim ac nefas erant res afflictiſſimæ. Eò vbi peruenit, facilem ad Imperatorem aditũ reperiſſe; ſed vt ad illum penetrandum fuit, è limine actutum retuliſſe pedem, ac retrorſum prima via redeuntem, ab Eunucho admiſſionali, atque adſtantibus magnopere rogatum, vt vltrà ire pergeret; illum veſano ſimilem nihil reſpondentem ad contubernij ſe inde tugurium ſurripuiſſe. Sociis verò facti cauſam quæritantibus, apertè faſſum, in regia Dæmonum principem reſidentem in ſolio vidiſſe, quem nec adire, nec rogare quicquam eſſet animus. Equidem neſcio cui non dirum, & furiale caput is videretur; qui licèt Veneris perditè ſtudioſus, nunquam potus, cibi, vel ſomni ſe expleuerit ſatietate; ſed vtcumque deguſtatis ferculis intempeſta nocte regiam obambularet. De Theodora cùm adhuc erat in ſcena, eius amaſij ferunt, nocturnos lemures in fornicem irrumpentes, inde ſe abegiſſe, vbi multam noctem cum illa traherent. Saltatricula Venetorum Antiochenſium, cui & nomen Macedonia fuit, & magna apud Iuſtinianum autoritas (quippe quem litteris etiam num Iuſtino Principe ad necem optimatum Orientis, & eorumdem proſcriptionẽ bonorum pro ſua libidine facilè impelleret) ex Ægypto & Africa venientem Theodoram ſalutans,

ξυνοικούντων ἀναπεισθέντα σταλῆναι μὲν ἐς βυζάντιον τοῖς ἄγχιστα σφίσιν ᾠκημένοις ἐπαμυνοῦντα, βιαζομένοις τε, καὶ ἀδικουμένοις ἀνύποιστα. ἐνταῦθα δὲ ἀφικόμενον, αὐτίκα εἰσόδου τῆς παρὰ τὸν βασιλέα τυχεῖν. μέλλοντα δὲ εἴσω παρ' αὐτὸν γενέσθαι, ἀμεῖψαι μὲν τὸν ἐκεῖσε οὐδὸν θατέρῳ τὼ πόδε, ἐξαπιναίως δὲ ἀναποδίζοντα, ὀπίσω ἰέναι. εὐνοῦχον μὲν οὖν τὸν εἰσαγωγέα, καὶ τοὺς τῇδε παρόντας πολλὰ τὸν ἄνθρωπον λιπαρεῖν ἐπίπροσθεν βαίνειν. τὸν δὲ οὐδέν τι ἀποκρινάμενον, ἀλλὰ καὶ παραπλῆγι ἐοικότα, ἐς τὸ δωμάτιον, οὗ δὴ κατέλυε γεγονότα, τῶν τε οἱ ἑπομένων ἀναπυνθανομένων ὅτου ἕνεκα ταῦτα ποιοίη, φάναι λέγουσιν αὐτὸν ἄντικρυς, ὡς τῶν δαιμόνων τὸν ἄρχοντα ἐν τῷ παλατίῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον ἴδοι. ᾧ δὴ ξυγγενέσθαι, ἤ τι παρ' αὐτοῦ αἰτεῖσθαι, οὐκ ἂν ἀξιοίη. πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ὅδε ὁ ἀνὴρ δαίμων τις ἀλιτήριος εἶναι, ὅς γε ποτοῦ, ἢ σιτίων, καὶ ὕπνου εἰς κόρον οὐδέποτε ἦλθε. ἀλλ' ἀμωσγέπως τῶν παρατεθέντων ἀπογευσάμενος, ἀωρὶ νύκτωρ περιήρχετο τὰ βασίλεια, καίπερ ἐς τὰ ἀφροδίσια δαιμονίως ἐσπουδακώς. λέγουσι δὲ καὶ τῶν θεοδώρας ἐραστῶν τινὲς ἡνίκα ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἦν, νύκτωρ τι αὐτοῖς ἐπισκῆψαν δαιμόνιον, ἐξελάσαι τοῦ δωματίου, ἵνα δὴ σὺν αὐτῇ ἐνυκτέρευον. ὀρχηστρὶς δέ τις μακεδονία ὄνομα ἐγεγόνει τοῖς ἐν ἀντιοχεῦσι βενέτοις, δύναμιν περιβεβλημένη πολλήν. γράμματα γὰρ ἰουστινιανῷ γράφουσα ἔτι ἰουστινιανοῦ διοικουμένου τὴν βασιλείαν, οὓς ἂν βούλοιτο τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις λογίμων ἀνῄρει οὐδενὶ πόνῳ. καὶ αὐτῶν τὰ χρήματα ἐποίει ἀνάγραπτα ἐς τὸ δημόσιον γίνεσθαι. ταύτην τὴν μακεδονίαν φασὶν ἐξ αἰγύπτου τε, καὶ λιβύης πάλι ἥκουσαν τὴν θεοδώραν

ἀσπαζ

ἀσπαζομένην. ἐπειδὴ λίαν δυσφορουμένην τε αὐτὴν, καὶ ἀσχάλλουσαν οἶδεν, οἷς δὴ περιύβριστό τε πρὸς τοῦ ἐκηβολίου, καὶ χρήματα οἱ ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ ἀπολωλέναι. ἀλλὰ παρηγορεῖν τε, καὶ παραθαρσύνειν τὴν ἄνθρωπον. ἅτε τῆς τύχης οἵας τε οὔσης, καὶ αὖθις αὐτῇ χορηγοῦ γενέσθαι χρημάτων μεγάλων. τότε λέγουσι τὴν θεοδώραν εἰπεῖν, ὡς καὶ ὄναρ αὐτῇ ἐπισκῆψαν τὴν νύκτα ἐκείνην πλούτου ἕνεκα, μηδεμίαν κελεῦσαι ποιεῖσθαι φροντίδα. ἐπειδὰν γὰρ ἐς βυζάντιον ἵκοιτο, τῷ τῶν δαιμόνων ἄρχοντι ἐς εὐνὴν ἥξειν, τούτῳ τε ἅτε γαμετὴν γυναῖκα ξυνοικήσασθαι μηχανῇ πάσῃ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κυρίαν αὐτὴν πάντων χρημάτων γεγενημένην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω δὴ δόξης τοῖς πλείστοις εἶχεν. ἰουστινιανὸς δὲ τοιοῦτος μὲν τὸ ἄλλο ἦθος οἷος δεδήλωται. ἀπρόσιτον δὲ παρεῖχεν αὐτὸν, καὶ πρᾶον τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδενί τε τῶν πάντων ἀποκεκλεῖσθαι τῆς εἰς αὐτὸν εἰσόδου συνέβαινε, ἀλλὰ καὶ τοῖς οὐκ ἐν κόσμῳ, παρ' αὐτὸν ἑστῶσιν, ἢ φθεγγομένοις, οὐδέποτε χαλεπῶς ἔσχεν. οὐ μέν τοι ἠρυθρία τινὰ τῶν πρὸς αὐτοῦ ἀπολουμένων. οὐ μὴν οὐδὲ ὀργῆς πώποτέ τι, ἢ ἀκροχολίας ὑποφαίνων ἐς τοὺς προσκεκρουκότας ἔνδηλος γέγονεν. ἀλλὰ πρᾶος μὲν τῷ προσώπῳ, καθειμέναις δὲ ταῖς ὀφρύσιν, ὑφειμένῃ δὲ τῇ φωνῇ ἐκέλευε μυριάδας μὲν διαφθαρῆναι μηδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, πόλεις δὲ καθελεῖν, χρήματά τε ἀνάγραπτα ἐς τὸ δημόσιον πάντα ποιεῖσθαι. εἴκασεν ἄν τις ἐκ τοῦδε τοῦ ἤθους προβατίου γνώμην τὸν ἄνθρωπον ἔχειν. ἢν μέντοι τις αὐτὸν ἱλεούμενος τοὺς παραπεπτωκότας ἱκεσίοις λιταῖς παραιτεῖσθαι ἐπειρᾶτο, ἐνταῦθα ἠγριωμένος τε καὶ σεσηρὼς μεσοῦσθαι ἐδόκει. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐπὶ φθόρῳ τῶν κατηκόων.

ſalutans, cùm grauiter mœrentem vidiſſet, & acceptis ab Hecebolio iniuriis, factâque eo in itinere pecuniæ iactura, indignabundam ſolabatur, iubebátque bene ſperare de fortuna, quæ potis eſſet magnas opes illi rurſum elargiri; tum verò dixiſſe Theodoram, quòd quidem ad opes eadem nocte ſe in ſomnis iuſſam, omnem curam deponere; fore enim, vt poſtea quàm Byzantium tenuiſſet, Genij maximi lectum conſcenderet, & artis ope tandem coniungeretur eidem fœdere coniugali, atque exinde ad omnes diuitias emergeret. De his quidem ita ferebat plurimorum opinio. Iuſtinianus verò iis licèt moribus eſſet, omnibus tamen ita ſe præbuit in congreſſu facilem, ac lenem, vt neminem acciderit eius aditu prohiberi, nec vnquã ægrè ipſe tulerit, ſi quis indecorè apud ſe vel ſtaret, vel loqueretur. Nihil commouebatur exitio, quod aliis pararet. In infeſtos nunquã iracundia, nedum ita concitari viſus eſt; ſed fronte placida, demiſſo ſupercilio, ſummiſſa voce imperabat infinitę innoxiorum hominum multudinis internecionem, deuaſtationes vrbium, bonorum publicationes, ex quo quidem habitu manſuetiſſimum hominis ingenium interpretarere. Si quis autem eius implorare clementiam ſupplex niteretur, miſeréque afflictis patrocinari, tum enimverò turbari ac ringere, iraque tumeſcere in ſubditorum caput.

Sacerdotibus in vicinos fidenter sanè peccantibus indulgebat, & finitimorum bona occupantibus gratulabatur, sic ratus aduersus Deum colere pietatem. Si quando huiusmodi causas cognosceret, religionis esse putauit, vt victa causa discederent, qui sacri nomine rem alienam occupassent; in eoque ius statuebat, vt Sacerdotum aduersarij tandem causa caderent. Ipse malè parta aliorum bona siue superessent, siue de vita illi decessissent, templis addixit, vt sic & crimen obtegeret pietate, & nunquam in posterum ad vexatos olim possessores facultates redirent. Quin se infinitis cædibus præpostera hac pietate cruentauit. Illud etiam pugnauit, vt in vnam omnes conuenirent de Christo sententiam; eaque specie religionis aliis vitam violauit, haud esse homicidium ratus, quod in alienæ opinionis populares committeretur. Sic erat semper perdendis populis intentus, vt etiam cum Theodora coniuge ab his comminiscendis occasionibus nunquam desisteret. Nam vt erat maxima vtriusque similitudo cupiditatum, sic etiam morum & improbitatis, licèt palam discordiam simularent, vt subiectos impellerent in exitium. Erat Iustiniano animus puluisculo leuior huc atque illuc facilè trahendus, præterquàm ad humanitatem, vel à turpi compendio abstrahendus. Assentatoribus cum primis patefaciebat aures, quibus facilè fore crederet, vt sublimis aliquando raptus aëra penetraret.

Vide Notas.

Vide Notas.

Tribo

τοῖς τε γὰρ ἱερεῦσιν ἀδεέστερον τοὺς πέλας συνεχῶς βιάζεσθαι, καὶ ληϊζομένοις τὰ τῶν ὁμόρων συνέχαιρεν, εὐσεβεῖν ταύτῃ ἀμφὶ τὸ θεῖον οἰόμενος. δίκας τε τοιαύτας δικάζων τὰ ὅσια ποιεῖν ᾤετο, ἤν τις ἱερῶν λόγῳ τῶν τι οὐ προσηκόντων ἁρπάσας, νενικηκώς τε ἀπιὼν ᾤχετο. τὸ γὰρ δίκαιον ἐν τῷ περιεῖναι τοὺς ἱερέας τῶν ἐναντίων ᾤετο εἶναι. καὶ αὐτὸς δὲ κλώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων, τὰς τῶν περιόντων, ἢ τετελευτηκότων οὐσίας, καὶ ταύτας τῶν τινὶ νεῶν εὐθὺς ἀνατιθεὶς τῷ τῆς εὐσεβείας ἐφιλοτιμεῖτο παραπετάσματι, ὡς μὴ ἐς τοὺς βιασθέντας ἡ τούτων αὖθις ἐπανίει κτῆσις. ἀλλὰ καὶ φόνων ἀριθμὸν ἄκριτον διὰ ταῦτα εἰργάζετο. εἰς μίαν γὰρ ἀμφὶ τῷ Χριστῷ δόξαν ἅπαντας ἐν σπουδῇ ἔχων, λόγῳ οὐδενὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διέφθειρε, καὶ ταῦτα ἐν τῷ τῆς εὐσεβείας προσχήματι πράσσων. οὐ γὰρ οἱ ἐδόκει φόνος ἀνθρώπων εἶναι, ἤν γε μὴ τῆς αὐτοῦ δόξης οἱ τελευτῶντες τύχοιεν ὄντες. οὕτως ἦν καταπεσπουδασμένος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐσαεὶ φθόρος, ἐπινοῶν τε ξὺν τῇ γαμετῇ οὐ πολλάκις ἀνίει τὰς εἰς τοῦτον φερούσας αἰτίας. ἄμφω γὰρ τώδε τὼ ἀνθρώπω τὰς ἐπιθυμίας ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἀδελφὰς εἶχον. οὐ δὲ αὐτοῖς καὶ διαλλάσσειν τὸν τρόπον ξυνέβη. πονηρὸς μὲν ἑκάτερος ἦν. τὰ μέν τοι ἐναντιώτατα ἐνδεικνύμενοι τοὺς ὑπηκόους διέφθειρον. ὁ μὲν γὰρ κονιορτοῦ τὰ ἐς τὴν γνώμην κουφότερος ἦν, ὑποκειμένοις τοῖς ἀεὶ περιάγουσιν, ὅποι πολλάκις δοκεῖ βουλομένοις αὐτὸν, ἤν μὴ τὸ πρᾶγμα ἐς φιλανθρωπίαν, ἢ ἀκέρδειαν ἄγοι. θῶπας τε λόγους ἐνδελεχέστατα προσιέμενος. ἔπειθον γὰρ αὐτὸν οἱ κολακεύοντες οὐδενὶ πόνῳ, ὅτι μετέωρος ἀρθείη, καὶ ἀεροβατοίη.

καὶ πολλ

καί ποτε αὐτῷ παρεδρεύων Τριβωνιανός, ἔφη περιδεὴς ἀτεχνῶς εἶναι μήποτε αὐτὸν ὑπὸ εὐσεβείας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς λάθοι ταῦτα. τούτους δὲ τοὺς ἐπαίνους, ἤτοι σκώμματα ἐν τῷ τῆς διανοίας ἐποιεῖτο βεβαίῳ. ἀλλά του θαυμάσας ἂν οὕτω τύχοι τὴν ἀρετήν. ὀλίγῳ ὕστερον ἅτε πονηρῷ ἐλοιδορεῖτο. καὶ κακίσας τῶν τινὰ ὑπηκόων αὖθις αὐτοῦ ἐπαινέτης ἐγίνετο λόγῳ ἐξ οὐδεμιᾶς μεταβεβλημένος αἰτίας. τὰ γὰρ τῆς γνώμης αὐτῷ ἐξ ἐναντίας ᾔει, ὧν τε αὐτὸς ἔλεγε, καὶ ἐβούλετο ἔνδηλος εἶναι. ὅπως μὲν οὖν ὁ τρόπος αὐτῷ τὰ ἐς φιλίαν τε, καὶ ἔχθος εἶχεν ὑπεῖπον ἤδη, τοῖς τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον εἰργασμένοις τεκμηριώσας. ἐχθρὸς μὲν γὰρ ἀσφαλής τε, καὶ ἄτρεπτος ἦν. ἐς δὲ τοὺς φίλους ἄγαν ἀβέβαιος. ὥστε ἀμέλει τῶν μὲν οἱ ἐσπουδασμένων κατειργάσατο πλείστους. φίλος δὲ τῶν πώποτε μισουμένων οὐδενὶ γέγονεν. οὓς δὲ μάλιστα γνωρίμους, καὶ ἐπιτηδείους ἔδοξεν ἔχειν, τούτους τῇ ὁμοζυγίᾳ, ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν χαριζόμενος, ἀπολουμένους οὐκ ἐς μακρὰν προὔδωκε, καίπερ εὖ εἰδώς, ὅτι δὴ τοῖς ἐς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα τεθνήξονται μόνης. ἄπιστος γὰρ ἐν πᾶσι πλήν γε δὴ τῆς τε ἀπανθρωπίας, καὶ φιλοχρηματίας διαφανῶς ἦν. ταύτης γὰρ αὐτὸν ἀποστῆσαι δυνατὸν οὐδενὶ γέγονεν. ἀλλὰ καὶ ἐς ἃ πείθειν αὐτὸν ἡ γαμετὴ οὐκ εἶχε, χρημάτων αὐτῷ μεγάλων ἐλπίδας ἐκ τοῦ ἔργου ἐσομένων ἐμβαλομένη εἰς τὴν πρᾶξιν ἧπερ ἐβούλετο, οὔπη ἐθελούσιον τὸν ἄνδρα ἐφεῖλκε. κέρδους γὰρ οὐκ εὐπρεποῦς ἕνεκα, καὶ νόμους τιθέναι, καὶ αὖ πάλιν αὐτοὺς καθελκεῖν οὐδαμῆ ἀπηξίου. ἐδίκαζέ τε οὐ κατὰ τοὺς νόμους, οὓς αὐτὸς ἔγραψεν, ἀλλ'

Tribonianus illi aſſidens, vereri ſe vehementer affirmabat, ne ob ſingularem pietatem in cœlum improuisò ſurriperetur. Quam laudem, vel potiùs cauillum apud animum ſic planè ſuum conſtanter habebat. Si cuius aliquando virtutem probaſſet, non dubitauit eundem mox improbum dicere; ac rurſus quemcumque ſubiectorum vituperaſſet, ſtatim oratione commendauit exaggerata; in contrarias ideo ſententias temerè diſcedens, quòd non æquè animo reſponderent quæ affirmaret ipſe, quæue ab aliis vellet intelligi. Cæterùm quemadmodum amore, vel odio moueretur, ex eius potiſſimùm factis coniecisſe, indicaſſéque mihi videor. Nam odia exercuit pertinacia & implacabilia; cum amicis nulla conſtantia. Certè ſui ſtudioſorum longè plurimos necauit; nullius verò quem aliquando odiſſet, rediuit in amicitiam. Qui inter notos, ſibíque perneceſſarios haberentur, hos coniugi, aut cuilibet gratificans, mactandos non multo poſt tradidit, quos ſolo erga ſe beneuolētiæ nomine perituros haud ignoraret. Denique fuit Iuſtinianus nulla in re ſtabilis, præterquàm crudelitate, ſtudióque pecuniæ, à quibus nullus eum cohibere vnquam potuit. Theodora certè coniux ſi quando illū non haberet obſequentē, iniecta ſpe magnarum ex negotiis pecuniarum, tandem inuitū ductabat quo ipſa cumque vellet. Nā non eſt veritus & leges ferre, & quas tuliſſet refigere, dummodo turpi lucro eſſet; neque ad eas quas ſcripſit conſtitutiones exegit iudicia, ſed

ſed ad quas trahebatur pecunias, ſeu luculentiores viſas, ſiue promiſſas muníficentiùs. Nullum admittere ſe dedecus putauit, cùm ſubditorum ſuppilaret facultates, vbi ſimul omnium rapiendarum nulla ſuppeteret cauſa, hoc eſt, agendi criminosè, vel ſuppoſititij teſtamenti obtendendi. Hoc Romanorum Principe, nulla firma de Deo fuit ſententia, vel fides; nullum ſtabile ius; pactio vel res conſtás nulla. Familiares, quibus dediſſet aliquod negotium, ſi hos qui ſibi incidiſſent in manus confertim profligaſſent, & magnam abſtraxiſſent auri vim, hi Cæſari videbantur, erántque probati, vt qui abſolutiſſimè imperata feciſſent; qui verò abſtinuiſſent aliorum iniuriis, in hos poſt reditum odio erat hoſtili, pertæſúſque illorum mores antiquos, & ignauum ingeniũ, haud vocabat in poſterum ad prouincias gerendas; ob idque nonnulli affectarunt apud illum opinionem improbitatis, à qua planè moribus vitáque abhorrerent. Factarum ſæpenumero ſponſionum, & ſacramento vel tabulis confirmatarum, ſtatim obliuionem ſimulauit, quaſi laudem hinc ſibi aliquam compararet, idque non apud ſuos tantùm, ſed, quod ſuprà narrauimus, etiam apud hoſtes. Nunquam amauit otioſum negotium * * cibus, potúſque illi nunquam ad ſatietatem, ſed penè extremis digitis delibatis ferculis, menſam tolli iuſſit; præter operam id eſſe ratus & ex violento naturæ quodam imperio. Quare

ἀλλ' ἔνθα ἂν αὐτὸν μείζων τε ὀφθεῖσα καὶ μεγαλοπρεπεστέρα ἡ τῶν χρημάτων ὑπόσχεσις ἄγοι. καὶ κατὰ μικρὸν γὰρ κλέπτοντι ἀφαιρεῖσθαι τὰς τῶν ὑπηκόων οὐσίας αἰσχύνην αὐτῷ φέρειν τινὰ οὐδαμῆ ᾤετο, ἡνίκα δὴ οὐχ ἁπαξάπαντα ἀφελέσθαι λόγῳ τινὶ εἶχεν, ἢ ἔγκλημα ἐπενεγκὼν ἀπροσδόκητον, ἢ διαθήκης οὐ γεγενημένης προσχήματι. ἔμενέ τε αὐτοῦ Ῥωμαίων ἄρχοντος, οὐ πίστις πρὸς θεὸν ἀσφαλὴς, ἢ δόξα, οὐ νόμος ὀχυρὸς, οὐ πρᾶξις βεβαία, οὐ συμβόλαιον οὐδέν. στελλομένων δὲ πρὸς αὐτοῦ τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινὲς ἐπί τινα πρᾶξιν, εἰ μὲν δὴ αὐτοῖς ἀπολωλεκέναι ξυνέβη τῶν σφίσι προσπεπτωκότων πολλοὺς, καὶ χρημάτων τι ληΐσασθαι πλῆθος, οὗτοι δὴ εὐθὺς εὐδόκιμοι τῷ αὐτοκράτορι ἐδόκουν τε εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι, ἅτε δὴ ἅπαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ ἐπηγγελμένα ἐπιτελέσαντες. εἰ δὲ φειδοῖ τινὶ ἐς ἀνθρώπους χρησάμενοι παρ' αὐτὸν ἵκοιντο, δύσνους τε αὐτοῖς τὸ λοιπὸν, καὶ πολέμιος ἦν. ἀπογνούς τε, ὥσπερ ἀρχαιότροπόν τινα τὴν τῶν ἀνδρῶν φύσιν, ἐς τὴν ὑπουργίαν οὐκέτι ἐκάλει. ὥστε καὶ πολλοὶ ἐν σπουδῇ ἐποιοῦντο ἐνδείκνυσθαι αὐτῷ ὡς πονηροὶ εἶεν. καίπερ σφίσι τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐ ταύτῃ ἐχόντων. ὑποσχόμενος δέ τισι πολλάκις, καὶ ὅρκῳ, ἢ γράμμασι τὴν ὑπόσχεσιν ὀχυρωτέραν πεποιημένος, εὐθὺς ἐθελούσιος ἐς λήθην ἀφίκετο. δόξης τι φέρειν αὐτῷ τὸ ἔργον τοῦτο οἰόμενος. καὶ ταῦτα ἰουστινιανὸς οὐ μόνον ἐς τοὺς ὑπηκόους ἐπράσσετο, ἀλλὰ καὶ ἐς τῶν πολεμίων πολλοὺς, ὥσπερ μοι εἴρηται ἔμπροσθεν. ἦν τε ἄοκνός τε, καὶ ἐπὶ πλεῖστον εἰπεῖν. καὶ σιτίοις μὲν, ἢ ποτῷ κατακορὴς οὐδαμῆ γέγονεν. ἀλλὰ σχεδόν τι ἄκρῳ δακτύλῳ ἀπογευσάμενος, ἀπηλλάσσετο. ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τῆς φύσεως ἀγγαρευομένης τὰ τοιαῦτα ἐφαίνετο εἶναι.

ἐπεὶ

ἐπεὶ καὶ ἀπόσιτος ἡμέρας τε, καὶ νύκτας δύο τὰ πολλὰ ἔμενεν. ἄλλως τε ἡνίκα, ὁ πρὸ τῆς πασχαλίας καλουμένης ἑορτῆς, χρόνος ἐνταῦθα ἄγοι. τότε γὰρ πολλάκις ἡμέραιν δυοῖν ὥσπερ εἴρηται γεγονὼς ἄσιτος, ὕδατί τε βραχεῖ ἀποζῆν ἐπηξίου, καὶ βοτάναις ἀγρίαις τισίν. ὥραν τε αὖ οὕτω καταδαρθὼν μίαν, εἶτα περιπάτοις ἀεὶ ποιούμενος τὸν ἄλλον κατέτριβε χρόνον. καίτοι εἰ τοῦτον αὐτὸν καιρὸν ἐς πράξεις δαπανᾶν ἀγαθὰς ἤθελεν, ἐπὶ μέγα ἄν τι εὐδαιμονίας ἐκεχωρήκει τὰ πράγματα. νῦν δὲ τῇ φύσεως ἰσχύϊ ἐπὶ τῷ ῥωμαίων πονηρῷ χρώμενος, ξύμπασαν αὐτῶν τὴν πολιτείαν ἐς τὸ ἔδαφος καθελεῖν ἴσχυσεν. ἐγρηγορέναι τε γὰρ διηνεκὲς, καὶ ταλαιπωρεῖν, καὶ πονεῖσθαι οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἔργον πεποίητο, ἢ ὥστε κομψοτέρας ἀεὶ καθεκάστην τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτεχνᾶσθαι τὰς συμφοράς. ἦν γὰρ ὅπερ εἴρηται διαφερόντως ὀξὺς ἐπινοῆσαί τε, καὶ ταχὺς ἀποτελέσαι ἀνόσια ἔργα. ὥστε αὐτῷ καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀγαθὰ, ἐπὶ λύμῃ τῶν ὑπηκόων ἀποκεκλεῖσθαι ξυνέβαινε. * πραγμάτων γὰρ ἦν ἀωρία πολλὴ, καὶ τῶν εἰωθότων οὐδὲν ἔμενεν, ὧνπερ μοι ὀλίγων ἐπιμνησθέντι, σιωπῇ δοτέον τὰ λοιπὰ, ὡς μή μοι ὁ λόγος ἀπέραντος εἴη. πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲν ἐς βασιλικὸν ἀξίωμα ἐπιτηδείως ἔχον, οὔτε αὐτὸς εἶχεν, οὔτε ξυμφυλάσσειν ἠξίου, ἀλλὰ τήν τε γλῶτταν, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὴν διάνοιαν ἐβαρβάριζεν, ὅσα τε γράφεσθαι πρὸς αὐτοῦ βούλοιτο, οὐ τῷ τὴν κοιαίστωρος ἔχοντι τιμὴν ἧπερ εἰώθει ἐπέστελλεν οἴεσθαι. ἀλλ' αὐτός τε τὰ πλεῖστα, καίπερ οὕτω τῆς γλώττης ἔχων ἐκφέρειν ἠξίου. * καὶ τῶν παρατυχόντων πολὺς ὅμιλος, ὥστε τοῖς ἐνθένδε ἠδικημένοις, οὐκ ἔχειν ὅτῳ ἐπικαλοῖεν. τοῖς δὲ ἀσηκρῆτις καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκειτο τὸ ἀξίωμα, ἐς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα

Quare sæpe vnum atque alterum diem noctémque cibo abstinuit, presertim eius festi peruigiliis, quod Pascha dicimus, quando biduum breui aqua, & agresti olere victitans, & horam somno indulgens, reliquum tempus continuis terebat deambulationibus. Quod si rebus insumpsisset bene gerẽdis, peruenisset profectò Respublica ad summam felicitatem; nũc verò his naturæ viribus vtebatur ad Romanorum perniciem, illorúmque penitus rem ad terram affligendam; cuius perpetuæ vigiliæ, labores, conatus in eo vertebantur, vt atrocior in dies fieret subditorum calamitas; presertim cùm ad excogitanda scelera, vti monui, peracri esset ingenio, ad patranda festino; sicque illius animi dotes subiectorum pestis euaderent. Nulla rebus agẽdis erat opportunitas, nullum vestigium antiquitatis. Hic verò, ne infinitũ faciam, paucis commemoratis complura preteribo. Principio quidem nihil, quod Imperatoriam deceret Maiestatem vel habuit, vel curauit, ad Barbarorum morem se citiùs comparauit sermone, habitu, ingenio. Quæ sibi scripto respondenda forent, hæc non, vti mos est, Quæstori committebat, sed vt plurimùm sumebat sibi pronuncianda, licèt ei barbarè sonaret oratio. Exinde iam turba frequens compleuit tribunal postulatura quæstionem; sed apud quos Iudices institueret, non habuit. Eorum, qui sunt à secretis etsi antiquissimum munus est Principis arcana

arcana scribere, concessum id tamen illis non fuit; sed ipse cùm reliqua planè omnia scribebat, tum quæ Magistratus municipiorum sententias ferentes decernere oporteret; nulli in orbe Romano libera iuris dicundi potestate permissa. Sibi omnia imprudenti fastu arrogauit, temperauítque sic iudicia, vt alterutro litigatorum audito sententiam diceret, idque iudicatum esse vellet. Hæc non ex æquo aut iure, sed turpi lucro ab eo factitari palàm erat; cùm accipere munera Cæsarem non puderet, cui iam omnem extinxisset pudorem auaritia. Sæpissime factum est, vt quæ Senatus, quæue Cæsar de eadem re decreuissent, in contrarium caderent; nam fuit Senatus inane quoddam simulacrum, penes quem neque sententiæ dicendæ, neque tuendi honesti arbitrium esset: sed consessum impleret ad speciem quandam & ex prisca lege, ac nemini planè mutire liceret; sed ea de quibus consulendum esset, Imperator ac Theodora sibi sumerent, & quæ apud se ipsi statuissent, hæc obtinerent. Si quis verò causam sibi reo adiudicatam esse haud tutum putauit, præmium Imperatori dedit, qui statim legem conditurus esset omnibus iam olim statutis contrariam. Eam verò legem si quis abrogatam repeteret; Cæsar non dedignabatur postliminiò reuocatam restituere. Ita nihil certum & fixum erat, sed ius volubile atque erroneum; & æquitatis lances eò propendere, quò auri grauiore pondere depri

ἀπόῤῥητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτετάχατο. ἀλλὰ τά ἄλλα ἔγραφον αὐτοὶ ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. καὶ εἴπου διατάσσειν τοὺς διαιτῶντας ἐν πόλει δεήσειεν ὅποι ποτὲ αὐτοῖς τὰ ἐς τὴν γνῶσιν ἰτέον εἴη. οὐ γὰρ εἴα τινὰ ἔν γε τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ γνώμῃ αὐτονόμῳ τὰς ψήφους διδόναι. ἀλλὰ αὐθαδιαζόμενος ἀλογίστῳ τινὶ παῤῥησίᾳ, κρίσεις τε αὐτὸς τὰς ἐσομένας ἐρρύθμιζεν ἀκοῆς λόγον πρός τε τῶν διαφερομένων λαβὼν, καὶ αὐτίκα εὐθὺς τὰ δεδοκιμασμένα ἐποίει. οὐ νόμῳ τινὶ, ἢ δικαίῳ ἡγμένος, ἀλλ' ἀπαρακαλύπτως αἰσχροκερδείᾳ ἡσσώμενος. δωροδοκῶν γὰρ ὁ βασιλεὺς οὐκ ᾐσχύνετο πᾶσαν αὐτοῦ τὴν αἰδῶ τῆς ἀπληστίας ἀφελομένης. πολλάκις δὲ τὰ τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, καὶ τῷ αὐτοκράτορι δεδοκιμασμένα, εἰς ἑτέραν τινὰ ἐτελεύτησε κρίσιν. ἡ μὲν γὰρ βουλὴ ὥσπερ ἐν εἰκόνι ἐκάθητο, οὐδὲ τῆς ψήφου, οὐδὲ τοῦ καλοῦ κυρία οὖσα. σχήματος δὲ μόνου, καὶ νόμου ξυνειλεγμένη παλαιοῦ ἕνεκα, ἐπεὶ οὐδὲ φωνὴν ἀφεῖναί τινα ὁτῳοῦν τῶν ἐνταῦθα ξυνειλεγμένων τὸ παράπαν ἐξῆν. ἀλλ' ὅτε βασιλεὺς, καὶ ἡ συνοικος ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον διαλαγχάνειν μὲν ἀλλήλοιν τῶν διαφερομένων ἐσκήπτον, ἐνίκα δὲ τὰ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὑπὲρ τούτων ξυγκείμενα. ἢν δέ τῳ δόξειεν οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι παρανενομηκότι νενικηκέναι. ὁ δὲ καὶ ἄλλο τι χρυσίον τῷ βασιλεῖ τούτῳ προϊέμενος, νόμον εὐθὺς διεπράττετο ἀπεναντίας ἁπάντων ἐλθόντα τῶν πρόσθε κειμένων. ἢν δὲ καί τις ἕτερος τοῦτον δὴ τὸν νόμον τὸν ἀπολωλότα ἐπιζητείη, αὖθις αὐτὸν μεταχαλεῖν τε, καὶ ἀντικαθιστάναι αὐτοκράτωρ οὐδαμῆ ἀπηξίου, οὐδέν τε ἐν τῷ τῆς δυνάμεως βεβαίῳ ἑστήκει, ἀλλ' ἐπλανᾶτο πανταχόσε περιφερομένη ἡ τῆς δίκης ῥοπὴ ὅπη ἂν αὐτὴν βαρήσας ὁ πλείων χρυσὸς ἀνθέλκειν

ἀνθέλκειν ἴσχυοι. ἔκειτό τε ἐν τῷ δημοσίῳ τῆς ἀγορᾶς, ἃ ταῦτα ἐκ παλατίου, καὶ προὐτίθετο οὐ δικαστικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ νομοθετικῆς πολιτείας. τοῖς δὲ ῥαιφερενδαρίοις καλουμένοις, οὐκέτι ἀπέχρη ἀνενεγκεῖν ἐς τὸν βασιλέα τὰς τῶν ἱκετευόντων δεήσεις. ἐς δὲ τὰς ἀρχὰς ἀγγεῖλαι μόνον ᾗπερ εἰώθει, ὅ, τι ἂν αὐτῷ τῷ οἰκέτῃ δοκεῖ, ἀλλὰ ξυμφορήσαντες ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸν ἄδικον λόγον, φενακισμοῖς μὲν τὸν Ἰουστινιανὸν, καὶ παραγωγαῖς τισὶν ἐξηπάτουν. τοῖς ταῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἀποκείμενον φύσει. ἔξω δὲ αὐτίκα γενόμενοι, καὶ τῶν σφίσιν ὡμιληκότων σὺν ἀντιδίκοις καθείρξαντες, χρήματα οὐδενὸς ἀμυνομένου ἐπράσσοντο, ὅσα ἂν αὐτοῖς διαρκῆ εἴη. καὶ στρατιῶται δὲ τὴν ἐν παλατίῳ φρουρὰν ἔχοντες ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ παρὰ τοὺς διαιτητὰς γενόμενοι βιαίᾳ χειρὶ τὰς δίκας ἐσῆγον. πάντες τε ὡς εἰπεῖν τὴν αὐτῶν ἐκλιπόντες τάξιν, ὁδοὺς οὔτε κατ' ἐξουσίαν ἐβάδιζον ἀπόρους τε, καὶ ἀστιβήτους σφίσι τὰ πρότερα οὔσας, καὶ τὰ πράγματα πλημμελῶς πάντα ἐφέρετο, οὐδὲ ὀνόματός τινος ἰδίου μεταλαχόντα. ἐῴκει τε ἡ πολιτεία βασιλίδι παιζόντων παίδων. ἀλλὰ τἄλλα μοι παρίεον, ὥσπερ τοῦδε ἀρχόμενος τοῦ λόγου ὑπεῖπον. λελέξεται δὲ ὅστις ἀνὴρ πρῶτος δικάζοντα δωροδοκεῖν τὸν βασιλέα τοῦτον ἀνέπεισε. λέων ἦν τις, κίλιξ μὲν γένος, ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακώς. οὗτος ὁ λέων κράτιστος ἐγένετο κολάκων ἁπάντων. καὶ οἷος ταῖς τῶν ἀμαθῶν διανοίαις δόξαν ὑποβαλέσθαι. πειθὼ γὰρ οἱ τινὰ ξυναιρομένην ἐς τοῦ τυράννου τὴν ἀβελτηρίαν ἐπὶ φθόρῳ τῶν ἀνθρώπων εἶχεν. οὗτος ἀνὴρ πρῶτος Ἰουστινιανὸν ἀναπείθει ἀπεμπολεῖν χρημάτων τὰς δίκας. ἐπειδή τε κλέπτειν ὅδε ὁ ἀνὴρ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἔγνω,

deprimerentur; idque publicè in forum ex Palatio proferebatur, quà pro Iudicis, quà pro legum latoris cura in Vrbe gerenda numeratum. Referendariis vix erat locus opportunus supplicum libellos Cæsari ministrandi, nedum preces exponendi, vt moris est, vel suam de supplice sententiam aperiendi; qui tamen conquisitis vndique rationibus iniustis, Imperatorem, suapte natura deceptionibus opportunum, in fraudem impellebant; deinde ad litigatores egressi, dissimulatis quæ cum Cæsare egissent, ab his satis commodam pecuniã nullo vindice emungebant. Prætoriani ipsi milites in regia curia conuentis Iudicibus per vim extorquebant iudicia. Ita nullus stabat ordine, sed quacumque liberet per deuia vagabatur: omnia deformata munia, ne integris quidem nominibus; erat Respublica quasi lasciuientium puerorum Regina; sed vt initio statui, mitto iam reliqua. Cæterùm ad quæstuarium hoc genus iudiciorum Imperatorem primus allexit Leo quidam genere Cilix, homo sanè hiantis auaritiæ, & singulare adulatorij dedecoris exemplum, aptissimus occupandis animis atque sententiis imperitorum, & huius Tyranni; quippe cuius fatuitate suadelæ quodam adminiculo vteretur in subditorum perniciem: hic, inquam, Iustiniano pensandis auro iudiciis primus autor. Qui vbi hanc sibi constituit artem rapinarum, nihil

nihil vnquam remisit; sed malo latiùs manante eò peruentum est, vt quisquis in virum probum iniquam obtinere causam cuperet, Leonem adiret, illíque controuersorum bonorum parte ac Cæsari constituta, statim contra ius fásque è regia discederet victa causa. Sic Leo rem pecuniariam amplissimam fecit, & latè patentes agros possedit, publica Romanorum interim præcipitata re. Nulla iam conuentionibus erat vis ex lege, ex data fide, ex syngrapha, ex pœnæ stipulatione, alióue compacto, sed ex pecunia tantùm Leoni, ac Cæsari destinata. Neque id verò solùm apud illum ratum, firmúmque fuit; quin ab aduersariis lucra ligurire studuit; nam vtroque cliente fiduciario emuncto, tandem alterutri nullo dedecore fraudem faciebat; nihil ratus indignum hac ambiguitate fallere, quæ sibi compendio foret. Ita quidem Iustinianus. At Theodora sic erat propenso & obfirmato ad crudelitatem animo, vt nullius vel suasione, vel stimulo aliquando peccarit; sed quæ sibi visa essent, hæc procaci animo, summáque contentione actitaret. Ab ea deposcere sibi reum nemo ausus est; cùm neque temporis diuturnitas, neque suppliciis expleta crudelitas, neque studiosæ preces, neque imminentis iræ cœlestis terror, quicquam posset illius furorem sistere. Nemo planè vidit vnquam Theodoræ inuisum quempiam in antiquam cum ea gratiam ne post mortem quidem rediisse.

Nam

furorem experti ſint. Fuit & Choſroës, vt opportuno loco dixi, vir malo prauóque ingenio; bellorum tamen incendia Iuſtinianus perpetuò excitauit. Nam in rebus agendis nunquam tempori conſulere libuit, omnia intempeſtiuè actitata. Pace, induciíſque manentibus, ſemper in finitimos bellorum offenſiones mente mala captare; indicto bello inconſultè recidere, ſeros propter auaritiam apparatus facere; pro quo ſtudio animum ad ſublimia traducere, Dei naturam curioſiùs perſcrutari; interim neque ab armis diſcedere ob crudelitatem ac tyrannidem; neque hoſtem debellare, à comparandis neceſſariis ſordidè abſtinendo. Ita imperante Iuſtiniano Romanorum, atque omnium ferè Barbarorum cruore vniuerſus terrarum orbis abundè redundauit. Militiæ quidem hæc per totam ferè Romanorum Imperij ditionem hac tempeſtate contigerunt; domi verò non minores quàm belli ſtrages, ſi ab excitatis partibus Byzantij atque in vrbibus aliis patratas enumeremus. Quippe cùm in ſontes non æqua eſſet animaduerſio, quod alterius partis populares magis Cæſari ſtuderent, neutri quieſcerent; ſed hi Principis fauore deſtituti, illi freti, per ſummam vel deſperationem, vel dementiam periclitarentur; nunc facto agmine concurrere inter ſeſe; nunc manipulatim congredi; nunc ſingulari certamine dimicare; vel ſi ferret occaſio, ex inſidiis agere; duos atque triginta totos annos

 tempus

tempus nullum remittentes alij in alios sæuire; ab Vrbis Præfecto persæpe capite puniri; licèt plerumque ob maleficia in Prasinos esset animaduersio; nec minus ab Samaritis & hæreticis petitis pœnis sanguine complebatur Romanum Imperium. Hæc quæ modò ad summam reuocauimus, & paulo antè fusiùs narrauimus, hoc vel homine, vel dæmone Imperatore, & autore eodem mortalibus euenêre. Quæ verò mox dicturus sum, furiali quadam vi ac nobis obscura effecit. Nam illo summam Romanæ rei moderante abundè mala contigerunt, quæ alij Genio huius hominis comiti, eiusdémque violentię adscriberent, pars dictitaret iratum mortalibus Numen, Romanúmque exosum Imperium, perniciosis furiis potestatem fecisse tantorum malorum. Ad vrbem Edessam Scyrtus grauissimis incolarũ damnis exundauit. Nilus Ægyptum de more irrigans haud stato tempore recessit, coloníſque causa calamitatum fuit, quas iam narraui. Aucto Cydno, Tarsus fermè tota multos dies stagnauit; nec antea flumen subsedit, quàm Vrbem illam malis ingentibus obruit. Prostratæ terræ motibus sunt Antiochia vrbs Orientis primaria, vicináque Seleucia, & in Cilicia inclyta Anazarbus; quarum, ciuiúmque ruinam quis referat? Præter has Ibera,

οὐδένα ἀνιέντες καιρὸν, αὐτοί τε εἰργάζοντο ἀλλήλοις ἀνήκεστα ἔργα, καὶ πρὸς τῆς τοῦ δήμου ἐφεστώσης ἀρχῆς, ὥστε τὰ πολλὰ διεφθείροντο. ἡ μέντοι τίσις τῶν ἁμαρτανομένων ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον εἰς τοὺς πρασίνους ἐγίνετο. ἔτι μέντοι καὶ ἡ ἐς τοὺς Σαμαρείτας, καὶ τοὺς καλουμένους αἱρετικοὺς κόλασις, φόνου ἐνέπλησε τὴν ῥωμαίων ἀρχήν. ταῦτα δέ μοι ὅσον ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, ἀπομνημονεύεσθαι τὰ νῦν. ἐπεί μοι ἱκανῶς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν δεδιήγηται. ταῦτα μὲν κατὰ τὸν ἐν Σώματι γινόμενον δαίμονα, τετύχηκε γενέσθαι ἐς πάντας ἀνθρώπους. ὧνπερ τὰς αἰτίας αὐτὸς ἅτε βασιλεὺς καταστὰς ἔδωκε. καὶ ὅσα μέντοι καταχεκρυμμένῃ δυνάμει, καὶ φύσει δαιμονίᾳ διειργάσατο ἀνθρώποις κακὰ ἐγὼ δηλώσω. τούτου γὰρ ῥωμαίων διοικουμένου τὰ πράγματα πολλὰ καὶ ἄλλα πάθη ξυνηνέχθη γενέσθαι, ἅπερ οἱ μὲν τῇ τοῦ πονηροῦ δαίμονος τῇδε παρουσίᾳ ἰσχυρίζοντο, καὶ μηχανῇ ξυμβῆναι. οἱ δὲ αὐτοῦ τὸ θεῖον τὰ ἔργα μισῆσαν, ἀποστραφέντα ἀπὸ τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς, χώραν δαίμοσι τοῖς παλαμναίοις ἐνδεδωκέναι, ταῦτα διαπράξασθαι τῇδε. ἔδεσσαν μὲν γὰρ, σκυρτὸς ἐπικλύσας ὁ ποταμὸς, μυρίων δημιουργὸς τοῖς ἐκείνῃ ἀνθρώποις συμφορῶν γέγονεν, ὥς μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις γεγράψεται. νεῖλος δὲ ἀναβὰς μὲν ἧπερ εἰώθει, χρόνοις δὲ οὐκ ἀποβὰς τοῖς καθήκουσι, τινὰ τῶν ᾠκημένων εἰργάσατο ἔργα, ἅπερ μοι καὶ πρότερον δεδιήγηται. κύδνος δὲ ταρσὸν περιβαλλόμενος σχεδόν τι πᾶσαν ἡμέρας τε αὐτὴν ἐπικλύσας πολλὰς, οὐ πρότερον ἀπέστη, ὡς αὐτὴν ἀνήκεστα κακὰ ἔδρασε. Σεισμοὶ δὲ ἀντιόχειάν τε καθεῖλον τὴν τῆς ἑῴας πρώτην, καὶ Σελεύκειαν, ἥπερ αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκεῖται, καὶ τὴν ἐν κίλιξιν ἐπιφανεστάτην ἀνάζαρβον. αἷς τῶν ἀπολωλότων τὸ μέτρον, τίς ἂν διαριθμεῖσθαι δυνατὸς εἴη; προσθείη δὲ ἄν τις τάς τε ἴβηρα,

ἴβωρα, καὶ ἀμάσειαν, ἡ πρώτη ἐν πόντῳ ἐτύγχανεν οὖσα, πολύβοτόν τε τὴν ἐν φρυγίᾳ, καὶ ἣν πισίδαι φιλομηδὴν καλοῦσι. λυχνιδόν τε τὴν ἐν ἠπειρώταις, καὶ κόρινθον, αἳ δὴ πολυανθρωπόταται ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. ταύταις γὰρ ἁπαξαπάσαις ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον σεισμῷ τε καταπεσεῖν, καὶ τοῖς ᾠκημένοις σχεδόν τι πᾶσι ξυνδιολωλέναι τετύχηκεν. ἐπιγενόμενος δὲ καὶ ὁ λιμὸς, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην τὴν ἡμίσειαν μάλιστα τῶν περιγενομένων ἀνθρώπων ἀπήνεγκε μοῖραν. τοσούτων μὲν ἀνθρώπων ἐγένετο φθόρος, ἰουστινιανοῦ πρότερον ῥωμαίοις διοικουμένου τὴν πολιτείαν, καὶ ὕστερον τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος. ὅπως δὲ καὶ τὰ χρήματα ἀφείλετο ἁπαξάπαντα, ἐρῶν ἔρχομαι. ὄψιν ὀνείρου ὑπειπὼν πρότερον ἥπερ κατ' ἀρχὰς τῆς ἰουστινιανοῦ βασιλείας τῶν τινὶ ἐπιφανῶν ἰδεῖν ξυνηνέχθη. ἔφη γάρ οἱ δοκεῖν ἐν τῷ ὀνείρῳ ἑστάναι μέν πη ἐν βυζαντίῳ παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα, ἣ δὴ χαλκηδόνος καταντικρύ ἐστιν. ὁρᾶν δὲ τοῦτον κατὰ τὸν ἐκείνῃ πορθμὸν ἑστῶτα μέσον. καὶ πρῶτον μέν τι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης αὐτὸν ἐκπιεῖν ὅλον, ὥστε οἴεσθαι τὸ λοιπὸν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἠπείρου ἑστάναι, οὐκέτι τοῦ πορθμοῦ ταῦτα ἐπιόντος. ἔπειτα ὕδωρ ἄλλο ῥύπου τε πολλοῦ, καὶ φορυτοῦ γέμον, βρύσαν ἐξ ὑπονόμων ἑκατέρωθεν ὄντων, ἐνταῦθα γενέσθαι. καὶ αὐτὸ μὲν τοῦτον ἐκπιεῖν ἅμα, γυμνόν τε αὖθις ἐξεργάσασθαι τοῦ πορθμοῦ χῶρον. ἡ μὲν τοῦ ὀνείρου ὄψις ἐδήλου τοιαῦτα. ἰουστινιανὸς δὲ ἡνίκα οἱ ὁ θεῖος ἰουστῖνος τὴν βασιλείαν παρέλαβε, χρημάτων δημοσίων ἔμπλεων τὴν πολιτείαν εὗρεν. ἀναστάσιος γὰρ προνοητικώτατός τε ἅμα, καὶ οἰκονομικώτατος πάντων αὐτοκρατόρων γενόμενος, δείσας ὅπερ ἐγένετο, μὴ οἱ

Ibera, Amasia Ponti vrbium nobilissima, Polybotus Phrygiæ, & quæ à Pisidiæ populis vocatur Philomida, Lychnidus in Epiro, & Corinthus, Ciuitates ab antiquo frequentissimæ, hac tempestate extremo penè ciuium suóque interitu corruerunt. Ingruens deinde lues, de qua suprà memoraui, dimidiam fermè reliquorum hominum partem depasta est. Hanc hominum genus cladem accepit Iustiniano pridem Romanis Rempublicam administrante, eodémque demum Imperatore. Porrò dicam quemadmodum omnium pecunias compilauit, memorata primùm specie quadam somnij, quæ viro illustri loco nato sub initium huius dominationis occurrit. Affirmabat is per quietem visum sibi fuisse ad littus esse Bospori, qua parte in Chalcedonem pertinet, vidisséque hîc Iustinianum in medio extantem freto, totámque ingurgitantem maris vim, vt illa demum exhausta, neque eò amplius influente, imæ terræ insisteret. Tum alios aquarum riuos turbidos illos, atque cænosos vtrinque ex cloacis eodem confluentes, nihilominus hunc epotasse, freti alueo iterum subsidente. Hæc ille in quiete. Verùm Iustinianus, cùm auunculus cepit Imperium, Reipublicæ ærarium refertissimum habuit. Nam Anastasius omnium Imperatorem prouidendo publicæ ac domesticæ rei aptissimus, veritus ne (vt planè accidit) successor

ſucceſſor Imperij, arcta re ſubiectos exagitaret; antequam fato concederet, theſauros affatim oppleuit auro, quod ſtatim dilapidauit Iuſtinianus, partim marinis minimè neceſſariis ſubſtructionibus, partim Barbaris conciliandis * * * * quam pecuniam perpetuos centum annos vel perditus nepos Imperator vincere ſua libidine nequiuiſſet. Nam Præfecti theſauris, ærariiſque publicis affirmarunt, annis amplius ſeptem & viginti, quibus in Imperio fuit Anaſtaſius, repoſita ter centum & viginti millia auri pondo nullo labore; quorum deinde nihil reliqui fuerit, ſed Iuſtino etiamnum ſuperſtite, vt ſuprà narraui, ea Iuſtinianum profudiſſe. Quantam enim pecuniam, quoad vixit, contra ius faſque rapuit, omnibúſque modis traxit, vexauítque, incredibile planè memoratu eſt; quippe qui veluti immenſa vorago omnes ſubiectorum fortunas perpetuò abſorberet, eaſdémque Barbaris refluo gurgite euomeret. * Hac publicarum opum facta iactura, tum priuatos ad prædam petiuit. Multos prædiuites cùm Byzantij, tum alibi eorum ſubſtantiis per vim direptis, falſorum criminum reos egit, hos quidem cultus multorum Deorum, illos deprauatæ Chriſtianæ ſententiæ, alios puerorum concubinatus, nonnullos ſanctimonialium ſtupri, quoſdam ſcelerati coitus, alios ſeditionis, Praſinorum ſtudij, læſæ

μὴ οἱ ὁ τὴν βασιλείαν ἐκδεξόμενος χρημάτων ὑποσπανίζων, ἴσως τοὺς κατηκόους ληΐζηται, χρυσοῦ τοὺς θησαυροὺς ἅπαντας κατακόρως ἐμπλησάμενος, τὸν βίον ξυνεμετρήσατο. οὕσπερ ἅπαντας Ἰουστινιανὸς ὡς τάχιστα διεσπάσατο. τοῖς μὲν θαλασσίοις οἰκοδομίαις λόγον οὐκ ἐχούσαις, τοῖς δὲ τῇ ἐς τοὺς βαρβάρους φιλοτιμίᾳ, καί τι ἄλλο * * * ἄν τις αὐτῷ βασιλείαις ἄγαν ἀσώτῳ τε γενομένῳ ἐτῶν ἑκατὸν ἐπαρκέσειν. ἰσχυρίζοντο γὰρ οἱ τοῖς θησαυροῖς τε, καὶ ταμείοις, καὶ ἄλλοις ἅπασι τοῖς βασιλικοῖς χρήμασιν ἐφεστῶτες, Ἀναστασίου μὲν Ῥωμαίων ἔτι πλέον, ἢ ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἄρξαντος, διακόσια, καὶ τρισχίλια χρυσοῦ κεντηνάρια ἐς τὴν βασιλείαν εἰσκομισθῆναι οὐδενὶ νόμῳ. καὶ τούτων ἁπάντων οὐδ' ὁτιοῦν ἀπολελεῖφθαι, ἀλλ' ὅτι περιόντος Ἰουστινιανοῦ πρὸς τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου διεδαπανῆσθαι, ἧπέρ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις εἴρηται. ἅπερ γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ σφετερίζεσθαί τε οὐδέον, καὶ ἀναλογοῦν ἴσχυσεν, οὐδ' ἄν τινα λόγον, ἢ λογισμὸν ἡμέτερον φανῆναι μηχανή τις οὐδεμία ἐστίν. ὥσπερ γάρ τις ποταμὸς ἀένναος ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἐκδηϊούμενος κατεληΐζετο τοὺς ὑπηκόους. ἐπέρρει δὲ ἅπαντα τοῖς βαρβάροις εὐθύς. * * * πλοῦτον οὕτω τὸν δημόσιον εὐθὺς ἐκφορήσας ἐπὶ τοὺς κατηκόους τὸ βλέμμα ἦγε, πλείστοις τε αὐτίκα τὰς οὐσίας ἀφείλετο. ἁρπάζων τε, καὶ βιαζόμενος οὐδενὶ λόγῳ, τῶν ἐγκλημάτων τε οὐδαμῇ γεγονότων ὑπάγων τοὺς εὐδαίμονας, ἔντε Βυζαντίῳ, καὶ πόλει ἑκάστῃ δοκοῦντας εἶναι. καὶ τοῖς μὲν πολυθεΐαν, τοῖς δὲ δόξης ἐν Χριστιανοῖς οὐκ ὀρθῆς αἵρεσιν. τοῖς δὲ παιδεραστίας, ἑτέροις ἱερῶν γυναικῶν ἔρωτας, ἢ ἄλλας τινὰς οὐ θεμιτὰς μίξεις, ἄλλοις στάσεως ἀφορμήν, ἢ μέρους πρασίνου σοργὴν,

ἢ ἐς

ἢ ἐς αὐτὸν ὑβρίζειν, ἢ ὄνομα ὅπου ἄλλο ἐπενεγκὼν, ἢ κληρονόμος αὐτόματος τοῖς τετελευτηκόσιν, ἢ καὶ περιοῦσιν αὖ οὕτω τύχοι γινόμενος. αἱ γὰρ δὴ σεμνόταται τῶν πράξεων αὐτοῦ τοιαῦται ἦσαν. ὅπως δὲ καὶ τὴν γινομένην ἐπ' αὐτὸν στάσιν Νίκα ἐκάλουν διοικησάμενος, πᾶσι κληρονόμος τοῖς ἐκ βουλῆς εὐθὺς γέγονεν, ἤδη μοι ἔναγχος δεδήλωται. καὶ ὅπως τῆς στάσεως οὐκ ὀλίγων πρότερον αὐτὸς ἰδίᾳ ἑκάστου τὴν οὐσίαν ἀφείλετο. τοὺς δὲ βαρβάρους ἅπαντας οὐδένα ἀνιεὶς καιρὸν, χρήμασιν ἐδωρεῖτο μεγάλοις, ἑῴους τε καὶ ἑσπερίους, πρός τε ἄρκτον, καὶ μεσημβρίαν, ἄχρι ἐς τοὺς ἐν Βρεττανίαις ᾠκημένους, καὶ γῆς πανταχόθι τῆς οἰκουμένης. ὧνπερ τὰ ἔθνη οὐδὲ ὄνομα ἀκοῇ πρότερον εἴχομεν. ἀλλὰ πρῶτον ἰδόντες, εἶτα τοῦ γένους ὄνομα ἔγνωμεν. αὐτοί τε γὰρ πυνθανόμενοι τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἦθος, ἐπ' αὐτὸν δὴ ἐκ πάσης γῆς ξυνέρρεον ἐς Βυζάντιον. καὶ ὃς οὐδεμιᾷ ὀκνήσει, ἀλλ' ὑπερηδόμενός τε τῷ ἔργῳ τούτῳ, καί τι καὶ ἕρμαιον εἶναι οἰόμενος τὸν μὲν Ῥωμαίων ἐξαντλεῖν πλοῦτον, βαρβάροις δὲ ἀνθρώποις, ἢ ῥοθίοις τισὶ θαλαττίοις περιίεσθαι, ἀεὶ καθεκάστην αὐτῶν ἕκαστον, ξὺν ἀθρόοις χρήμασιν ἀπεπέμπετο. ταύτῃ τε οἱ βάρβαροι ἅπαντες κύριοι τοῦ Ῥωμαίων παντάπασι γεγένηνται πλούτου, ἢ τὰ χρήματα πρὸς τοῦ βασιλέως κεκομισμένοι, ἢ ληϊζόμενοι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδιδόμενοι, ἢ τὴν ἐκεχειρίαν ἀπεμπολοῦντες, τήν τε τοῦ ὀνείρου ὄψιν ἧς ἄρτι ἐμνήσθην ἐς τοῦτο τῷ ἰδόντι ἀποκεκεῖσθαι τετύχηκε. καὶ ἄλλοις μέν τι ἐπιτεχνήσασθαι τῆς τῶν κατηκόων λεηλασίας τρόποις ἴσχυσεν, οἵπερ ἐς ὅσον δυνατὸς ἂν εἴην, αὐτίκα μάλα λελέξονται, δι' ὧν οὐκ ἀθρόας, ἀλλὰ βραχὺ τὰς πάντων οὐσίας ληΐζεσθαι διαρκῶς ἔσχε.

πρῶτα

læsæ Maiestatis; vel demortuis, aut etiam superstitibus hæredem inopinatum se scripsit. Hæc nempe egregiorum eius facinorum summa fuit. Vt verò Senatorum omnium facultates occuparit vsus Victoriatorum manu, quorum seditio eo excitata est Imperatore; & paulo antè quàm excitaretur, vt priuatorum quorumque bona raptum iuerit, suprà memoraui. Nam Barbarorum gentes, quæ ad ortum & occasum pertinent, quæve ad meridiem & septentriones; ipsos etiam Britannos, & alios vbique locorum degentes, nullo non tempore magnis largitionibus auxit: quos antehac ne fama quidem acceperamus; sed coram antè vidimus, quàm gentis nomen audiremus. Hi, obseruato viri genio, ad eum ex toto terrarum orbe Byzantium confluere; ille vicissim promptus, hilarísque hanc amare rem, & in lucro deputare, ac tum opes exhaurire Romanas, & quidquid ex maritimis ædificiis reliqui esset, Barbaris effundere, lautiísque onustos magnificentissimis dimittere. Ita Romanorum ærarium totum fuit Barbaris destinatum, vel largitiones accipientibus, vel agitantibus prædas, vel reddentibus captiuos, vel inducias vendentibus, atque ad hoc illa de qua modò dixi, somnij species pertinuit. Excogitauit & alia, quæ (quantum queo) dicam rapinarum genera, quibus paulatim subiectorum bona decerperet.

Plebi

Plebi dedit Magiſtratum, cuius negotium eſſet, Vænalitiis, qui officinas haberent, annuo impoſito cenſu, poteſtatem facere vendendorum quanticumque vænalium. Ciues vti foro cogebantur, pretio ter tanto maiore; nec illis tamen copia erat, etſi ingenti damno vexatis, in alicuius caput ea de re quæſtionem habere; quod ex eo prouentu pars bona rediret, cùm ad Imperatorem, tum ad opes huius Magiſtratus augendas. Nec minorem emptoribus fraudem fecit, deteſtanda ſatellitum Magiſtratus induſtria, & Vænalitiorum impunita licentia, quibus eſſet poteſtas non ſolùm licitationem facere, ſed etiam omnibus modis vænalia adulterare. Deinde plurima inſtituit monopolia; iis diuendita ſubiectorum libertate, qui impium hoc negotium inirent: atque his impoſito vectigali, rem à pactis conuentis pro animi ſententia adminiſtrandam permiſit. Sic palàm & cum aliis Magiſtratibus atque Præfectis actitabatur, qui eò licentiùs clientum bona vexarunt, quò magis Cęſar furtorum partem quamuis exiguam acciperet. Quaſi verò ad hoc ei ſatis non eſſent antiqui Magiſtratus, (nam Præfectus Vrbis omnem olim habuit criminum quæſtionem) duos alios inuexit, vt eò plures ſibi delatores eſſent, & faciliùs de viris innoxiis ſupplicia ſumeret. Horum

πρῶτα τῷ δήμῳ οἱ ἔπαρχον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐφίστη. ὃς δὴ ἔμελλε τοῖς τὰ πωλητήρια ἔχουσι πόρον ἐν ου ἐνθένδε διαλαγχάνων ἐς τὴν ἐξουσίαν αὐτοὺς ἐμβιβάζειν, τοῦ τὰ ὤνια, ὅπῃ βούλοιντο ἀποδίδοσθαι. καὶ περιειστήκει τοῖς τῇδε ἀνθρώποις ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια, τριπλασίονα μὲν καταβαλλομένοις τιμήματα. οὕτω δὲ αὖ διὰ ταῦτα ἐπικαλοῖεν, οὐδαμῆ ἔχουσι. μέγατε τὸ ἀπὸ τοῦ ἔργου βλάβος ἠγείρετο. μέρος γὰρ τῆς βασιλείας τοῦδε φερομένης τοῦ πόρου πλουτεῖν ἀπ' αὐτοῦ, ἡ τῷ πράγματι ἐφεστῶσα ἀρχὴ ἤθελε. τὸ δὲ ἐνθένδε, οἵτε τῆς ἀρχῆς ὑπηρέται τῆς αἰσχρᾶς ταύτης ὑπουργίας ἐπειλημμένοι. καὶ οἱ τὰ πωλητήρια ἔχοντες, τῆς τοῦ παρανομεῖν ἐξουσίας δραξάμενοι, ἀνήκεστα ἔργα τοὺς τότε ὠνεῖσθαι δεομένους εἰργάζοντο. οὐχ ὅσον πολλαὶ εἶεν) πολλαπλάσια τὰ τιμήματα κομιζόμενοι, ἀλλὰ καὶ δολώσεις ἐν τοῖς ὠνίοις μηχανώμενοι, ἀμυθήτους τινάς. ἔπειτα δὲ πολλὰ καταστησάμενος τὰ καλούμενα μονοπώλια, τήν τε κατηκόων σωτηρίαν ἀπεμπολήσας τοῖς τὸ ἄγος τοῦτο ἐνεργολαβεῖν ἀξιοῦσιν, αὐτὸς μὲν τίμημα τοῦ ἔργου τούτου ἀντιφορτισάμενος ἀπηλλάσσετο. τοῖς δὲ αὐτῷ ξυμβεβληκόσι παρείχετο τὴν ἐργασίαν ᾗ βούλοιντο διοικήσασθαι. ὅπερ ἀπαρακαλύπτως ἡμαρτάνετο, κἂν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἀρχαῖς. βασιλέως γὰρ ἀεὶ μοῖραν τινὰ οὐ πολλὴν τῶν φορείων κομιζομένου, αἵτε ἀρχαὶ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ πράγματι ἐφεστῶτες ἑκάστῳ ἀδεέστερον τοὺς σφίσι παραπίπτοντας ἐληΐζοντο. ὥσπερ δὲ οἱ οὐχ ἱκανῶν ἐς τοῦτο οὐσῶν τῶν πάλαι διατεταγμένων ἀρχῶν, ἑτέρας δύο ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ ἐπετεχνήσατο. καίτοι ἅπαντα μετῄει πρότερον τὰ ἐγκλήματα ἡ τῷ δήμῳ ἐφεστῶσα ἀρχή. ἀλλ' ὅπως ἀεὶ πλείους τε οἱ συκοφάνται εἶεν, καὶ πολλῷ ἔτι θᾶσσον τῶν οὐδὲν ἐπταικότων τὰ σώματα αἰκίζοιτο, ταύτας δὴ τὰς ἀρχὰς ἐπινοεῖν ἔγνω.

καὶ αὐταῖν

καὶ αὐταῖν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέστησεν, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δή. τῇδε δὴ ἑτέρᾳ, τούς τε παιδεραστοῦντας ἐσαεὶ τίννυσθαι, καὶ γυναιξὶν οὐ νόμιμα μιγνυμένοις ἐπήγγελλε. καὶ εἴ τῳ τὰ ἐς τὸ θεῖον οὐκ ὀρθῶς ἤσκηται, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς κοιαισίτωρα. ὁ μὲν οὖν πραίτωρ εἴ τινα ἐν τοῖς φωρίοις λόγου πολλοῦ ἄξια εὕροι, ταῦτα δὴ τῷ αὐτοκράτορι, ἀποφέρειν ἠξίου. φάσκων οὐδαμῇ φαίνεσθαι τοὺς τούτων κυρίους. ταύτῃ τε χρημάτων ἀεὶ τῶν τιμιωτάτων διαλανθάνειν ὁ βασιλεὺς εἶχεν. ὁ δὲ δὴ κοιαισίτωρ καλούμενος τοὺς παραπεπτωκότας κατεργαζόμενος, ἃ μὲν βούλοιτο ἔφερεν, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧσσον ἐπλούτει τοῖς ἀλλοτρίοις οὐδενὶ νόμῳ. οἱ γὰρ δὴ τούτων τῶν ἀρχῶν ὑπηρέται, οὔτε καταρχὰς κατηγόρους ἐπήγοντο, οὐδὲ μάρτυρας τῶν πεπραγμένων παρείχοντο, ἀλλὰ διηνεκὲς πάντα τοῦτον τὸν χρόνον, κατηγοροί τε, καὶ ἀνεξέλεγκτοι, ὡς λαθραιότατοι ἐντυχόντες, ἔκτεινόν τε, καὶ ἀφῃροῦντο τὰ χρήματα. ὕστερον δὲ ὁ παλαμναῖος οὗτος ταύταις τε, καὶ τῇ τοῦ δήμου ἐφεστώσῃ ἀρχῇ, πάντων ὁμοίως ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐγκλημάτων ἐπέστελλεν, ἐρίζειν σφίσιν πρὸς ἀλλήλους εἰπών, ὅστις αὐτῶν πλείους τε, καὶ θᾶσσον διαφθείρειν ἱκανὸς εἴη. καὶ αὐτῶν ἕνα μὲν αὐτὸν αὖθις ἐρέσθαι φασίν, ἢν ἐς τοὺς τρεῖς τίς ποτε διαβάλλοιτο, τίνος ἂν αὐτῶν ἡ τοῦ πράγματος διάγνωσις εἴη. τὸν δὲ ὑπολαβόντα φάναι, ὅστις ἂν αὐτὸν προτερήσας τοὺς ἄλλους φάνοι. ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ κοιαίστωρος καλουμένην ἀρχὴν διέθετο οὐδενὶ κόσμῳ. ἧσπερ διαφερόντως ἐπεμελοῦντο, οἱ πρότερον βεβασιλευκότες, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντες. ὅπως τε τὰ ἄλλα ἔμπειροι, καὶ σοφοί,

Horum alterum Prætorem plebis vocauit, qui furtis vlciſcendis præeſſet; alterum Quæſitorem, cui cognoſcendum foret de puerorum concubinatu, de præpoſteris mulierum ſtupris, déque ſuperſtitioſa, & falſa religione. Ergo Prætor illuſtriora quæque furta deferenda Imperatori curauit, horum nullos apparere dominos dictitans, atque ita Cæſar rebus quotidie pretioſiſſimis affluebat. Quæſitor verò dicta in reos capitis ſententia, quæcumque collibuiſſent, afferebat Cæſari, atque ipſe nullo iure alienis opibus nihilominus diteſcebat. Namque huius Magiſtratus exactores principio neque accuſationem petiuêre, neque teſtes induxêre delictorum; ſed hoc toto tempore incognita, indemnatáque cauſa, rei capite & bonorum proſcriptione clàm puniti ſunt. Tum demum nefarius hic homo ambobus hiſce Magiſtratibus, Vrbiſque Præfecto omnia ſine diſcrimine permiſit cognoſcenda crimina, iuſſis vt pluribus citiúſque perdendis hominibus inter ſe certarent. Ex his verò quopiam, vt aiunt, ab eo percontante, cui potiſſimùm cognitio ſtaret cauſæ, ad ſingulos quoſque forte deferendæ. Ei ſtabit, inquit, qui iudicio collegas anteuertat. Sed & Quæſturæ munus indignis modis accepit; cuius olim ſingulare fuit reliquorum ſanè omnium Cæſarum ſtudium, ſcilicet vt à viris tractaretur cùm aliarum rerum

ac disciplinarum, tum verò Iuris apprimè consultissimis, & omni prorsus exutis auaritia; summo Reipublicæ damno alioqui futuris, qui vel inscitia, vel diuitiarum cupidine laborantes id munus capesserent. Hic tamen Princeps primùm Quæsturæ Tribonianum præfecit, cuius facinora satis alibi dicta sunt. Eo autem vita functo, partéque illius facultatum, licèt superstite filio, & bene multis nepotibus, proscripta; Iunilus Apher in eo gradu locatur, homo cui leges ne fama quidem notæ, cùm in albo Causidicorum non fuerit, & licèt Latinarum litterarum non ignarus, Græcarum certè causâ ne salutatum quidem aliquando ludimagistrum venit; sed & efferendis Græcis vocibus sic fuit inepta lingua, vt si id vnquam tentaret, famulis risum exprimeret. Turpi lucro sic inhiauit, vt minimè vereretur Imperatoris litteras palàm dinundinari; vel pro aureo statere promptissimè clientibus manum porrigere; septem ipsis annis Reipublicæ Romanæ hic probro fuit. Quo tandem extincto, eam adeptus est dignitatem Constantinus legũ haud imperitus, sed planè adolescens, qui nec dum forensibus se exercuisset concertationibus; longè post homines natos furacissimus, idémque fastosissimus. Hic Iustiniano si quis alius carissimus fuit; quem illi & suarum rapinarum præfectum, & iudiciorum arbitrum habere libuit. Quare

καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους μάλιστα εἶεν, (4) ταύτην διαχειρισάμενοι. καὶ χρημάτων διαφανῶς ἀδωρότατοι, ὡς οὐκ ἄνευ μεγάλου ὀλέθρου τούτου γε τῇ πολιτείᾳ γενησομένου. οἵπερ οἱ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, ἢ ἀπειρίᾳ τινὶ ἔχοιντο, ἢ φιλοχρηματίᾳ ἐφεῖντο. ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος πρῶτον μὲν ἐπὶ ταύτης τριβωνιανὸν κατεστήσατο. οὗπερ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις διαρκῶς εἴρηται, ἐπεὶ δὲ ὁ τριβωνιανὸς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, μοῖραν μὲν αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀφείλετο, καί τοι παιδός τε οἱ ἀπολελειμμένου, καὶ πλήθους ἐκγόνων, ἐπεγένετο τῷ ἀνθρώπῳ ἡ τέλειος ἡμέρα τοῦ βίου. ἰούνιλον δὲ λιβύην γένος ἐπὶ τῆς τιμῆς κατεστήσατο ταύτης, νόμου μὲν, οὐδὲ ὅσ' ἀκοὴν ἔχοντα. ἐπεὶ οὐδὲ τῶν ῥητόρων τις ἦν. γράμματα δὲ λατῖνα μὲν ἐξεπιστάμενον, ἑλληνικῶν μέντοι ἕνεκα οὐδὲ πεφοιτηκότα πρὸς γραμματιστοῦ πώποτε, οὐδὲ τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἑλληνίζειν δυνάμενον. πολλάκις ἀμέλει φωνὴν ἑλληνίδα προθυμηθεὶς ἀφεῖναι, πρὸς τῶν ὑπηρετούντων γέλωτα ὦφλε. ἐς δὲ τὴν αἰσχροκέρδειαν δαιμονίως ἐσπουδακότα. ὅς δε γράμματα μὲν τὰ βασιλέως ἐν δημοσίῳ ἀπεμπολῶν, ὡς ἥκιστα κατεδέετο. ἑνὸς δὲ στατῆρος χρυσοῦ ἕνεκα τὴν χεῖρα ὀρέγειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν οὐδαμῆ ὤκνει. οὐχ ἧσσον τε ἢ ἑπτὰ ἐνιαυτῶν χρόνον τοῦτον ἡ πολιτεία τὸν γέλωτα ὦφλεν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἰούνιλος ἐς τὸ μέτρον τοῦ βίου ἀφίκετο, κωνσταντῖνον ἐπὶ τοῦδε τοῦ ἀξιώματος κατεστήσατο, νόμων μὲν ὄντα οὐκ ἀμελέτητον, νέον δὲ κομιδῆ, καὶ οὔπω ἀγωνίας δικανικῆς εἰς πεῖραν ἐλθόντα, κλεπτίστατον δὲ καὶ ἀλαζονικώτατον ἀνθρώπων ἁπάντων. οὗτος ἰουστινιανῷ ποθεινότατός τε ἄγαν, καὶ φίλτατος ἐν τοῖς μάλιστα ἐγεγόνει. ἐπεὶ καὶ δι' αὐτοῦ κλέπτειν τε, καὶ δικάζειν ὁ βασιλεὺς οὗτος ἀεὶ οὐδαμῆ ἀπηξίου.

διὸ δὴ

διὸ δὴ χρήματα μεγάλα χρόνου ὀλίγου κωνσταντῖνος ἔσχε, καὶ ὑπερφυεῖ τινὶ κόμπῳ ἐχρῆτο, ἀεροβατῶν τε, καὶ πάντας ἀνθρώπους περιφρονῶν, καὶ ἦν μέν τινες αὐτῷ πολλὰ βούλοιντο χρήματα προΐεσθαι, ταῦτα δὴ καταθέντες τῶν οἱ πιστοτάτων τισὶ, τὰ σφίσιν ἐσπουδασμένα, κατορθοῦν ἴσχυον. αὐτῷ μέντοι ἐντυχεῖν, ἢ ξυγγενέσθαι τῶν πάντων οὐδενὶ γέγονε δυνατόν. ὅτι μὴ ἐς βασιλέα δρόμῳ ἰόντι, ἢ ἀπαλλασσομένῳ ἐνθένδε, οὐ βάδην, ἀλλὰ σπουδῇ τε, καὶ τάχει πολλῷ τοῦ μή τινα οἱ ἀκερδῆ ἀσχολίαν τὸν προσιόντας προστρίβεσθαι. ταύτην μὲν οὖν τῇδε βασιλεῖ τῷδε εἶχεν. πρὸς δὲ ὁ τῶν πραιτωρείων ἐπάρχου, ἀνὰ πᾶν ἔτος πλέον ἢ τριάκοντα κεντηνάρια, πρὸς τοῖς δημοσίοις ἐπράσσετο φόροις. οἷς δὴ ὄνομα τὸ ἀερικὸν ἐπιτέθηκεν, ἐκεῖνο οἶμαι παραδηλῶν, ὅτι δὴ οὐ τεταγμένη τις, οὐδὲ ξυνειθισμένη οὖσα ἡ φορὰ ἐτύγχανεν αὕτη. ἀλλὰ τύχῃ τινὶ ὥσπερ ἐξ ἀέρος ἀεὶ αὐτὴν φερομένην ἐλάμβανε. δέον τῆς πονηρίας τῆς αὐτοῦ ταῦτα ἐπικαλεῖν ἔργα. ὧν δὴ τῷ ὀνόματι οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τεταγμένοι, ἀδεέστερον ἀεὶ ταῖς ἐς τοὺς κατηκόους λῃστείαις ἐχρῶντο. καὶ ταῦτα μὲν τῷ αὐτοκράτορι ἀποφέρειν ἠξίουν. αὐτοὶ δὲ πλοῦτον βασιλικὸν περιεβάλλοντο οὐδενὶ πόνῳ. ὧνπερ ἰουστινιανὸς ἐπιστροφὴν οὐδεμίαν ἐδικαίου ποιεῖσθαι, καιροφυλακῶν ὅπως ἐπειδὰν τάχιστα πλούτου τι μέγα περιβάλλονται χρῆμα, ὅ, τι δὴ αὐτοῖς ἐπενεγκὼν ἀπροφάσιστον, ἀθρόον αὐτοῖς ἀφαιρεῖσθαι τὴν οὐσίαν ἱκανὸς εἴη. ὅπερ ἰωάννην τὸν καππαδόκην εἰργάσατο. ἅπαντες οὖν ἀμέλει ὅσοι τῆς τιμῆς ὑπὲρ τὸν χρόνον τοῦτον ἐλάμβανον, πλούσιοι ἐξαπιναίως οὐδενὶ γεγένηνται μέτρῳ

Quare Constantinus breui amplissimam sibi pecuniam conflauit. Sed erat superbia planè inaudita, sic tumido fastu omnes despiciens, vt qui peragendorum causâ negotiorum opimas ad eum opes deferrent, illas domesticorum fidei credere cogerentur; quod nemini hominum datum esset illum alloqui & conuenire, nisi ad Cæsarem euntem redeuntémque; tum verò etiam præproperè ac tumultuariè, ne fortè sine quæstu ab aduentantibus detineretur. Hæc ita Iustinianus. Præfectus Prætorio præter publicum censum, amplius ter mille auri pondo Cæsari quotannis pendebat, eúmque prouentum nec lege, nec more maiorum receptum, sed quasi fortuitò aliunde sibi ex aëre aduentitium, Aërium ob id, vt credo, vocauit, suæ potiùs improbitatis facinus vocandum; quo nomine Præfecti Prætorio abusi sunt ad liberiùs lacerandas subiectorum fortunas, eóque obtentu Cæsari deferendas; quibus nihilominus opes ipsi suas Imperatorium ad luxum facilè auxerunt. Id per Iustinianum illis erat impunè, quoad amplissimas ebibissent pecunias; tum enim verò vsus ille temporis opportunitate, impositáque calumnia ineuitabili, omnes ab eis facultates (quemadmodum à Ioanne Cappadoce) expressit. Vt quique per id tempus hanc dignitatem consecuti sunt, ita in infinitas opes repentè omnes creuerunt.

Duos excipio, Phocam, cuius antea memini, virum æqui, iustíque obseruantissimum, in eóque munere ab omni quæstu purum ac vacuum; & Bassum in eodem gradu postea successorem, qui veluti non bonæ frugi homines, neque morum eius ætatis ad paucos menses eam sibi dignitatem seruare integram non potuerunt. Ne verò singula persequens infinitum faciam, eadem lege cum reliquis Magistratibus Byzantij agitatum est. Per vrbes verò Imperij Romani Iustinianus perditissimis quibusque hominibus perquàm maximi Præfecturas locauit, ab illis vtique deformandas. Nec enim vir quisquam moderatus, vel qui tantulum saperet, quò insontes expulsum iret fortunis, suas sibi putasset prodigendas. Vbi pecuniam Iustinianus accepisset ab iis, quibuscum pacisceretur, iam illis concidendos populos, Prouinciásque permittebat, ex quarum euersione diuites ipsi futuri essent. Hi magno fœnore acceptis mutuò Præfecturarum pretiis, ac de mensa publica Cęsari numeratis, cùm in Prouinciis erant, iniquissimis modis accipiebant subditos, vt seruatis omni studio fœneratori tabulis, ad opes ipsi magnas venirent; præsertim cùm ob eam rem ne lege repetundarum vel pœna tenerentur, eis timendum non foret, quin maior pro immanitate cædium ac rapinarum gloria speranda; quando

δυοῖν μέντοι χωρὶς, Φωκᾶ τε, οὗπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην, ἅτε τοῦ δικαίου ἐς τὸ ἀκρότατον ἐπιμελητοῦ γεγονότος, κέρδους γὰρ ὁτουοῦν ἐκτὸς ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ ἀξιώματι καθαρὸς ἔμεινε. καὶ Βάσσου ὃς δὴ ἐν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν. ὧνπερ οὐδ' ἕτερος ἐνιαυτὸν διασώσασθαι τὴν τιμὴν ἔσχεν. ἀλλ' ἀχρεῖοί τε καὶ τοῦ καιροῦ τὸ παράπαν ἀλλόκοτοι μηνῶν τινῶν ὀλίγων τοῦ ἀξιώματος ἔξω γεγένηνται. ἵνα δὲ μὴ τὸ καθ' ἕκαστόν μοι διηγουμένῳ ἀτελεύτητος ὁ λόγος εἴη. ταῦτα κἂν ταῖς ἄλλαις ἐπράσσετο ταῖς ἐν Βυζαντίῳ ἀρχαῖς. πανταχόθι μέντοι τῆς Ῥωμαίων γῆς ὁ Ἰουστινιανὸς ἐποίει τάδε. τοὺς πονηροτάτους τῶν ἀνθρώπων ἀπολεξάμενος, διεφθάρθαι ἀπεδίδοτο τὰς ἀρχὰς σφίσι χρημάτων μεγάλων. σώφρονι γὰρ ἀνδρὶ, ἢ ξυνέσεως ὁπωσοῦν μεταλαχόντι ἔννοια οὐδεμία ἐγένετο χρήματα οἰκεῖα προΐεσθαι. ἐφ' ᾧ δὴ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας λῄζηται. τοῦτό τε τὸ χρυσίον πρὸς τῶν ξυμβαλλόντων κεκομισμένος ἐς τὴν ἐξουσίαν αὐτοὺς ἐνεβίβαζε, τοῦ, τοὺς κατηκόους πάντας ἐργάζεσθαι. ἀφ' ὧν ἔμελλον τὰς χώρας αὐτῶν ἄνθρωποι οἱ ἀπολοῦντες ἁπάσας, πλούσιοι τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι αὐτοί. οἱ δὲ τὰς τῶν πόλεων τιμὰς ἐπὶ τόκοις ἀθρόας πᾶσιν ἀπὸ τῆς τραπέζης δεδανεισμένοι, καὶ τῷ ἀποδεδομένῳ ἀπαριθμήσαντες, ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν ταῖς πόλεσι, πᾶσαν κακοῦ ἰδέαν ἐς τοὺς ἀρχομένους ἀεὶ ἐνδεικνύμενοι, οὐκ ἄλλου του ἐν ἐπιμελείᾳ καθίσταντο, ὅπως τοῖς χρήσταις τὰ ὡμολογημένα τελέσειαν. καὶ αὐτοὶ τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς πλουσιωτάτοις τετάξονται, οὐκ ἔχοντος αὐτοῖς κίνδυνόν τινα, ἢ ὕβριν τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον, ὅσῳ καὶ πλείους τῶν σφίσι παραπεπτωκότων οὐδενὶ ἀποκτείναντες λῄζεσθαι ἴσχυον.

τὸ γὰρ

τὸ γὰρ τοῦ φονέως τε, καὶ λῃστοῦ ὄνομα, ἐς τὸ τοῦ δραστηρίου αὐτοῖς ἀποκεκρίσθαι ξυνέβαινεν. ὅσοις μὲν τοι τῶν ἐχόντων ἀρχὰς ᾔσθετο πλούτῳ ἀκμάζοντας, τούτοις δὲ σκήψεσι σαγηνεύσας εὐθὺς ἅπαντα συλλήβδην ἀφῃρεῖτο τὰ χρήματα. μετὰ δὲ νόμον τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔγραψε μετιόντας ὀμνύναι ἦ μὴν καθαροὺς ἀπὸ πάσης κλοπῆς σφᾶς αὐτοὺς ἔσεσθαι. καὶ μήτε τι δώσειν τῆς ἀρχῆς ἕνεκα, μήτε λήψεσθαι. ἀράς τε πάσας ἐπέβαλεν, ὅσαι πρὸς τῶν παλαιοτάτων ὠνομασμέναι εἰσίν. ἢν τις τῶν γεγραμμένων ἐκβαίη. ἀλλὰ τοῦ νόμου τεθέντος οὔπω ἐνιαυτὸν, αὐτὸς μὲν τῶν γεγραμμένων, καὶ κατηραμένων ὀλιγωρήσας, καὶ τῆς ὑπὲρ τούτων αἰσχύνης ἀδεέστερον τὰ τιμήματα τῶν ἀρχῶν, οὐκ ἐν παραβύστῳ, ἀλλ' ἐς τὸ δημόσιον τῆς ἀγορᾶς ἔπραττεν. οἱ δὲ τὰς ἀρχὰς ὠνημένοι, διώμοτοι μᾶλλον, ἢ πρότερον, πάντα ἐσύλων. ὕστερον δὲ καὶ ἄλλο τι ἐπετεχνήσατο, ἀκοῆς κρεῖσσον. τῶν ἀρχῶν, ἅσπερ ἀξιωτάτας, ἔν τε Βυζαντίῳ, καὶ πόλεσι ταῖς ἄλλαις ᾤετο εἶναι, οὐκέτι ἀπεμπολεῖν ἔγνω ἧπερ τὰ πρότερα. μισθωτοὺς δὲ διερευνώμενος, ἐχειροτόνει. τάξας αὐτοῖς, ὅτι διαμισθαρνοῦντας, ἀποφέρειν αὐτῷ τὰ χρήματα πάντα. οἱ δὲ τὴν μίσθωσιν κεκομισμένοι, ἀδεέστερον ξυμφορήσαντες ἐκ πάσης γῆς ἅπαντα ἔφερον. καὶ περιήρχετο μισθοφόρος ἐξουσία τῷ τῆς ἀρχῆς ὀνόματι καταληϊζομένη τοὺς ὑπηκόους. οὕτως ὁ βασιλεὺς ἀκριβολογούμενος τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐκείνοις ἐφίστη τοῖς πράγμασιν, οἳ δὴ πάντων κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, μιαρώτατοι ἦσαν, ἀείτε τὸ κακὸν τοῦτο ἰχνηλατῶν κατετύγχανεν.

ἡνίκα

quandoquidem eorum ſcelerum nomina iam illis induſtriæ verterentur. Verùm Iuſtinianus poſtquam horum quemque qui magiſtratus haberent, euaſiſſe opulentiſſimum obſeruaſſet, calumniis irretito omnes omnino pecunias illicò detraxit. Legem ſcripſerat, vt qui Magiſtratus, Prouinciáſque peterent, ſacramento profiterentur, nullis ſe vnquam rapinis fœdaturos, nihilque daturos pro dignitatibus, vel accepturos, qui ſecus feciſſent, diris omnibus more maiorum deuouerentur. A lata lege vix annus abierat, cùm ipſe decreto, dirarum obnunciatione, pudoréque neglectis dignitates haud obſcurè, ſed palàm in foro per ſummam impudentiam pretio diuenditaret; ac dignitatum licitatores periuri fœdiùs quàm antea omnia raperent. Demum illud etiam excogitauit, quod penè incredibile memoratu eſt; Byzantij atque municipiorum ſummos quoſque Magiſtratus haud ampliùs vænales habere collibuit; verùm quoſdam eis præficere conductitios, pacta mercede, qui omnes ad eum locorum prouentus conueherent. Illi accepto ſtipendio vndecumque terrarum per impudentiam ſúſque déque trahebant omnia, comportabántque. Videres Magiſtratum conductitium huc atque illuc oberrantem, prælatóque nomine dignitatis in prouinciales ſæuientem. In magno id ſemper negotio Iuſtinianus habuit, nec ſua illum fefellit induſtria; vt quique ſine controuerſia conſceleratiſſimi rebus præeſſent.

M 3 Cùm

Cùm ergo primùm nefarios ad dignitates euexit, eorúmque improbitatem poteſtatis licentia prodidit, perquàm mirum viſum eſt, ſi tantam ferre poſſet malignitatem humanum ingenium: at illos vbi longo interuallo ſucceſſores ſuperaſſent, quærebant homines, quî tandem viſi priores illi longè flagitioſiſſimi, ab his tantopere vincerentur, vt boni probíve ab ipſis iam factis haberi poſſent: tertij verò, & ab his alij deinceps ſic priorum debilitarunt facinora, noua robuſtioris improbitatis induſtria, vt illis optimum nomen, famámque conciliarint. Sic verò publicis graueſcentibus malis, periculo compertum eſt, nullis circumſcribi certis terminis humanam improbitatem, quæ ſi maiorum exemplo coaleſcat, atque dignitatis licentia in ſubditorum perniciem exeratur, quò tandem poſſit euadere non niſi afflictorum ærumnis perpendi queat. Romanis hoc ſtatu res Magiſtratuum fuit. Sæpe accidit, vt Hunnos in fines Romanorum prædatoria manu graſſantes, iam iámque receſſuros, Thracum, atque Illyriorum Duces aggredi conſtituerint, ſimul acceptis à Iuſtiniano ea ſuper re litteris, vtpote ſocij Imperij Romani, atque aduerſus Gotthos, alióſque Romani nominis hoſtes, bellorum participes. Barbari ea data opportunitate hoſtilẽ in modum Romanis

ἡνίκα οὖν ἅμιλλα τοὺς πρώτους πονηροὺς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς κατεστήσατο ἔς φῶς τε αὐτῶν ἡ τῆς δυνάμεως ἐξουσία τὴν κακοτροπίαν ἐξενήνοχεν, ἐθαυμάζομέν γε ὅπως δὴ κακότητα τοσαύτην ἀνθρώπου φύσις ἐχώρησεν. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς οἱ χρόνῳ τὰς ἀρχὰς ἐκδεξάμενοι πολλῷ τῷ περιόντι παρελάειν ἴσχυσαν, διηπόρουν πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, ὅντινα τρόπον οἱ πρόσθεν πονηρότατοι δόξαντες τούτῳ παραλόγῳ, ἅτε αὐτοὶ καλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ γεγονότες ἐν τοῖς σφετέροις ἐπιτηδεύμασι πρὸς τῶν ἐπιγινομένων ἡσσήθησαν. αὖθίς τε οἱ τρίτοι τοὺς δευτέρους ὑπερηκόντισαν πονηρίᾳ τῇ πάσῃ. καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι τοῖς τῶν ἐγκλημάτων καινοτομήμασιν. ὄνομα χρηστὸν τοῖς φθάσασι προσετρίψαντο. μηκυνομένου δὲ τοῦ κακοῦ, πᾶσιν ἐκμεμαθηκέναι τῷ ἔργῳ ξυνέβη, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐπ' ἄπειρον μὲν ἡ πονηρία φύεσθαι εἴωθε. μαθήσει δὲ τῶν προγεγενημένων ἐκτρεφομένη, καὶ τῇ τῆς παρρησίας ἐξουσίᾳ ἐς τὸ λυμαίνεσθαι τοῖς παραπίπτουσι ἐξαγομένη, ἐς τοσόνδε ἀεὶ ἐξικνεῖσθαι δοκεῖ, ἐς ὅσον δύναται, ἡ τῶν βλαπτομένων σταθμᾶσθαι δόξα. ῥωμαίοις μὲν οὖν τά γε ἀμφὶ τοὺς ἄρχουσιν ταύτῃ πῇ εἶχε. πολλάκις δὲ καὶ οὔννων πολεμίων στρατῷ ἀνδραποδίσασί τε, καὶ ληϊσαμένοις τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, οἱ θρᾳκῶν τε, καὶ ἰλλυριῶν στρατηγοὶ βεβουλευμένοι, ἀναχωροῦσιν ἐπιθήσεσθαι, ἀνεπήδησαν. ἐπεὶ βασιλέως ἰουστινιανοῦ γράμματα εἶδον, ἀπεῖποι οὖν τὰ σφίσι τὴν ἐς τοὺς βαρβάρους ἐπίθεσιν ἀναγκαίων αὐτῶν ἐς ξυμμαχίαν ῥωμαίοις ὄντων ἐπὶ γότθοις ἴσως, ἢ ἐπὶ ἄλλοις πολεμίων τινάς. καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ βάρβαροι οὗτοι, ἐληΐζοντο μὲν ὡς πολέμιοι, καὶ ἀνδρα-

καὶ ἠνδραποδίζοντο τοὺς τῇδε ῥωμαίους. ξὺν δὲ τῇ ἄλλῃ λείᾳ, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἅτε φίλοι, καὶ ξύμμαχοι ῥωμαίοις ὄντες ἐπ' οἴκου ἀπεκομίζοντο. πολλάκις δὲ καὶ γεωργῶν τῶν ἐνταῦθα τινὲς, παίδων τε σφετέρων, καὶ γυναικῶν πόθῳ ἐξηνδραποδισμένων ἠγμένοι, ἀθρόοι τε γεγενημένοι ἀναχωροῦσι πολλοὺς κτείναντες, αὐτῶν σὺν ἵπποις ἴσχυσαν ξὺν πάσῃ ἀφελέσθαι τῇ λείᾳ. πραγμάτων μέντοι ἐς πεῖραν ἦλθον ἐνθένδε δυσκόλων. ἐκ βυζαντίου γάρ τινες ἐσταλμένοι αἰκίζεσθαί τε αὐτῶν, καὶ λωβᾶσθαι τὰ σώματα, καὶ χρήμασι ζημίαν οὐδεμιᾷ ὀκνήσει ἠξίουν, ἕως τοὺς ἵπποις ἀποδόντας δοῖεν, οὕσπερ τοὺς βαρβάρους ἀφείλοντο. ἡνίκα δὲ βασιλεύς τε καὶ θεοδώρα τὸν καππαδόκην ἰωάννην ἀνεῖλον, ἀντικαταστῆσαι μὲν ἐς τιμὴν τὴν αὐτοῦ ἤθελον ἄνδρα δέ τινα πονηρότερον εὑρεῖν ἐπὶ κοινῆς ἐποιοῦντο, περισκοπούμενοί τε τὸ τοιοῦτο τῆς τυραννίδος ὄργανον, ἁπάσας διερευνῶντες τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας. ὅπως ἔτι θᾶσσον τοὺς ὑπηκόους ἀπολεῖν δύνωνται. ἐν μὲν οὖν τῷ παραυτίκα, θεόδοτον ἀντ' αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς κατέστησαν, ἄνδρα οὐ καλοήθη μὲν, οὐ σφόδρα δὲ ἀρέσκειν αὐτοῖς ἱκανὸν γεγονότα. ὕστερον δὲ ἅπαν διερευνώμενοι περιήρχοντο. εὗρον δὲ παρὰ δόξαν ἀργυραμοιβόν τε πέτρον ὀνόματι σύρον γένος, ὅνπερ ἐπίκλησιν βαρσυάμην ἐκάλουν. ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος κέρδη αἴσχιστα ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας. τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν εὖ μάλα τεχνάζων, καὶ τοὺς αὐτῷ ξυμβάλλοντας ἀεὶ τῷ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούων. δεξιὸς γὰρ ἦν κλέψαι μὲν τῶν αὐτῷ περιπεπτωκότων ἀναίδην, ἀλοὺς δὲ ὀμόσαι, καὶ τῶν χειρῶν τὸ ἁμάρτημα, τῷ τῆς γλώττης περικαλύψαι θράσει.

ἐν δὲ

Romanis afflictis domum ſociali ſecuritate redeunt abacta præda atque captiuis. Verùm Agreſtes liberorum atque coniugum captiuarum pietate ſtimulati, facto agmine abeuntes Barbaros inſectantur, trucidant, captíſque illorum iumentis ſarcinariis prædas redimunt. At perincommodè res hæc illis cecidit; nam Byzantio miſſi ſatellites, horum Agreſtium virgis, vulneribus cruciare corpora, fortunas atterere quoad capta Barbarorum iumenta redderentur. Poſteaquàm Iuſtinianus, Theodoráque Ioannem Cappadocem perdiderunt, ſucceſſorem loci quæſierunt alium, atque in communi exploratis ſingulorum ingeniis curarunt ſuæ tyrannidis, & ſubiectorum exitij miniſtrum hominem peruerſiſſimum. Interim Theodotum in eo gradu collocant, haud laudandis moribus virum, non iis tamen, quibus prorſus illis perplaceret. Tandem obſeruatis omnibus, fortè oblatus illis eſt Petrus quidam genere Syrus, cognomento Barſames Numularius; is apud menſam ærariam olim aſſidens, quæſtus ex ære circumforaneo fœdiſſimos fecerat, perquàm ingenioſa arte circumueniens exactores obolaribus furtis micantium digitorum celeritate interceptis; in quo tāta fuit induſtria, & impudentia, vt cùm deprehenderetur, deieraret, labentibúſque digitis caſum, & quidē audacter adſcriberet.

Hic

Hic inter Prætorianos milites adſcriptus eò improbitatis peruenit, vt Theodoræ ſi quis vnquam arrideret, facilémque ſe præberet ad viam nefariis eius conſiliis inueniendam. Quare Theodoto Cappadocis ſucceſſore à dignitate amoto, Petrum eidem præficiunt; à quo ſibi omnia ex ſententia conſtituerentur, Principio is militem ſtipendio priuare caſtrenſi nullo pudore, vel metu aliquando viſus eſt: deinde fœdiùs quàm antea vænum dignitates expoſuit; impiam negotiationem capeſſentibus pretio dedit viliore; Prouincialium fortunas, & animas, iſtorum cupiditatibus planè conceſſit, ſibi prouinciæque emptori, poſt numeratam pecuniam furandi, rapiendíve omni permiſſa poteſtate. Illud animarum pretium in Reipublicæ ærarium inferebatur. Conuenta illa de profligandis vrbibus in primariis tribunalibus, vel publico in foro agitata; ac tum in Prouinciam receſſit graſſator legitimus, nomine Collector corraſurus pecuniam pro adepta dignitate ſolutam, ſæuitia in ſontes implacabili. Tandem Petrus ex ſui officij miniſteriis, quorum plurimi erant probati, tamen improbos ipſe adhibuit; ídque non ab eo ſolùm peccatum eſt, ſed ab aliis etiam, qui cùm antea, tum poſt id temporis eam dignitatem attigêre; eadémque Magiſter officiorum commiſit, cōmiſêre Palatini largitionales, Priua

ἐν δὲ τοῖς τῶν ὑπάρχων στρατιώταις καταλεχθεὶς, ἐς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐλήλακεν, ὥστε Θεοδώρᾳ ἀρέσκειν τε ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ἐς τῶν ἀδίκων αὐτῇ βουλημάτων, ῥᾷστα ὑπουργεῖν τὰ ἀμήχανα. διὸ δὴ Θεόδοτον μὲν, ὅνπερ μετὰ τὸν Καππαδόκην καταστησάμενοι ἔτυχον τῆς τιμῆς αὐτίκα παρέλυσαν, Πέτρον δὲ ταύτῃ ἐπέστησαν, ὅσπερ αὐτοῖν διεπράξατο κατὰ νοῦν ἅπαντα. τούς τε γὰρ στρατευομένους ἀποστερῶν τὰς ξυντάξεις ἁπάσας, οὔτε αἰσχυνθεὶς, οὔτε δείσας πώποτε ὤφθη. ἀλλὰ καὶ ὠνίους τὰς ἀρχὰς ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον προὔθηκεν, ἀτιμοτέρας τε αὐτὰς καταστησάμενος ἀπεδίδοτο τοῖς ταύτην δὴ οὐκ ἀποκνοῦσιν τὴν ἀνοσίαν ἐμπορίζεσθαι πρᾶξιν. ἐφιεὶς διαῤῥήδην τοῖς τὰς ἀρχὰς ὠνησαμένοις ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς τε καὶ οὐσίαις ᾗ βούλοιντο χρήσασθαι. αὐτῷ τε γὰρ εὐθὺς, καὶ τῷ τῆς χώρας καταβεβληκότι τὸ τίμημα ἡ τοῦ συλᾶν τε καὶ ἄλλως ἁρπάζειν ἐξουσία ξυνέκειτο. καὶ προήει μὲν ἐκ τοῦ κεφαλαίου τῆς πολιτείας ἡ τῶν βίων ὠνὴ ἐπράττετό τε τὸ συμβόλαιον τῆς τῶν πολεμίων διαφθορᾶς, ἔντε τῶν δικαστηρίων τοῖς προύχουσι, καὶ τῷ δημοσίῳ τῆς ἀγορᾶς περιῆρξε. τότε λῃστὴς ἔννομος ὄνομα τὴν πρᾶξιν τιθεὶς τὴν συλλογὴν, τῶν ἐπὶ τοῖς τιμήμασι τῆς ἀρχῆς καταβεβλημένων χρημάτων οὐκ ἐχούσης τινὰ ἐλπίδα τῶν ἁμαρτανομένων ἐπιστροφῆς. καὶ πάντων δὲ τῶν τῇ ἀρχῇ ὑπηρετούντων, πολλῶν τε καὶ δοκίμων ὄντων, τοὺς πονηροὺς ἀεὶ ἐς αὐτὸν εἷλκε. τοῦτο δὲ οὐκ αὐτὸς ἐξήμαρτε μόνος, ἀλλὰ καὶ ὅσοι ταύτην πρότερόν τε καὶ ὕστερον τὴν τιμὴν ἔχον. ἡμαρτάνετο δὲ τοιοῦτο, κἂν τῇ τοῦ μαγίστρου καλουμένῃ ἀρχῇ, κἂν τοῖς παλατίνοις, οἳ δὴ ἀμφί τε τοὺς θησαυροὺς,

καὶ τὰ πρεβάτα καλούμενα, τότε παλεμόνιον ἐπιτελεῖν ἀεὶ τὴν ὑπουργίαν εἰώθασιν. ἐν πάσαις τε συλλήβδην εἰπεῖν ταῖς ἐν Βυζαντίῳ καὶ πόλεσι ταῖς ἄλλαις τεταγμέναις ἀρχαῖς. ἐξ οὗ γὰρ ὅδε ὁ τύραννος τὰ πράγματα διῳκήσατο, ἐν ἀρχῇ ἑκάστῃ σὺν τοῖς ὑπηρετοῦσι προσήκοντας πόρους, πῇ μὲν αὐτὸς, πῇ δὲ ὁ τὴν τιμὴν ἔχων προσεποιοῦντο οὐδενὶ λόγῳ. οἵ τε αὐτοῖς ἐπιτάττουσιν ὑπουργοῦντες πενόμενοι τὰ ἔσχατα πάντα τοῦτον τὸν χρόνον, δουλοπρεπέστατα ὑπουργεῖν ἠναγκάζοντο. σίτου δὲ πολλοῦ κομιδῇ ἐς Βυζάντιον κεκομισμένου, ἐσεσήπει μὲν ὁ πλεῖστος ἤδη. αὐτὸς δὲ τοῦτον πόλεσι ταῖς ἑῴαις ἐπέβαλλε κατὰ λόγον ἑκάστῃ, καίπερ οὐκ ἔχοντα ἐπιτηδείως εἰς βρῶσιν ἀνθρώπων· ἐπέβαλλέ τε, οὐχ ᾗπερ ἀποδίδοσθαι τὸν κάλλιστον σῖτον εἰώθει, ἀλλὰ καὶ πολλῷ ἀξιώτερον. ὃν τε τοῖς ὠνουμένοις ἐπάναγκες χρήματα μεγάλα προεμένοις ἐπὶ τιμήμασι φορτικωτάτοις. εἶτα τὸν σῖτον ἐς τὴν θάλασσαν ἢ ἔς τινα ὑδροχόαν ἀπορριπτεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ σίτου ἀκραιφνοῦς τε, καὶ οὔπω σεσηπότος μέγα τι πλῆθος ἐνταῦθα ἀπέκειτο. καὶ τοῦτο πλείστων τῶν πολεμίων ταῖς σίτου ὑποσπανιζούσαις ἀπεμπολεῖν ἔγνω. ταύτῃ γὰρ διπλάσια τὰ χρήματα ἐποίει. ἅπερ τοῖς ὑποτελέσι τὸ δημόσιον ὑπὲρ τούτου δὴ τοῦ σίτου τὰ πρότερα ἐλελόγιστο. ἀλλ' ἐπεὶ ἐς νέωτα οὐκέτι ὁμοίως ἡ τῶν καρπῶν φορὰ, ἢ ἀκμάζειν ἐνδεεστέρως μὲν ἢ κατὰ τὴν χρείαν ἐς Βυζάντιον ὁ σιταγωγὸς στόλος ἀφίκετο, Πέτρος τοῖς παροῦσι διαπορούμενος, ἔντε Βιθυνίᾳ, καὶ Φρυγίᾳ, καὶ Θράκῃ χωρίων πρίασθαι μέγα τι χρῆμα σίτου ἠξίου. ὃν τε ἀναγκαῖον τοῖς ταύτῃ οἰκοῦσι μέχρι μὲν ἐς τὴν θάλασσαν πόνῳ πολλῷ τὰ φορτία φέρειν. ἐς Βυζάντιον δὲ ξὺν κινδύνῳ αὐτὰ ἐσκομίζεσθαι.

Priuatianíque, ac Patrimoniales; demum omnes Vrbani, & Municipales Magistratus. Ex quo enim Tyrannus hic Rempublicam cepit, cuiusque dignitatis ministeriorum merces, vel ab eo, vel à Præfectis per scelus intercepta est; ipsíque coacti nihilominus sunt tanquá vilissima mancipia, summâ licèt pressi egestate illis imperitantibus toto hoc tempore deseruire. Frumenti Byzantium largissimè importati maxima iam pars computruerat; id ipse licèt hominibus cibo non esset, pro rata parte atque portione Ciuitatibus Orientis emendum imperat longè maiore pretio, quàm optimum quodque esset. Oppidani emptores in eam fortunam deuenerant, vt iniquo coëmptum pretio triticum, denique in mare vel cloacas abiicerent. Quod verò integrum & incorruptum, illúdque copiosissimum Byzantij seruabatur, quæ annonæ difficultate laborarent vrbibus vendendũ curat duplo, quàm frumentariis Prouinciis vectigali publico constitutum fuerat. Vbi verò proximo anno arctior annona fuit, & frumentaria classis tenuior, quàm pro necessitudine Byzantium appulit, Petrus in his angustiis remedij inops atque consilij, tamen ex Bithyniæ, Phrygiæ, Thraciæque agris magnam annonæ copiam curat exportandam, coactis colonis eam ad maritima primùm loca magno labore, deinde non minore periculo Byzantium conuehere;

pretia

N καὶ βραχέα

pretia pro re viliſſima accipere, damnum denique tam grande referre, vt potius haberent frumento publicis horreis condonato pretium inſuper duplum perſoluere. Hoc onus vocari Annona conſueuit. Cùm verò ad Vrbis neceſſitatem neque hæc ſatis frumentatio fuiſſet, plerique rem ad Imperatorem deferunt, omnéſque ferè ordines militares ære diruti tumultuantur per ciuitatem turbáſque concitant, ſic vt iratior iam illi Cæſar fieret; Magiſtratũ & iis de cauſis adempturus, & quod haud vana fama audiſſet, planè grandes ei diuitias eſſe in latebris ex peculatu. Verùm cohibuit coniugem Theodora, vt quæ Berſamem impotenter amaret, & de malis artibus, vt ego quidem reor, déque inſigni aduerſus ſubiectos ſæuitia. Nam cùm ipſa in primis eſſet animo ad crudelitatem comparato, & prorſus plena inhumanitate, ſic & moribus coniunctiſſimos vt haberet miniſtros curauit. Sed alia fama eſt; Petrum ſibi Theodoræ animum alioquin alienum præſtigiis deuinxiſſe, vtpote qui impensè operam veneficiis ac dæmonibus dediſſet, & de his ſtudiis Manichæos ſuſpiceret, eíſque palàm præſidio eſſe non dubitaret, idque licèt non ignoraret Auguſta; beneuolentiæ tamen in eum nihil remiſit; quin ea re humaniùs complectebatur, ac diligat, vt quæ ab ineunte ætate cum Magis atque veneficis (ſua huc arte adacta) conſueuerat,

huic

καὶ βραχέα μὲν τιμήματα δῆθεν τῷ λόγῳ πρὸς αὐτοὺς φέρεσθαι. τὴν ζημίαν δὲ αὐτοῖς ἐς τοσόνδε μεγέθους καθίστασθαι, ὥστε ἀγαπᾶν, ἤν τις αὐτοῖς ἐώη τόν τε σῖτον οἴκῳ δημοσίῳ χαρίζεσθαι, καὶ τίμημα ἕτερον ὑπὲρ αὐτοῦ καταθεῖναι. τοῦτο ἐστὶ τὸ ἄχθος ὅπερ καλεῖν συνωνεῖν νενομίκασιν. ἐπεὶ δὲ οὐδ᾽ ὡς σῖτος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὴν χρείαν ἱκανὸς ἐγεγόνει, πολλοὶ τὸ πρᾶγμα ἐς βασιλέα διέβαλλον. ἅμα δὲ καὶ οἱ στρατευόμενοι σχεδόν τι ἅπαντες ἅτε τὰς εἰωθυίας οὐ κεκομισμένοι ξυντάξεις, θορύβῳ τε ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ ταραχῇ πολλῇ εἴχοντο. βασιλεὺς μὲν οὖν ἤδη τε αὐτῷ χαλεπῶς ἔχειν ἔδοξε, καὶ παραλύειν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς ἤθελε διά τε ταῦτα ἅπερ ἐρρήθη, καὶ ὅτι χρήματα δαιμονίως μεγάλα ἠκηκόει αὐτῷ ἀποκεκρύφθαι, ἅπερ ἐκ τοῦ δημοσίου σεσυληκὼς ἔτυχε. καὶ ἦν δὲ οὕτως. Θεοδώρα δὲ τὸν ἄνδρα οὐκ εἴα, ἐκτόπως γὰρ τὸν Βαρσύμην ἠγάπα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τῆς τε πονηρίας ἕνεκα, καὶ τοῦ τοῖς κατηκόοις διαφερόντως λυμαίνεσθαι, αὕτη τε γὰρ ὠμοτάτη ἦν, καὶ ἀπανθρωπίας ἀτεχνῶς ἔμπλεως, καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας ἠξίου τὰ ἐς τὸν τρόπον αὐτῇ ὡς μάλιστα ἐπιτηδείως ἔχειν. φασὶ δὲ αὐτὴν καὶ καταμαγευθεῖσαν πρὸς τοῦ Πέτρου ἀκούσιον αὐτῷ εὐνοϊκῶς ἔχειν. περί τε γὰρ τὰς φαρμακείας, καὶ τὰ δαιμόνια περιέργως ἐσπουδάκει ὁ Βαρσύμης οὗτος, καὶ τοὺς καλουμένους Μανιχαίους ἐτέθη. ἐπεί τε καὶ αὐτῶν προστατεῖν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς οὐδαμῆ ἀπηξίου. καί τοι καὶ ταῦτα ἡ βασιλὶς ἀκούσασα οὐ μεθῆκε τὴν ἐς τὸν ἄνθρωπον εὔνοιαν. ἀλλὰ μᾶλλον ἔτι διὰ ταῦτα περιστέλλειν τε, καὶ ἀγαπᾶν ἔγνω. μάγοις τε γὰρ καὶ φαρμακεῦσι καὶ αὐτὴ ὁμιλήσασα ἐκ παιδός, ἅτε τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτὴν ἐς τοῦτο ἀγόντων διεβίω

πιστεύουσα

πιστεύουσά τε τῷ πράγματι τούτῳ, καὶ αὐτῷ τὸ θαρσεῖν ἐσαεὶ ἔχουσα. λέγουσι δὲ καὶ τὸν ἰουστινιανὸν οὐ τοσοῦτον θωπεύουσα χειροήθη ποιήσασθαι, ὅσον τῇ ἐκ τῶν δαιμονίων ἀνάγκῃ. οὐ γάρ τις ἦν εὔφρων, ἢ δίκαιος οὗτος ἀνὴρ, ἢ ἐς τὸ ἀγαθὸν βέβαιος, ὥστε κρείσσων ποτὲ τῆς τοιαύτης ἐπιβουλῆς εἶναι. ἀλλὰ φόνων μὲν καὶ χρημάτων ἔρωτι διαφανῶς ἥσσων. τοῖς δὲ αὐτὸν ἐξαπατῶσι καὶ κολακεύουσιν οὐ χαλεπῶς εἴκων. ἔν τε πράξεσι ταῖς μάλιστα οἱ ἐσπουδασμέναις μεταβαλλέτο τε οὐδενὶ λόγῳ, καὶ κονιορτῷ ἐνδελεχέστατα ἐμφερὴς ἐγεγόνει. ταῦτά τοι, οὐδέ τις τῶν αὐτοῦ ξυγγενῶν, ἢ ἄλλως γνωρίμων ἐλπίδα τινά ποτε ἀσφαλῆ ἐπ' αὐτῷ ἔσχεν. ἀλλὰ μεταναστάσεις αὐτῷ ἐσαεὶ τῆς ἐς τὰ ἐπιτηδεύματα ἐγίνοντο γνώμης. οὕτω τε καὶ τοῖς φαρμακεῦσιν ὅπερ ἐρρήθη εὔφοδος ὤν, καὶ τῇ θεοδώρᾳ πόνῳ οὐδενὶ ὑποχείριος ἐγεγόνει. καὶ ἀπ' αὐτοῦ μάλιστα ἡ βασιλὶς ἅτε σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα πέτρον ὄντα ὑπερηγάπα. ἀρχῆς μὲν οὖν ἧς τὰ πρότερα εἶχε, βασιλεὺς αὐτὸν παρέλυσε μόλις, θεοδώρας τε ἐγκειμένης οὐ πολλῷ ὕστερον ἄρχοντα τῶν θησαυρῶν αὐτὸν κατεστήσατο. ἰωάννην παραλύσαντα ταύτης δὴ τῆς τιμῆς. ὅσπερ αὐτὴν παρειληφὼς μησί που ὀλίγοις πρότερον ἔτυχεν. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ γεγονὼς μὲν παλαιστῖνος, πρᾶος δὲ καὶ ἀγαθὸς ἄγαν, καὶ οὐδὲ πορίζεσθαι χρημάτων ἰδικῶν πόρους εἰδὼς, οὐδὲ τῷ λυμηνάμενος πώποτε τῶν πάντων ἀνθρώπων. ἀμέλει καὶ διαφερόντως ἠγάπων αὐτὸν ὁ λεὼς ἅπας. διά τοι τοῦτο ἰουστινιανόν τε, καὶ τὴν ὁμόζυγα οὐδαμῇ ἤρεσκεν. οἵπερ ἐπειδὴ τῶν σφίσιν ὑπουργούντων, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν παρὰ δόξαν τινὰ ἴδοιεν, ἰλιγγιῶντε, καὶ δυσφορούμενοι ἐς τὰ μάλιστα πάσῃ

huic rei fidem habens, & ea nunquam non freta. Namque Iuſtiniano non tam delinimentis, quàm, vt ferunt, Dæmonum vi manſueto vſa eſt, atque tractabili. Certè vir ille neque ea ſolertia fuit, neque ingenio ad iuſtitiam, bonúmque ita compoſito, vt iis minimè pateret inſidiis, quin animo cædibus & auaritia planè proſtrato, adulationibus atque deceptionibus expoſito, & grauiſſimis in rebus facili non ſecus ac puluiſculus verſari, vt nulla propinquis vel amicis in illo firma, certáque ſpes oſtenderetur; mente denique huc atque illuc in incerto negotiorum vaga; ſanè veneficis aggredientibus, & expugnanti Theodoræ peropportunus. Quare Petrum ab his artibus inſtructum amauit Auguſta, vt quæ maximè; quem licèt Imperator vix ægrè de Prætoriana præfectura tandem dimiſiſſet, paulò pòſt nitente Theodora Ærario præfecit, ea dignitate Ioanni abrogata, qui paucis antè menſibus illam ſuſceperat. Is erat genere Palæſtinus inſigni vir manſuetudine ac probitate, qui ne in re quidem familiari inſtituere ſibi quæſtum ſciuerit, neque vllum aliquando hominum læſerit. Quare quemadmodum in oculis erat multitudinis, ita Iuſtiniano ac Theodoræ minimè gratus; qui vti quemque ex adminiſtris bonum, probúmque præter opinionem experti ſunt, hunc penitus ſtomachati, auerſatíque omni

omni curarunt ſtudio quámque citiſſimè abigendum. Ergo Petrus poſt Ioannem Ærario præfectus, magnarum omnibus fuit calamitatum autor, maxima ex parte imminuta pecunia, quæ ſubleuandis multorum rebus priſco more, inſtitutóque Cæſaris quotannis impartienda erat; ex hoc ære publico ſua ad Principem parte delata, iniquas ſibi opes hic inuenit; interim in ſqualore iacuerunt, quibus extenuata ea foret largitio. Aureum item numiſma, quod nunquam antea factitatum eſt, cudit minus, & erogauit. Hæc Magiſtratuum facies ſub hoc Principe fuit. Quemadmodum verò prædiorum poſſeſſoribus corruptum iterit rem, dicam; licèt iſtorum explicandis ærumnis vel ea ſat eſſent, quæ de Præfectis in Prouincias diſcedentibus paulo antè commemoraui; cùm ante alia omnia, quæ narraui, ij prædiorum dominos per vim diripiendos curarent. Fuit Romanis Imperatoribus mos perantiquus, vt quæ ſupereſſent æris alieni publici partes tenuiores, harum remiſſionem non ſemel, ſed iterum ac ſæpius ſubditis darent, ne qui attritis fortunis nomina hæc diſſoluendo non eſſent, perpetuò in his anguſtiis verſarentur, neve indebito exagitandi vectigales anſam Quæſtores haberent. Hic autem Princeps intra annos duos atque triginta nihil tale ſubiectis condonauit; ob id

μηχανῇ αὐτὸν ὅτι τάχιστα διωθεῖσθαι ἐν σπουδῇ ἐποιοῦντο. οὕτω γοῦν καὶ τὸν Ἰωάννην ὁ Πέτρος ἐκδεξάμενος, θησαυρῶν τε τῶν βασιλικῶν προὔστη, καὶ συμφορῶν αὖθις μεγάλων αἰτιώτατος ἅπασι γέγονεν. ἀποτεμνόμενος γὰρ τῶν χρημάτων τὸ πλεῖστον μέρος, ἅπερ ἐν παραψυχῆς λόγῳ πολλοῖς χορηγεῖσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλέως ἐκ παλαιοῦ διατέτακται, αὐτὸς μὲν τοῖς δημοσίοις οὐδέον ἐπλούτει, καὶ μοῖραν ἐνθένδε βασιλεῖ ἀνέφερεν. οἱ δὲ τὰ χρήματα περιῃρημένοι ἐν πένθει μεγάλῳ περιεκάθηντο. ἐπεὶ καὶ τὸ χρυσοῦν νόμισμα, οὐχ ᾗπερ εἰώθει ἐκφέρειν ἠξίου, ἀλλ' ἔλασσον αὐτὸ καταστησάμενος πρᾶγμα οὐδὲ πώποτε γεγονὼς πρότερον. τὰ μὲν ἀμφὶ τοῖς ἄρχουσι βασιλεῖ, ταύτῃ ποι εἶχεν. ὅπως δὲ τοὺς τὰ χωρία κεκτημένους πανταχοῦ πη διέφθειρεν ἐρῶν ἔρχομαι. ἀπέχρη μὲν οὖν ἡμῖν εἰπεῖν τῶν ἐς τὰς πόλεις ἁπάσας στελλομένων ἀρχόντων ἐπιμνησθεῖσιν οὐ πολλῷ πρότερον, καὶ τούτων δὴ τῶν ἀνθρώπων σημῆναι τὰ πάθη. πρώτους γὰρ οἱ ἄνθρωποι, οὗτοι τοὺς τῶν χωρίων κυρίους βιαζόμενοι ἐληΐζοντο, καὶ ὡς δὲ τἄλλα εἰρήσεται πάντα. πρῶτα μὲν εἰθισμένον ὂν ἐκ παλαιοῦ ἕκαστον τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔχοντα, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τοῖς τῶν δημοσίων ὀφλημάτων λειψάνοις τοὺς κατηκόους δωρεῖσθαι πάντας, τοῦ μήτε τοὺς ἀπορουμένους τε, καὶ ὅθεν ἂν ἐκτίνοιεν τὰ λείψανα ταῦτα οὐδαμῆ ἔχοντας διηνεκὲς ἀποπνίγεσθαι, μήτε τοῖς φορολόγοις σκήψεις παρέχεσθαι, συκοφαντεῖν ἐγχειροῦσι τῶν τοῦ φόρου ὑποτελῶν τοὺς οὐδὲν ὀφείλοντας, οὗτος ἐς δύο τε καὶ τριάκοντα ἐτῶν χρόνον οὐδὲν τοιοῦτο ἐς τοὺς κατηκόους εἰργάσατο.

καὶ ἀπ'

ἢ ὅτου τι προὔργου ἐς αὐτὴν γένοιτο, ἢ ὅπως σκήψεως τινὸς τὰ πρασσόμενα τυχεῖν δύναιτο. οὔτε ἄλλο τι αὐτὸν ἐσήει, ὅτι μὴ μόνη ἀφαίρεσις τῶν ἐν πάσῃ γῇ κειμένων χρημάτων. ἄρξομαι δὲ ἐνθένδε. ἀρχιερέα καθεστήσατο ἀλεξανδρεῦσιν αὐτὸς, παῦλον ὄνομα. ἐτύγχανε δὲ ῥόδων τις φοίνιξ γένος ἔχων τηνικάδε τὴν ἀλεξανδρείας ἀρχήν. ᾧ δὴ ἐπέστελλεν ἐς ἅπαντα παύλῳ ὑπηρετεῖν προθυμίᾳ τῇ πάσῃ. ὅπως δὴ ἀτελεύτητον μείνοι τῶν πρὸς αὐτοῦ ἐπαγγελλομένων μηδέν. ταύτῃ γὰρ τῶν ἀλεξανδρέων τοὺς ἑταιρίζεσθαι αὐτὸν ἐς τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον ᾤετο δυνατὸν ἔσεσθαι. ἦν δέ τις ἀρσένιος παλαιστῖνος γένος, ὅσπερ θεοδώρᾳ βασιλίδι ἐν τοῖς μάλιστα ἀναγκαιοτάτοις ἐπιτήδειος γεγονὼς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ δύναμίν τε πολλὴν καὶ μεγάλα περιβαλλόμενος χρήματα, ἐς βουλῆς ἀξίωμα ἦλθε, καίπερ μιαρώτατος ὤν. οὗτος Σαμαρείτης μὲν ἦν. τοῦ δὲ μὴ τὴν ὑπάρχουσαν προέσθαι δύναμιν, ὀνόματος ἀντιλαβέσθαι τοῦ χριστιανῶν ἔγνω. ὁ μέντοι πατήρ τε, καὶ ἀδελφὸς τῇ τούτου δυνάμει θαρροῦντες διαγεγόνασι μὲν ἐν σκυθοπόλει, περιστέλλοντες τὴν πάτριον δόξαν, γνώμῃ δὲ αὐτοῦ ἀνήκεστα τοὺς χριστιανοὺς εἰργάζοντο πάντας. διὸ δὴ οἱ πολῖται σφίσιν ἐπαναστάντες ἄμφω ἔκτειναν θανάτῳ οἰκτίστῳ. κακά τε πολλὰ ξυνηνέχθη παλαιστίνοις ἐνθένδε γενέσθαι. τότε μὲν οὖν αὐτὸν, οὐδὲ ἰουστινιανὸς, οὐδὲ βασιλὶς κακόν τι ἔδρασαν, καίπερ αἰτιώτατον γεγονότα δυσκόλων ἁπάντων. ἀπειπὼν δὲ αὐτῷ ἐς παλάτιον μηκέτι ἰέναι. ἐνδελεχέστατα γὰρ τούτου δὴ ἕνεκα πρὸς χριστιανῶν ἠνωχλοῦντο. οὗτος ἀρσένιος βασιλεῖ χαριεῖσθαι οἰόμενος, οὐ πολλῷ ὕστερον ξὺν τῷ παύλῳ

παύλῳ ἐς τὴν ἀλεξάνδρειαν στέλλεται), ὡς δὴ τά τε ἄλλα ὑπηρετήσων, καὶ τὴν ἐς τοὺς ἀλεξανδρεῖς πειθῶ συγκατεργασόμενος αὐτῷ δυνάμει τῇ πάσῃ. ἰσχυρίζετο γὰρ ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον. ἡνίκα οἱ τοῦ παλατίου ἀποκεκλεῖσθαι ξυνέπεσε, τῶν ἐν χριστιανοῖς οὐκ ἀμελέτητον γεγονέναι δογμάτων ἁπάντων. ὅπερ τὴν θεοδώραν ἠνίασεν, τὴν ἐναντίαν γὰρ ἐσκήπτετο τῷ βασιλεῖ ἐς τοῦτο ἰέναι, ὥς μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις εἰρήσεται. ἐπεὶ οὖν ἀλεξανδρεῦσιν ἐγένοντο, διάκονόν τινα ψόην ὄνομα, ῥόδωνι παῦλος παρέδωκε τεθνηξόμενον. φάσκων δὴ αὐτὸν μόνον οἱ αὐτῷ ἐμποδὼν ἵστασθαι, τοῦ μὴ τὰ βασιλεῖ δεδογμένα ἀποτελέσαι. τοῖς δὲ βασιλέως γράμμασι ῥόδων ἠγμένος, συχνοῖς τε οὖσι, καὶ λίαν σπουδαίοις, αἰκίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔγνω. ὃς ὑπὸ τῆς βασάνου κατατεινόμενος αὐτίκα θνήσκει. ἅπερ ἐπεὶ ἐς βασι ** ἐγκειμένης ἰσχυρότατα τῆς βασιλίδος, ἅπαντα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ παύλῳ τε, καὶ ῥόδωνι, καὶ ἀρσενίῳ αὖθις ἐκίνει. ὥσπερ τῶν πρὸς αὐτοῦ τούτοις δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐπηγγελμένων ἐπιλελησμένος ἁπάντων. λιβέριον οὖν τὸν ἐκ ῥώμης ἄνδρα πατρίκιον καταστησάμενος ἐπὶ τῆς ἀλεξάνδρου ἀρχῆς, καὶ τῶν δοκίμων ἱερέων τινὰς ἐς τὴν ἀλεξανδρέων ἔστειλε τὴν τοῦ πράγματος ποιησομένους διάγνωσιν, ἐν οἷς καὶ ὁ ῥώμης ἀρχιδιάκονος πελάγιος ἦν τοῦ βιγιλίου τοῦ ἀρχιερέως ὑποδὺς πρόσωπον, ἐπιτεταγμένον οἱ τοῦτό γε πρὸς τοῦ βιγιλίου, τοῦ τε φόνου ἐληλεγμένου, παῦλον τῆς ἱερωσύνης αὖθις καθεῖλον, φυγόντα δὲ ῥόδωνα ἐς βυζάντιον, τήν τε κεφαλὴν ἀφείλετο ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰ χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἀνάγραπτα ἐποιήσατο, καίπερ τρεισκαίδεκα ἐπιστολὰς τοῦ ἀνθρώπου ἐνδειξαμένου, ἅσπερ αὐτῷ βασιλεὺς ἔγραψε σπουδάζων τε, καὶ διατεινόμενος ἄγαν, ἐπαγγέλλων τε ἅπαντα τῷ παύλῳ

Paulo Alexandriam venit, cùm ad alia præstò illi futurus, tum ad alliciendos omni studio Alexandrinos. Nam quandiu Regia exclusus est, tandiu se Christianorum dogmatibus operam nauasse affirmabat; in quo planè Theodoram offendit, quæ contrariis Cæsari studiis, vt infrà dicam, ea in re niti visa est. Vbi Paulus Alexandriam tenuit, Psoëm Diaconum Rhodoni Præfecto necandum tradit, quem vnum peragendis Cæsaris imperatis, obicem se pati diceret. Imperatoris crebris illis, & perquàm studiosis litteris Rhodo permotus vapulare hominem iubet, qui cruciatu confectus periit. Quod vt Iustinianus accepit, summa ope Theodora nitente, omnia in Paulum, Rhodonem, atque Arsenium mouebat animo, quasi verò iam imperata viris oblitus. Liberium Patricium Romanum Alexandriæ præficit; Antistites viros probatos Alexandriam de causa cognituros mittit: inter hos fuit Pelagius Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, qui Vigilij Pontificis ab eodem iussus, personam sustineret. Paulus homicidij conuictus, Sacerdotio deturbatur; Rhodonem Byzantij perfugam Cæsar capite plectit, publicátque bona; quamquam ab eo ternis denis prolatis epistolis, quibus à Cæsare grauissimis verbis etiam atque etiam iussus fuerat Paulum

præci

præcipientem audire, contráque nihil dicere, vt de religione, quæ visa essent, re ille perficeret. Arsenium Liberius ex Theodoræ præcepto in crucem agit; Iustinianus nihil nisi consuetudinem causatus, quæ illi cum Paulo fuisset, etiam facultates proscripsit. Rectè ille hæc an secus, parum compertum habeo; sed quorsum hæc spectet narratio, iam dico. Paulus haud diu fuit cùm Byzantium appulit, rogaturus Imperatorem, & pondo septies centum auri oblaturus, vt in Sacerdotium restitueretur, à quo se per iniuriam deiectum contendebat. Pecuniam Iustinianus accepit, Paulúmque comiter & perhonorificè habuit, eúmque propediem Antistitem Alexandrinis (licèt alteri Sacerdotium id esset) restituendum affirmabat, quasi non à se de viris illius contubernalibus, & auxiliariis pecunia & capite anquisitum. Ea verò cùm Cæsarem cura studiúmque vehementer intentum haberet, nemini iam dubium erat, quin Sacerdotium Paulus esset consecuturus. Verùm enimverò Principi id imperanti haud quaquam Vigilius (qui per id tempus Byzantij versabatur) concedendum censuit, neque de sententia à se nimirum per Pelagium lata decedendum. Sic omnibus in negotiis vni pecuniæ corradendæ Iustinianus intentus erat. Simile quid narrare lubet: Faustinus quidam in Palæstina Samaritis parentibus,

maiori

ὑπηρετεῖν ἐπιτάττοντι, καὶ μηδ᾽ ὁποιοῦν ἀντιτείνειν. ὅπως ἐπὶ τῇ δόξῃ ἐπιτελέσαι τὰ δόξαντα δυνατὸς εἴη. Ἀρσένιόν τε Λιβέριος γνώμῃ Θεοδώρας ἀνεσκολόπισε, καὶ αὐτοῦ τὰ χρήματα δημοσιοῦν βασιλεὺς ἔγνω, καίπερ οὐδὲν αὐτῷ ἐπεγκαλεῖν ἔχων, ἢ ὅτι ξὺν τῷ Παύλῳ δίαιταν εἶχε. ταῦτα μὲν οὖν εἴτε ὀρθῶς, ἤτε ἄλλῃ πῃ αὐτῷ εἴργασται, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ὅτου δὲ δὴ ἕνεκα ταῦτά μοι εἴρηται αὐτίκα δηλώσω. ὁ Παῦλος χρόνῳ τινὶ ἐς Βυζάντιον ἥκων, ἑπτά τι χρυσοῦ κεντηνάρια τῷ βασιλεῖ τούτῳ προτεινόμενος, ἠξίου τὴν ἱερωσύνην ἀπολαβεῖν, ἅτε αὐτὴν οὐδενὶ νόμῳ ἀφῃρημένος. Ἰουστινιανὸς δὲ τά τε χρήματα ἐδέξατο πρᾴως, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐν τιμῇ εἶχεν, ἀρχιερέα τε ὡμολόγησεν Ἀλεξανδρεῦσιν αὐτὸν καταστήσεσθαι αὐτίκα δὴ μάλα, καίπερ ἑτέρου τὴν τιμὴν ἔχοντος. ὥσπερ οὐκ εἰδὼς ὅτι δὴ οὗ αὐτῷ ξυνοικήσοντάς τε, καὶ ὑπουργεῖν τετολμηκότας, ἔκτεινέ τε αὐτοὺς καὶ τὰς οὐσίας ἀφείλετο. ὁ μὲν οὖν Σεβαστὸς ἐς ἄγαν διατεινόμενος τὸ πρᾶγμα ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο. Παῦλος δὲ διαρρήδην ἐπίδοξος ἦν τὴν ἱερωσύνην ἀπολήψεσθαι μηχανῇ τῇ πάσῃ. ἀλλὰ Βιγίλιος τηνικάδε παρὼν, εἴκειν βασιλεῖ τῷ τοιοῦτον ἐπιτάττοντι οὐδαμῇ ἔγνω. ἔφασκε γὰρ οὐχ οἷός τε εἶναι ψῆφον τὴν οἰκείαν αὐτὸς ἀνάδικον διεργάσασθαι, τὴν Πελαγίου παραδηλῶν γνῶσιν. οὕτως ἄλλου οὐδενὸς τῷ βασιλεῖ τούτῳ, ὅτι μὴ χρημάτων ἀφαιρέσεως ἀεὶ ἔμελλεν. εἰρήσεται δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε. Φαυστῖνός τις ἦν, Παλαιστῖνος γένος, Σαμαρείτης μὲν γεγονὼς ἄνωθεν,

ὀνόματι

ὀνόματος δὲ τοῦ χριστιανῶν ἀντιλαμβανόμενος ἀνάγκῃ τοῦ νόμου. οὗτος ὁ Φαυστῖνος ἐς βουλῆς ἀξίωμα ἦλθε, καὶ τῆς χώρας τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. ὅνπερ αὐτὸν παραλυθέντα οὐ πολλῷ ὕστερον ἔς τε τὸ βυζάντιον ἥκοντα, τῶν τινὲς ἱερέων διέβαλλον, ἐπενεγκάμενοι ὡς Σαμαρειτῶν νόμιμα περιστέλλει, καὶ χριστιανοὺς δράσειε τοὺς ἐν παλαιστίνῃ ᾠκημένους ἀνόσια ἔργα. ἰουστινιανὸς δὲ ἀγριαίνεσθαί τε, καὶ δεινὰ ποιεῖν διὰ ταῦτα ἐδόκει. ὅτι δὴ αὐτοῦ τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν ἔχοντος, τὸ τοῦ χριστοῦ ὄνομα ὑφ᾽ ὁτῳοῦν διασύροιτο. οἱ μὲν οὖν τῆς συγκλήτου βουλῆς τὴν διάγνωσιν πεποιημένοι τοῦ πράγματος, φυγῇ τὸν Φαυστῖνον ἐζημίωσαν, βασιλέως ἐγκειμένου σφίσι. βασιλεὺς δὲ πρὸς αὐτοῦ χρήματα, ὅσα ἐβούλετο κεκομισμένος, ἀνάδικα εὐθὺς τὰ δεδικασμένα ἐποίησε. Φαυστῖνος δὲ αὖθις τὸ πρότερον ἀξίωμα ἔχων, βασιλεῖ τε ὡμίλει, ἐπίτροπός τε καταστὰς τῶν ἐκ παλαιστίνης τε καὶ φοινίκης βασιλικῶν χωρίων, ἀδεέστερον ἅπαντα κατειργάζετο ὅσα οἱ αὐτῷ βουλομένῳ εἴη. ὅντινα μὲν οὖν ἰουστινιανὸς τρόπον τὰ χριστιανῶν δικαιώματα περιστέλλειν ἠξίου, καίπερ οὐ πολλῶν εἰρημένων ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶνδε βραχέων ὄντων, τεκμηριοῦν ἐστίν. ὅπως δὲ καὶ τοὺς νόμους οὐδεμιᾷ ὀκνήσει κατέσειε χρημάτων κειμένων, βραχυτάτῳ δηλωθήσεται λόγῳ. πρίσκος τις ἐν τῇ ἐμεσηνῶν ἐγένετο πόλει. ὅσπερ ἀλλότρια γράμματα μιμεῖσθαι εὐφυῶς ἐξηπίστατο, τεχνίτης τε ἦν περὶ τὸ κακὸν τοῦτο δεξιὸς ἄγαν. ἐτύγχανε δὲ ἡ τῶν ἐμεσηνῶν ἐκκλησία. τῶν τινὸς ἐπιφανῶν κληρονόμος γεγενημένη χρόνοις ποσὶ πολλοῖς ἔμπροσθεν ἤδη. οὗτος ἀνὴρ πατρίκιος ἦν τῷ ἀξιώματι, μαμμιανὸς δὲ ὄνομα, γένει λαμπρὸς, καὶ περιουσίᾳ χρημάτων. ἐπεὶ οὖν ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος

maioribúſque natus Chriſtianum nomen legis prætulit neceſſitate; lectus in Senatum eum Proconſulatum obtinuit; quem vbi poſt paulò depoſuit, Byzantij à Sacerdotibus diſſimulatæ Samaritarum ſectæ, & in prouinciales Chriſtianos ſæuitiæ ac impietatis fit reus. Ergo impotenti furore Iuſtinianus concitatus, ſuam credit calamitatem, quòd Chriſtianum nomen, Romanorum Principe ſe, à quoquam traducatur. Cauſa in Senatu cognita, Fauſtinus, inſtante Cæſare, ex Senatuſconſulto exulatum abibat. Sed interim Princeps quanta libuit maxima corruptus pecunia, iudicium reſcidit; móxque Fauſtinus eandem ſuſtinere dignitatem, actitare cum Auguſto, agros in Palæſtina, & Phœnicia Cæſarianos procurare, omnia ſecurè, pérque libidinem gerere. Pauca quidem hæc, ex quibus intelligere tamen liceat, vt Iuſtiniano libuit Chriſtianorum ſanctiones peruertere; nam de abolitis pecunia legibus breuiſſima narratione dicam. Priſcus quidam apud Emeſenos fuit, alienæ manus perquàm ingenioſè mentiendæ peritus, eiúſque fraudis planè idoneus artifex. Porrò Emeſenorum Eccleſiam annis antea non paucis hæredem inſtituerat Mammianus vir clariſſimus Patricia dignitate, genere, & diuitiarum copia illuſtris. Iuſtiniano poſtea Principe,

Priſcus cenſum familiarum eius vrbis habet, quæcumque florerent opibus, ac ditiſſimæ prædæ eſſe poſſent; harum diligēter obſeruat maiores, quorum tabulas ſibi cōquiſierat; eorúmque nomine complures conficit libellos, quibus grandē pecuniam à Mammiano apud ſe depoſitam accepiſſe, eidémque debere ſe illi faterentur. Crediti verò inanibus illis libellis auri ſumma decem millia pondo colligebat. Denique publici Tabellionis viri fide & virtute conſpicui, qui ſuperſtite Mammiano ciuibus tabulas conficiebat, ſuáque manu conſignabat, litteras mirum in modum imitatus, ſic eos libellos Emeſenorum Eccleſiæ procuratoribus tradit; qui partem acquirendæ pecuniæ, quę illum maneret, pollicerentur. Verùm obſtante lege, quæ reliquas omnes actiones ad tricenariam præſcriptionem prolatat, & quas hypothecarias dicunt, nonnullâſque alias quadragenaria excludit exceptione; id ineunt conſilij. Pergunt Byzantium ire, vim auri Cæſari deferunt, rogántque vt ſibi eſſe præſtò velit ad tantam ciuium perniciem. Ille accepta pecunia mox legem ſcribit, vt actiones quæ Eccleſiis competerent, non ſtati temporis, ſed centum annorum præſcriptione excluderentur; idque non Emeſæ duntaxat, ſed in vniuerſo Romano Imperio perinde valeret.

Ac

ὁ πρίσκος διερευνησάμενος πόλεως τῆς εἰρημένης τὰς οἰκίας πάσας, εἴ τι ὀξέ τε πλούτῳ ἀκμαζούσας, καὶ πρὸς ζημίαν χρημάτων μεγάλων διαρκῶς ἐχούσας, τούτων διερευνησάμενος ἐς τὸ ἀκριβὲς τοὺς προπάτορας, γράμμασιν αὐτῶν παλαιοῖς ἐντυχὼν, βιβλίδια πολλὰ ὡς παρ' ἐκείνων γεγραμμένα πεποίηται. ὁμολογούντων πολλὰ χρήματα τῷ μαμμιανῷ ἀποδώσειν, ἅτε παρακαταθήκης λόγῳ ταῦτα πρὸς ἐκείνου κεκομισμένων τό τε ὡμολογημένων. ἐν τούτοις δὴ τοῖς καταπλάστοις γραμματίοις, χρυσίον ξυνῄει, οὐχ ἧσσον ἢ ἐς ἑκατὸν κεντηνάρια καὶ ἀνδρὸς δέ τινος, ὅσπερ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τηνικάδε τοῦ χρόνου καθήμενος, ἡνίκα ὁ μαμμιανὸς περιῆν δόξαντε πολλὴν, ἐπί τε ἀληθείᾳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἔχων, ἅπαντα ἐπελέγετο τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον οἰκείοις ἐπισφραγίζων αὐτοῦ γράμμασιν, ὅνπερ ταβελλίωνα καλοῦσι ῥωμαῖοι, τὰ γράμματα δαιμονίως μιμησάμενος τοῖς διοικουμένοις τὰ πράγματα τῶν ἐμεσηνῶν ἐκκλησίας παρέδωκεν. ὡμολογηκότων μοῖραν αὐτῷ τινὰ κεῖσθαι τῶν ἐνθένδε πορισθησομένων χρημάτων. ἐπεὶ δὲ ὁ νόμος ἐμποδὼν ἵστατο, τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἁπάσας ἐς τριακοντούτην παράγραφον ἄγων, ὀλίγας δὲ ἄλλας, καὶ τὰς ὑποθηκαρίας καλουμένας τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν μήκει ἐκκρούων, μηχανῶνται τάδε. ἐς βυζάντιον ἀφικόμενοι, καὶ χρήματα μεγάλα τῷ βασιλεῖ τούτῳ προέμενοι, ἐδέοντο σφίσι τὸν τῶν πολιτῶν ὄλεθρον οὐδὲν ὠφεληκότων ξυγκατεργάζεσθαι. ὁ δὲ τὰ χρήματα κεκομισμένος μελλήσει οὐδεμιᾷ νόμον ἔγραψεν, οὐ χρόνοις τὰς ἐκκλησίας τοῖς καθήκουσιν, ἀλλ' ἐνιαυτῶν ἑκατὸν πλήθει δικῶν τῶν αὐταῖς προσηκουσῶν ἀποκεκλεῖσθαι. καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἐμέσῃ μόνον κύρια εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν ῥωμαίων ἀρχήν.

ἐμεσηνοῖς

ἐμεσηνοῖς τε τὸ πρᾶγμα τοῦτο διαιτᾶν ἔταξε λογγῖνόν τινα δραστήριόν τε ἄνδρα, καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρὸν ἄγαν. ὃς καὶ τὴν τοῦ δήμου ἀρχὴν ἐν βυζαντίῳ ὕστερον ἔσχεν. οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας τὰ πράγματα διοικούμενοι, τὰ μὲν πρῶτα τῶν τινὶ τῶν πολιτῶν δίκην κεντηναρίων ἐκ βιβλίων τῶν εἰρημένων λαχόντες δυοῖν, κατεδικάσαντο τοῖς ἀνθρώποις εὐθὺς, ὅτι καὶ ἀπολογήσασθαι οὐδαμῆ ἔχοντας, διά τε χρόνου τοσόνδε μῆκος, καὶ ἄγνοιαν τῶν τότε πεπραγμένων. ἐν πένθει δὲ μεγάλῳ ἐκάθηντο, οἵ τε ἄλλοι ξύμπαντες ἄνθρωποι ὁμῶς τοῖς συκοφάνταις ἐγκείμενοι, καὶ πάντων μάλιστα οἱ τῶν ἐμεσηνῶν λογιώτατοι. τοῦ δὲ κακοῦ ἐς τοὺς πλείστους ἤδη τῶν πολιτῶν ἐπιρρέοντος, προμήθειάν τινα τοῦ θεοῦ ξυνηνέχθη γενέσθαι τοιάνδε. πρίσκον ὁ λογγῖνος τὸν τοῦτο δὴ τὸ σκαιώρημα ἐργασάμενον, ἅπαντα ὁμοῦ κομίζειν οἱ τὰ γράμματα ἐκέλευσεν, ἀναδυόμενόν τε τὴν πρᾶξιν ἐρράπισε δυνάμει τῇ πάσῃ. ὁ δὲ ἀνδρὸς ἰσχυροῦ λίαν τὴν πληγὴν οὐδαμῆ ἐνεγκὼν, ἔπεσεν ὕπτιος. τρέμων δὲ ἤδη, καὶ περιδεὴς γεγονὼς, ὅλως τε λογγῖνον ᾐσθῆσθαι τὰ πεπραγμένα ὁμολογῶν. οὕτω τε τῆς σκαιωρίας ἁπάσης ἐς φῶς ἐνεχθείσης τὴν συκοφαντίαν πεπαῦσθαι ξυνέβη. ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἐς τοὺς νόμους ἀεὶ, καὶ καθεκάστην εἰργάζετο τοὺς ῥωμαίων. ἀλλὰ καὶ οὓς ἑβραῖοι τιμῶσι καταλύειν οὐδὲ βασιλεὺς ἐν σπουδῇ εἶχεν. ἣν γάρ ποτε αὐτοῖς ἐπανιὼν ὁ χρόνος τὴν πασχαλίαν ἑορτὴν πρὸ τῶν χριστιανῶν ἀγαγὼν τύχοι, οὐκ εἴα ταύτην τοὺς ἰουδαίους καιροῖς τοῖς καθήκουσιν ἄγειν. οὐδέ τι ἐν ταύτῃ δεξιοῦσθαι τῷ θεῷ, ἢ ἐπιτελεῖν τῶν ἐν σφίσιν αὐτοῖς νομίμων.

Ac tum mittit Longinum virum induſtrium & corpore ſtrenuum (qui poſtmodum egit Vrbis Præfectum) ius illud Emeſenis dicturum, firmaturúmque. Principio quidem ex confictis illis libellis Emeſenorum Eccleſiæ procuratores, cùm in nonnullos ciues cauſam bis centum auri pondo tenuiſſent, eos illicò condemnarunt; quibus ex tanta temporum diſtantia, atque nocte rerum olim geſtarum, nulla defenſio ſuppeteret. Quamobrem cùm alij, tum Emeſenorum primores in magno mœrore iacebant, ſuccenſebántque calumniatoribus. Sed cùm iam pars maxima ciuium in id exitij veniret, rem ita Deus eſt moderatus. Priſco huiuſce fraudis autori, vt ad ſe omnes libellos deferret, Longinus imperat; atque rem detrectanti magna impingit alapam vi; ille ictu fortis dexteræ afflictus ſupinus concidit, treménſque ac pauidus, rémque odoratum Longinum ratus fatetur fraudem; ſic verò totius rei ſcena detecta, deſitum calumniis eſt. Non Romanorum leges modò, ſic diebus fermè ſingulis accepit Iuſtinianus; ſed eas etiam, quas Hebræi venerantur, euertendas curauit. Si quando enim Paſchatis celebritatem antè illis quàm Chriſtianis recurrens annus fortè reduceret, haud ſtatuto tempore eam agere, vel honores Deo deferre, vel legitimas religiones perficere permittebantur.

Quin

Quin pleroſque eo tempore agnina paſtos in crimen violatæ Reipublicæ adductos, pecunia ingenti Magiſtratus puniuit. Iuſtiniani facinora huius generis infinita mihi planè comperta prætereo, vt & modum huic hiſtoriæ finémque faciam, & quod viri illius ingenium ſatis hiſce declaratum exiſtimem. Quod verò diſſimulator fuerit, ac verſipellis, iam dico. Liberio, de quo paulo antè memoratum, quem gerebat Magiſtratum aboleuit, Ioanne Ægyptio cognométo Laxarione in eius locum ſuffecto. Qua cognita re Pelagius, cui cum Liberio ſumma intercedebat neceſſitudo, Cæſarem percontatur, quæ fides eſſet famæ de Laxarione vulgatæ? Ille ſtatim rem inficiatus litteras Pelagio tradit, quibus Liberius firmam habere prouinciam, neutiquam deponere iubetur, de illo abrogando non eſſe in præſentia mentem ſibi. Cæterùm Byzantij erat Ioannis auunculus Eudæmon, vir conſularis, opulentus, Cæſaris bonorum procurator; his ille quoque auditis, Imperatorem ſciſcitatur, num integer nepoti Magiſtratus maneret; ille diſſimulatis ad Liberium datis epiſtolis Ioanni ſcribit, iubétque ſtrenuè prouinciam inſiſtere, à ſe nihil ſtatutum contra. His fretus Ioannes, Liberio præcipit (quippe à Magiſtratu ſubmoto) Prætorio excedat; renuit Liberius, prætendítque Cæſaris & ipſe diploma.

Ergo

πολλούς τε αὐτῶν ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τεταγμένοι, ἅτε παραβαλείων κρεῶν ἐν τούτῳ γευσαμένοις τῷ χρόνῳ, τῆς ἐς τὴν πολιτείαν παρανόμως ὑπάγοντες χρήμασιν ἐζημίουν πολλοῖς. ἔργα μὲν οὖν καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἰουστινιανοῦ ἀνάριθμα ἐξεπιστάμενος, οὐκ ἄν τι ἐνθείην. ἐπεὶ πέρας δοτέον τῷ λόγῳ. ἀποχρήσει γὰρ καὶ δι' αὐτῶν τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἦθος σημῆναι. ὅτι δὲ εἴρων τε, καὶ κατάπλαστος ἦν, αὐτίκα δηλώσω. τὸν λιβέριον τοῦτον, οὗπερ ἐμνήσθην ἀρτίως παραλύσας ἧς εἶχεν ἀρχῆς, ἰωάννην ἀντ' αὐτοῦ κατεστήσατο αἰγύπτιον γένος, ἐπίκλησιν λαξαρίωνα. ὅπερ ἐπεὶ πελάγιος ἔγνω λιβερίῳ φίλος ἐς τὰ μάλιστα ὤν, τοῦ αὐτοκράτορος ἀνεπυνθάνετο, εἴπερ ὁ ἀμφὶ λαξαρίωνα λόγος ἀληθὴς εἴη. καὶ ὃς εὐθὺς ἀπηρνήσατο μηδὲν πεπρᾶχθαι τοιοῦτο ἀπισχυρισάμενος. γράμματά τε αὐτῷ πρὸς λιβέριον ἐνεχείρισεν, ἐντελλόμενος βεβαιότατα τῆς ἀρχῆς ἔχεσθαι. καὶ μηδενὶ αὐτῆς τρόπῳ μεθίεσθαι. οὐ γὰρ ταύτης ἐθέλειν ἐν τῷ παρόντι αὐτὸν παραλῦσαι. ἦν δέ τις τῷ ἰωάννῃ ἐν βυζαντίῳ θεῖος, εὐδαίμων ὄνομα, ἔστε τὸ τῶν ὑπάτων ἀξίωμα ἥκων, καὶ χρήματα περιβεβλημένος πολλά, ἐπίτροπος τέως τῆς βασιλέως οὐσίας ἰδίας. οὗτος εὐδαίμων ἐπειδὴ ταῦτ' ἠκηκόει, ἅπερ ἐρρήθη, καὶ αὐτὸς βασιλέως ἀνεπυνθάνετο, εἰ ἐν βεβαίῳ τῷ ἀδελφῷ τὰ τῆς ἀρχῆς εἴη. ὁ δὲ ὅσα οἱ πρὸς βελισάριον ἐγέγραπτο ἀρνησάμενος, πρὸς τὸν ἰωάννην γράμματα γράψας, ἀντιλαβέσθαι τῆς ἀρχῆς δυνάμει τῇ πάσῃ ἐπέστελλεν. οὐδὲ γὰρ οὔτ' αὐτῷ νεώτερον ἀμφ' αὐτῇ βεβουλεῦσθαι.

οἶσπερ

οἷσπερ ὁ ἰωάννης ἀναπεισθεὶς, λιβέριον ἀναχωρεῖν ἐκ τοῦ τῆς ἀρχῆς καταγωγίου ἅτε αὐτῆς παραλελυμένον ἐκέλευεν. λιβέριος δὲ αὐτοῦ πείθεσθαι οὐδαμῆ ἔφασκεν, ἡγμένος δηλονότι τοῖς βασιλέως καὶ αὐτοῖς γράμμασιν. ὁ μὲν οὖν ἰωάννης τοὺς οἱ ἑπομένους ὁπλίσας, ἐπὶ τὸν λιβέριον ᾔει. ὁ δὲ ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, εἰς ἀντίστασιν ᾔει, μάχης τε γενομένης, ἄλλοι τε πολλοὶ πίπτουσι, καὶ ἰωάννης αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων. εὐδαίμονος οὖν ἰσχυρότατα ἐγκειμένου, μετάπεμπτος εὐθὺς ἐς βυζάντιον ὁ λιβέριος ἦν. ἥ τε σύγκλητος βουλὴ τὴν διάγνωσιν ποιουμένη τῶν πεπραγμένων, ἀπεψηφίσατο τοῦ ἀνθρώπου. ἐπεὶ αὐτοῦ οὐκ ἐλθόντος, ἀλλ' ἀμυνομένου, τὸ μίασμα ξυνηνέχθη γενέσθαι. βασιλεὺς μέντοι οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως αὐτὸν ἐζημίωσε χρήματα λάθρα. οὕτω μὲν οὖν ἰουστινιανὸς ἀληθίζεσθαί τε ἠπίστατο, καὶ εὐθύγλωσσος ἦν. ἐγὼ δὲ πάρεργόν τι τοῦδε τοῦ λόγου εἰπεῖν οὐκ ἀπὸ τοῦ καιροῦ οἴομαι εἶναι. ὁ μὲν γὰρ εὐδαίμων οὗτος ἐτελεύτησεν οὐ πολλῷ ὕστερον. ξυγγενῶν μὲν οἱ ἀπολελειμμένων πολλῶν, οὔτε διαθήκην τινὰ διαθέμενος, οὔτε τι ἄλλο τὸ παράπαν εἰπὼν, ὑπὸ χρόνον τε τὸν αὐτὸν, καί τις ἄρχων γεγονὼς τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ὄνομα εὐφρατᾶς ἀπελύθη τοῦ βίου, ἀδελφιδοῦν μὲν ἀπολιπὼν, οὐδὲν δὲ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ διαθέμενος τῇ αὐτοῦ πολλῇ ἐς ἄγαν οὔσῃ. ἄμφω δὲ βασιλεὺς τὰς οὐσίας ἀφείλετο, κληρονόμος γεγενημένος αὐτόματος, καὶ οὐδὲ τριώβολον τινὶ τῶν νομίμων κληρονόμων προέμενος. τοσαύτῃ αἰδοῖ ἔς τε τοὺς νόμους, καὶ τῶν ἐπιτηδείων τοὺς ξυγγενεῖς ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐχρῆτο. οὕτω καὶ τὰ εἰρηναίου πολλῷ ἔμπροσθεν τελευτήσαντος δικαιώματα, οὐδ' ὁπουοῦν ἐπ' αὐτοῖς ἔχων, ἀφείλετο. τούτων δὲ τὸ ἐχόμενον ὑπὸ χρόνον τε τὸν αὐτὸν γεγονὸς, οὐκ ἂν σιωπῴην. ἀνατόλιός τις ἦν ἐν ἀσκαλωνιτῶν λευκώματι τὰ πρωτεῖα ἔχων. τούτου τὴν παῖδα γαμετὴν γυναῖκα, τῶν τις

Ergo Ioannes armato ſatellite Liberium impetit; is contrà ſuo ſe ſatellitio defenſat; pugna committitur, alij aliò cadunt, & Ioannes, cui decreta prouincia. Tum Eudæmone pertinaciter inſiſtente, Byzantium Liberius arceſſitur; cognoſcit cauſam Senatus, abſoluítque virum cædis, inuitè & ad defenſionem patratæ. Non priùs Cæſar deſtitit, quàm eundem occultè pecunia damnauit: ſic erat Iuſtinianus veritatis cultor & amicus. Sed haud eſſe ab re arbitror, hanc veluti hiſtoriæ huius appendicem addere. Eudæmon hic frequenti numero propinquorum relicto, paulo poſt inteſtatus deceſſit; ac ferè ſub idem tempus obiit Euphratas Eunuchorum palatij princeps, ſororis filio ſuperſtite, réque familiari ſanè ampliſſima minimè conſtituta; actis bonorum vtriuſque rapinis volũtarium hæredem ſe Cæſar ſcribit, legitimis hæredibus ne conceſſo quidem triobolo; eâ fuit in leges, in familiarium propinquos modeſtiâ. Sic etiã Irenæi diu antea demortui nullo iure fortunas diripuit. Hoc item per idem tempus accidit, quod minimè prętererim. Anatolius quidam Aſcalonæ fuit in albo Senatorio facilè princeps, huius filiam hæredem, quæ vna illi fuerat,

Mammi

Mammilianus Cæſarienſium nobiliſſimus ſibi vxorem adiunxerat. Cæterùm priſca lex eſt, vt cuiuſlibet Ciuitatis Senatorum, qui maribus abſque liberis diem obiiſſent, quarta bonorum parte Senatui addicta, hæredibus cætera fruenda ſupereſſent. Hic etiam ſui ſpecimen dedit Imperator lata nuper planè illi contraria lege: Vt extincto maribus abſque liberis Senatore, quartam hæredes haberent, reliqua ferret Ærarium atque Senatus; quamquam poſt genus humanum natum nullæ vel in publicum, vel in Cæſaris Ærarium illatæ Senatorum facultates. Hoc decreto, Anatolius diem vitæ ſupremum egit; hæreditatem ex lege Ærario, & Curiæ filia deſtinauit, acceptis ab Imperatore, & Aſcalonæ Senatu tabulis, quibus eam controuerſia hac ſuper re liberarent, debitámque pecuniam ad plenum acceptam eidem referrent. Demum ceſſit è vita Mammilianus Anatolij gener relicta filia paternæ facultatis hærede, quæ ex optimatibus cuidam nupta, nulláque ſuſcepta prole, denique matrima interiit. Huius omnia bona Iuſtinianus adimit, præclara illa voce pronuntiata, Anatolij filiam iam ſenem parentis atque mariti fortunis diteſcere, flagitium eſſe. At ne

τῶν τῆς καισαρέων πεποίηται, μαμιλιανὸς ὄνομα, οἰκίας ἐπιφανοῦς ἄγαν. ἦν δὲ ἡ κόρη ἐπίκληρος, ἐπεὶ μόνης αὐτῆς ἀνατόλιος ἐγεγόνει πατήρ. νόμῳ δὲ ἄνωθεν διωρισμένον, ἐπειδὰν βουλευτὴς τῶν τινὸς πόλεων, οὐκ ἀπολελειμμένων οἱ παίδων γόνου ἄρρενος ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθείη, τῶν ἀπολελειμμένων ὑπὸ τούτου χρημάτων, τὸ μὲν τεταρτημόριον δίδοσθαι τῷ τῆς πόλεως βουλευτηρίῳ, πάντων δὲ τῶν ἄλλων τοὺς κληρονόμους τοῦ τετελευτηκότος ἀπόνασθαι, γνώρισμα ἤθους τοῦ οἰκείου κἀνταῦθα ὁ αὐτοκράτωρ ἐνδεικνύμενος, νόμον ἔναγχος ἐτύγχανε γράψας, ἔμπαλιν τὰ τοῦ πράγματος διοικούμενον. ὅπως δὴ ἐπειδὰν βουλευτὴς ἄπαις τελευτῴη γόνου ἄρρενος τῆς οὐσίας τὸ μὲν κληρονόμοι τὸ τέταρτον ἔχοιεν. τἄλλα δὲ πάντα, τό τε δημόσιον, καὶ τὸ τῆς πόλεως λεύκωμα φέροιντο. καίτοι οὐδὲ πώποτε δημόσιον, ἢ βασιλεὺς, ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι χρημάτων βουλευτικῶν μεταλαχεῖν ἔσχε. τούτου τοίνυν κειμένου τοῦ νόμου, ἀνατολίῳ μὲν ἐπεγένετο ἡ τελευταία ἡμέρα τοῦ βίου, ἡ δὲ τούτου παῖς τὸν κλῆρον πρός τε τὸ δημόσιον, καὶ τὸ τῆς πόλεως βουλευτήριον, κατὰ τὸν νόμον ἐνείματο. καὶ αὐτοῦ γράμματα βασιλεύς τε αὐτὸς, καὶ ἀσκαλωνιτῶν τὸ τοῦ λευκώματος ἔγραψαν, τῆς περὶ τούτων αὐτῇ ἀφιέντες ἀντιλογίας, ἅτε τὰ σφίσι προσήκοντα κεκομισμένῳ ὀρθῶς, καὶ δικαίως. ὕστερον καὶ μαμιλιανὸς ἀπελύθη τοῦ βίου, ὅσπερ ἀνατολίῳ κηδεστὴς ἐγεγόνει, παιδὸς οἱ ἀπολελειμμένης μιᾶς, ἥπερ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν ὡς τὸ εἰκὸς ἔσχε. μετὰ δὲ αὐτὴ περιούσης ἔτι οἱ τῆς μητρὸς, ἀφίκετο ἐς τὸ μέτρον τοῦ βίου, ἀνδρὶ μὲν ξυνοικισθεῖσα τῶν λογίμων τινὶ, μήτηρ δὲ οὔτε θήλεος, οὔτε ἄρσενος γενομένη γόνου. ἀλλ' ἰουστινιανὸς πάντων ἀνελάβετο τῶν χρημάτων εὐθὺς, ἐκεῖνο ἀποφθεγξάμενος τὸ θαυμάσιον, ὡς τὴν ἀνατολίου παῖδα γυναῖκα γραῦν οὖσαν, τοῖς τε τοῦ πατρὸς, καὶ τοῖς τοῦ ἀνδρὸς πλουτεῖν χρήμασιν, οὐχ ὅσιον εἴη.

ὅπως

ὅπως δὲ ἡ γυνὴ μὴ ἐν τοῖς προσαιτηταῖς τὸ ἐνθένδε τετάξεται, στατῆρα χρυσοῦν ἐς ἡμέραν ἑκάστην τὴν γυναῖκα φέρεσθαι ταύτην διώρισεν, ἕως ἂν περιῇ. τοῦτο θέμενος ἐν τοῖς γράμμασι, δι' ὧν τὰ χρήματα ἐληΐσατο ταῦτα, ὡς τὸν στατῆρα προσεῖται τῆς εὐσεβείας ἕνεκα τοῦτον. ἔθος γάρ μοι τὰ τε ὅσια καὶ εὐσεβῆ πράττειν. ἀλλὰ περὶ τούτων ἀποχρῆν λέγειν, ὅπως μὴ ὁ λόγος κατακόρως ἔχοι. ἐπεὶ οὐδὲ ἁπάντων ἀνθρώπῳ γε ὄντι δυνατὸν ἀπομνημονεῦσαι. ὅτι δὲ οὐ βενέτων τῶν οἱ ἐσπουδασμένων δοκούντων εἶναι λόγον τινὰ πεποίηται χρημάτων παρόντων, ἐγὼ δηλώσω. μαλθάνης τις ἐγεγόνει ἐν κίλιξι λέοντος ἐκείνου γαμβρὸς, ὃς περιεῖπεν, ὥσπερ μοι εἴρηται, τὴν τοῦ καλουμένου ῥαιφερενδαρίου τιμὴν, τοῦτον βίας ἀναστέλλειν ἐπέστελλε τὰς ἐν κίλιξι, ταύτης τε τῆς σκήψεως ὁ μαλθάνης λαβόμενος ἀνήκεστα κακὰ κιλίκων τοὺς πλείστους εἰργάζετο, καὶ τὰ χρήματα ληϊζόμενος, τὰ μὲν τῷ τυράννῳ ἔπεμπε, τοῖς δὲ αὐτὸς ἐδικαίου πλουτεῖν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τὰ σφίσι παρόντα σιωπῇ ἔφερον. ταρσέων δὲ ὅσοι βένετοι ἦσαν τῇ ἐκ βασιλίδος παῤῥησίᾳ θαρσοῦντες ἐν τῷ δημοσίῳ τῆς ἀγορᾶς ἐς τὸν μαλθάνην οὐ παρόντα σφίσι, πολλὰ ὕβριζον. ὅπερ ἐπεὶ ὁ μαλθάνης ἔγνω πλῆθος στρατιωτῶν ἐπαγόμενος, ἐς ταρσὸν εὐθὺς ἀφίκετο νύκτωρ, περιπέμπων τε τοὺς στρατιώτας ἐς τὰς οἰκίας, ὄρθρου βαθέος καταλύειν ἐκέλευεν. ἔφοδον δὲ οἰόμενοι ταύτην οἱ βένετοι εἶναι, ἐκ τῶν παρόντων ἠμύνοντο. ξυνέβη τοίνυν ἄλλα τε κακὰ ἐν σκότῳ γενέσθαι, καὶ δαμιανὸν ἄνδρα ἐκ βουλῆς τοξεύματι βληθέντα πεσεῖν. ἦν δὲ ὁ δαμιανὸς οὗτος, τῶν τῇδε βενέτων προστάτης. ὅπερ ἐπεὶ ἐς βυζάντιον ἦλθεν, οἵτε βένετοι δυσφορούμενοι, θορύβῳ ἀνὰ τὴν πόλιν πολλῷ εἴχοντο.

καὶ βασιλέα

At ne mulier in posterum mendicaret, staterem aureum singulis diebus in omnem vitam illi constituit, & in tabulis huiusce rapinæ hoc adiecit: staterem illum erogamus pietatis ergo; nam sanctos, piósque mores factis exprimere consueuimus. Sed dictum satis, longiórque pareret historia satietatem: quamquam omnia humanâ complecti memoriâ posse haud facile putem. Quod verò nec Venetorum qui eius ardere studio videbantur, vllam rationem habuerit ad præsentem pecuniam, nunc expono. Malthanes Cilix Leonis Refendarij, de quo memoraui, gener, ad comprimendas seditiones mittitur in Ciliciam. Is eam nactus occasionem, indignis modis complures Cilicum habuit; ex raptis pecuniis alias huic Tyranno, suis diuitiis alias aggessit. Hæc damna obscurè ferebāt alij; sed quotquot erant Tarsi Venetæ factionis, Augustæ fauore freti, publicè in foro abséti Malthanæ conuiciabantur. Id vbi accepit ille, collecta militum manu, Tarsum noctu peruenit; primo diluculo militi in domos immisso vastitatem imperat. Veneti hostilem impressionem rati, telis, quæ cuique sors offerebat, defendere vim; cùm alia in tenebris accidunt, tum Damianus Senator Venetorum Tarsentium Præses telo cōfossus cadit. Simul vt adlata Byzantium hæc fama est, impotenti animo Veneti per vrbem ciere turbas,

querelæ

querelæ apud Cæſarem moleſtæ hac ſuper re, Leonem ac Malthanem trucibus minis, conuiciiſque laceſſere. Imperator, vt qui rem ferre grauiùs ſimulabat, de rebus à Malthane geſtis quæſtionem Edicto conſtituit. Verùm Leo profuſiſſima largitione Cæſaris Edicti, & in Venetos beneuolentiæ ardorem extinxit; ac iniudicata cauſa relicta. Malthanem Byzantium aduentantem cum primis comiter Imperator excepit, & honorificè proſequutus eſt; at Veneti ex ædibus Auguſti prodeuntem adorti in Palatio vúlnere afficiunt, planè conficiendum, niſi clàm à Leone quidam pecunia occupati prohibuiſſent. Hîc verò quotus quiſque eſt, qui hanc Rempublicam iure miſeram non appellet, in qua muneribus ſollicitatus Imperator impunita facinora prætermittat; ſeditioſi in Palatio, præſente Cæſare, aggredi Magiſtratum veſano impetu per ſcelus audeant? Cæterùm, & Malthanes, & qui vim eidem intuliſſent, impunè abierunt; vnde Iuſtiniani Imperatoris genium coniicere eſt. Quàm denique ad Reipublicæ vtilitatem incumberet, in publicos Veredarios, & Exploratores conſtituta, argumento ſint. Nam priores Romani Principes, vt quàm celerrimè ex nunciis cognoſcerent, quæ qualibet in Prouincia hoſtes molirentur, quæ in ſingulis municipiis ſeu ſeditione, ſiue

καὶ βασιλέα μὲν ἀμφὶ τῷ πράγματι ἠνώχλουν ἄγαν. λέοντα δὲ καὶ τὸν μαλθάνην δεινοτάταις ἀπειλαῖς πολλὰ ἐδυσφήμουν. καὶ αὐτοκράτωρ οὐδέν τι ἧσσον ἀγριαίνεσθαι ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐσκήπτετο. γράμμα μὲν οὖν εὐθὺς ἔγραψε, ζήτησίν τε, καὶ τίσιν τῶν τῷ μαλθάνῃ πεπολιτευμένων κελεύων γενέσθαι. ἀλλὰ λέων αὐτῷ χρυσίου προέμενος πλῆθος, τοῦ τε μώμου αὐτίκα, καὶ τῆς εἰς τοὺς βενέτους ὀργῆς ἔπαυσε, τοῦ τε πράγματος ἀνεξετάστου μεμενηκότος, μαλθάνην βασιλεὺς ἐς βυζάντιον παρ' αὐτὸν ἥκοντα, ξύν τε πολλῇ φιλοφροσύνῃ εἶδε, καὶ ἐν τιμῇ ἔσχεν. ἐξιόντα δὲ οἱ βένετοι ἐκ βασιλέως τηρήσαντες, πληγὰς αὐτῷ προσετρίψαντο ἐν παλατίῳ διαχρήσασθαι ἔμελλον, εἰ μὴ τῶν τινὲς διεκώλυσαν, οἵτε πρὸς λέοντος χρήματα ἤδη κεκομισμένοι λάθρα ἐτύγχανον. καί τι τίς οὐκ ἂν ταύτην τὴν πολιτείαν ἐλεεινοτάτην καλοίη, ἐν οἷς βασιλεὺς μὲν δωροδοκήσας ἀνεξέταστα κατέλειψε τὰ ἐγκλήματα, στασιῶται δὲ βασιλέως ἐν παλατίῳ ὄντος, ἐπιδυναστεῦσαι τῶν τινὶ ἀρχόντων, οὐδεμιᾷ ὀκνήσει ἐτόλμησαν. ἀδίκων τε χειρῶν ἐπ' αὐτὸν ἄρξαι. τίσις μέντοι τούτων δὴ ἕνεκα οὐδεμία οὔτε εἰς τὸν μαλθάνην ἐγένετο, οὐδὲ εἰς τοὺς αὐτῷ ἐπιδυναστεύσαντας. ἐκ τούτων δὲ ὅτι τις βούλοιτο τὸ ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως τεκμηριοῦσθαι ἦθος. εἰ δέ τινα καὶ τοῦ τῆς πολιτείας ξυμφόρου ποιεῖται λόγον, τὰ ἐς δρόμον τε αὐτῷ τὸν δημόσιον, καὶ τοὺς κατασκόπους εἰργασμένα, δηλώσει. οἱ μὲν γὰρ ῥωμαίων αὐτοκράτορες ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γεγενημένοι, προνοήσαντες, ὅπως ἅπαντά τε σφίσιν ἐπαγγέλλοιντο τάχιστα, καὶ μηδεμιᾷ διδοῖτο μελλήσει, τά τε πρὸς τῶν πολεμίων ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ ξυμπίπτοντα, καὶ ταῖς πόλεσι κατὰ στάσιν, ἢ ἄλλο

ἢ ἄλλο τι ἀπρόοπτον συμβαίνοντα πάθος, τά τε πρὸς τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πανταχόθι πρασσόμενα, τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς, ὅπως τε οἱ τοὺς φόρους παραπέμποντες τοὺς ἐπετείους διασώζοιντο βραδυτῆτός τε, καὶ κινδύνου χωρὶς, δημόσιον ὀξὺν τινα πανταχόσε πεποίηνται δρόμον τρόπῳ τοιῷδε. ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμοὺς κατεστήσαντο, πῆ μὲν ὀκτὼ, πῆ δὲ τούτων ἐλάσσους, οὐ μέντοι ἧσσον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, ἢ κατὰ πέντε. ἵπποι δὲ ἵσταντο ἐς τεσσαράκοντα ἐν σταθμῷ ἑκάστῳ. ἱπποκόμοι δὲ κατὰ λόγον τοῦ τῶν ἵππων μέτρου ἐτετάχατο ἐν πᾶσι σταθμοῖς. συχναῖς δὲ ἵππων δοκιμωτάτων ὄντων διαδοχαῖς, ἐλαύνοντες ἀεὶ οἷσπερ ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο. δέκατε ἂν οὕτω τύχοι ὁδὸν ἡμερῶν ἀμείβοντες ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἔπρασσον ἅπαντα, ὅσα μοι ἀρτίως δεδήλωται. πρὸς δὲ καὶ οἱ τῶν χωρίων πανταχῆ κύριοι, ἄλλως τε κἂν ἐν μεσογείοις τὰ χωρία ταῦτα ἐτύγχανεν, εὐδαιμονέστατα ἐπ' αὐτοῖς ἐν τοῖς μάλιστα ἦσαν. τοὺς γὰρ ὄντας ἐκ τοῦ περιόντος σφίσι καρποὺς, ἵππων, καὶ ἱπποκόμων τροφῆς ἕνεκα τῷ δημοσίῳ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἀποδιδόμενοι, χρήματα μεγάλα ἔφερον. ξυνέβαινέ τε διὰ ταῦτα τῷ δημοσίῳ δέχεσθαι μὲν ἀεὶ τοὺς ἐπιβαλλομένους ἑκάστῳ φόρους. ἀντιπαραδέχεσθαι δὲ αὐτοὺς τοῖς ἐσκομίζουσιν, αὐτίκα δὴ μάλα, καὶ προσῆν τὸ γεγενῆσθαι τῇ πολιτείᾳ τὰ δέοντα. τὰ μὲν οὖν πρότερα ταύτῃ πῃ εἶχεν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ οὗτος, πρῶτα μὲν τὸν ἐκ χαλχηδόνος ἄχρι ἐς δακίβιζαν καθελὼν δρόμον, ἠνάγκασε πάντας ἐκ βυζαντίου εὐθὺς, ἄχρι ἐς τὴν ἑλενόπολιν οὐκ ἐθελουσίους ναυτίλλεσθαι. πλέοντες οὖν ἐν ἀκάτοις βραχείαις ποσὶν οἷαι διαπορθμεύεσθαι τῇδε εἰώθασι, χειμῶνος ἂν οὕτω τύχοι ἐπιπεσόντος, ἐπὶ μέγα κινδύνου χωροῦσι.

siue improuiso quocumque casu accidissent, quæve Præfecti, ac reliqui Prætores per Romaná ditionem agitarent; vtque annua vectigalia comportanda citra moram in tuto essent, publicum citúmque cursum passim ita constituerunt. In via, quam diurno itinere expeditus viator conficit, octona fermè stabula, alicubi pauciora, infra quinque nusquam posuêre. In singulis stabulis equi dispositi fermè quadraginta, & ad equorum numerũ stabularij. Ergo quorum negotiũ hoc est, ij equis quàm exercitatissimis aliis aliũde succedentibus feruntur, cursúque diurno decem nonnunquam dierum viam euadunt, ad ea quæ dixi peragenda. Hinc agrorum omnium etiam mediterraneorum possessores amplissimam rem domi fecerũt; nam promercales fructus alendis equis, & stabulariis ingẽti ære reportato, Quęstoribus quotannis vendebant Hinc etiam erat, vt à singulis stipendiariis publica in ærariũ perpetuò inferrentur; ex illatis statim æs debitũ ij perciperent; omniáque fierent è Republica. Ante hac ita res habuit. Hic verò Princeps sublato Veredario, qui Calchedone Dacibizã mouebat, omnes adegit Byzantio Helenopolim vsque lintribus exiguis, quibus fretũ traiicitur, vehi, indiscrimen subitò commouendæ, vt fit, tempestatis adductos.

Neque

Neque enim, vbi ipsa vrget necessitudo, tempus futurámque malaciam obserues, & opperiare. Cursum in Persidem, vt antea, sic esse permisit; per reliquam verò Orientis plagam ad vsque fines Ægypti, in diurno viæ spatio vnicum non equorum stabulum, sed aliquot asinorum constituit. Quamobrem quæ in Prouinciis geruntur, serò & post factum renunciatis, adhibendo remedio locus non est; hinc & prædiorum possessoribus graui dispendio perditi vel temerè abiecti commeatus. Exploratorum autem forma hæc erat; alimenta quamplurimis olim fuerunt ab Ærario, qui per mercaturæ, vel alterius rei speciem, ad hostes, & in ipsam Persarum regiam pedem penetrantes, exquisitisque aduersariorum consiliis, hæc statim reduces Principibus aperiebant; quibus præmonitis, cautísque nihil improuisum accidit. Id ipsum iam olim Persæ vsurpauêre; quin Chosroës maioribus præmiis, vt ferunt, exploratoribus decretis, quorum neminem à Romanorum ditione sublatum voluit, ea solertia bene rem gessit. Contrà nostris cùm alia peccata sunt, tum Lazica regio ab hostibus occupata, Romanis semper ignaris, quò tandem Rex Persarum esset copias expositurus. Ingens etiam numerus Camelorum ab antiquo publicè alebatur, qui

τῆς γὰρ ἀναγκαίου σπουδῆς ἐγκειμένης σφίσι καιροφυλακεῖν τε, καὶ προσδέχεσθαι μέλλουσαν τὴν γαλήνην ἀδύνατά ἐστιν. ἔπειτα δὲ κατὰ μὲν τὴν ἐπὶ πέρσας ὁδὸν φέρουσαν τὸν δρόμον ἐπὶ σχήματος τοῦ πρόσθεν οὗτος εἴασεν εἶναι, ἐς δὲ τὴν λοιπὴν ξύμπασαν ἕω μέχρις ἐς αἴγυπτον ἐν ἡμέρας ὁδῷ κατὰ σταθμὸν ἕνα κατεστήσατο μόνον, οὐχ ἵππων μέντοι, ἀλλ' ὄνων ὀλίγων. διὸ δὴ τὰ ξυμβαίνοντα ἐν χώρᾳ μόλις ἑκάστῃ τε, καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ, καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων εἰσαγγελλόμενα ἐπικουρίας οὐδεμιᾶς τυγχάνειν εἰκός, οἱ δὲ τῶν ἀγρῶν κεκτημένοι καρπῶν τῶν σφετέρων σεσηπότων τε, καὶ εἰκῆ κειμένων ἀνόνητοι ἐσαεὶ γίνονται. τὰ δὲ τῶν κατασκόπων τοιαῦτα ἐστίν. ἄνδρες πολλοὶ ἐν δημοσίῳ τὸ ἀνέκαθεν ἐσιτίζοντο. οἳ δὴ ἐς τοὺς πολεμίους ἰόντες, ἔντε τοῖς περσῶν βασιλείοις γινόμενοι ἐμπορείας ὀνόματι, ἢ τρόπῳ ἑτέρῳ, ἔστε τὸ ἀκριβὲς διερευνώμενοι ἕκαστα, ἐπανήκοντες ἐς ῥωμαίων τὴν γῆν πάντα τοῖς ἄρχουσιν ἐπαγγέλλειν ἠδύναντο τὰ τῶν πολεμίων ἀπόρρητα. οἳ δὲ προεύμαθον ἐφύλασσόν τε, καὶ ἀπροόπτον οὐδὲν ξυνέπιπτε σφίσι. τοῦτο δὲ τὸ χρῆμα καὶ τοῖς μήδοις ἐκ παλαιοῦ. χοσρόης μὲν οὖν μείζοις, ὥσπερ φασί, πεποιημένος τὰς πρὸς τῶν κατασκόπων συντάξεις προμηθείας τῆς ἐνθένδε ἀπήλαυσεν. οὐδὲν γὰρ αὐτὸς τῶν κατασκόπων ὄνομα ἐξέτριψεν ἐκ ῥωμαίων τῆς γῆς. ἐξ οὗ δὴ ἄλλα τε πολλὰ ἡμαρτήθη, καὶ λαζικὴ πρὸς τῶν πολεμίων ἑάλω. ῥωμαίων οὐδαμῇ πεπεισμένων ὁ ποίποτε γῆς ὁ περσῶν βασιλεὺς ξὺν τῷ στρατῷ εἴη. ἀλλὰ καὶ καμήλοις παμπληθεῖς τὸ δημόσιον ἐκ παλαιοῦ τρέφειν εἰώθει. αἳ δὴ

αἳ δὴ τῷ ῥωμαίων στρατῷ ἐπὶ πολεμίους ἰοῦσι ἅπαντα φέρουσαι τὰ ἐπιτήδεια, εἵποντο. καὶ οὔτε τοῖς γεωργοῖς τοῦ ἀγροφορεῖν ἐπανάγκες ἦν, οὔτε τι ἐνδεῖν τοῖς στρατιώταις τῶν ἀναγκαίων ξυνέβαινεν. ἀλλὰ καὶ ταύτας περιεῖλεν ἰουστινιανὸς σχεδόν τι ἁπάσας. διὸ δὴ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰόντος τὰ νῦν τοῦ ῥωμαίων στρατοῦ γεγονέναι τι τῶν δεόντων ἀδύνατον. τὰ μὲν οὖν σπουδαιότατα τῇ πολιτείᾳ ἐπεφέρετο τῇδε. οὐδὲν δὲ οἷόν καί τινος αὐτοῦ τῶν γελοίων ἐπιμνησθῆναι. τῶν ἐν καισαρείᾳ ῥητόρων εὐαγγέλιός τις ἦν οὐκ ἄσημος ἀνήρ. ὅσπερ ἐπιφόρου τοῦ τῆς τύχης πνεύματος γενομένου, χρημάτων τε ἄλλων, καὶ χώρας πολλῆς κύριος γέγονεν. ὕστερον δὲ καὶ κώμην ἐπιθαλασσίαν πορφυρεῶνα ὄνομα, τριῶν χρυσίων κεντηναρίων ἐπρίατο. ταῦτα μαθὼν ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἀφείλετο αὐτῷ τὸ χωρίον εὐθὺς ὀλίγην τινὰ τοῦ τιμήματος προέμενος μοῖραν, καὶ τοῦτο ἀποφθεγξάμενος, ὡς εὐαγγελίῳ ῥήτορι ὄντι, οὐ μήποτε εὐπρεπὲς εἴη κώμης τοιαύτης κυρίῳ εἶναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀμηγέπη αὐτῶν ἐπιμνησθέντες παυσόμεθα, λέγειν. τῶν δὲ πρός τε ἰουστινιανοῦ, καὶ θεοδώρας νεοχμηθέντων, καὶ ταῦτα ἐστί. πάλαι μὲν ἡ σύγκλητος βουλὴ παρὰ βασιλεῖ ἰοῦσα τρόπῳ τῷδε προσκυνεῖν ἠβούλοντο. πατρίκιος μέν τις ἀνὴρ παρὰ μαζὸν αὐτοῦ προσεκύνει τὸν δεξιόν. βασιλεὺς δὲ αὐτοῦ καταφιλήσας τὴν κεφαλὴν ἐξῄει, οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες γόνυ κλίναντες βασιλεῖ τὸ δεξιὸν ἀπηλλάσσοντο. βασιλίδα μέν τοι προσκυνεῖν οὐδαμῇ εἴθιστο. παρὰ δὲ ἰουστινιανόν τε, καὶ θεοδώραν τὰς εἰσόδους ποιούμενοι, οἵ τε ἄλλοι ἅπαντες, καὶ ὅσοι τὸ πατρικίων ἀξίωμα εἶχον ἔπιπτον μὲν εἰς τὸ ἔδαφος εὐθὺς

qui militem in expeditionem secuti impedimenta conueherent, ne ad id cogerentur coloni, vel necessariorum quidpiam militem deficeret. Hos etiam Iustinianus ademit ferè omnes. Quare modò cùm castra in hostes promouentur, nihil quod è re sit, est opportunum. Quæ ergo summo studio in Republica curanda erant, sic ferebantur. Haud piget ex eius ridiculis etiam aliquid referre. Cæsariensium Causidicorum vnus fuit Euangelus vir non ignobilis, qui prospera vsus fortunæ aura, & pecunias, & prædia complura possedit; tandem & Porphyrionem maritimum pagum, pondo auri tercentum coëmit. Id vbi Iustinianus resciuit, minima pretij parte numerata pago illum excludit, ac, Dedecet, inquit, Euangelum Causidicum talis tantíque pagi potiri. Hæc pauca de his dixisse satis. Cæterùm ex iis quæ Iustinianus atque Theodora nouarũt, hæc etiam sunt. Senatoribus olim Imperatorem adeuntibus, ita libebat salutare; quisque ordinis Patricij ad dexterá mammam Cæsarem venerabatur; illúmque recedentem osculo Cæsar impartiebat in capite; reliqui ad vnum omnes dextero subnixi genu discedebant: at Augustæ nullus adorandæ mos fuit. Verùm cùm in conspectum Iustiniani, Theodotęque venirẽt tum alij, tum qui Patriciæ dignitatis essent, statim in faciem procumbebant, pedibúsque

pedibúsque ac manibus tensis vtrumque Principis pedem osculo prosequebantur, ac tum abscedebant. Neque hunc honorem respuit Theodora, quæ & Persarum aliorúmque Barbarorum Legatos (quod nunquam post hominum recordationem vsurpatum est) admitteret, eísque lautia præberet, tanquam penes illam Romani summa esset Imperij. Antiquitus etiam qui Cæsarem alloquerētur, Imperatorem compellarunt, coniugémque Imperatricem: cæteros verò Principes, vt cuiusque ordo ac dignitas tulit. At quisquis cum horum alterutro Augustorum sermones misceret, Imperatorémve, aut Imperatricem, non Dominum, Dominámque nominasset;ac Principes dicere seruos abstinuisset: is verò rudior,ac procax habebatur, & quasi fœdissimè lapsus, & quibus haud esse illũ deceret iniurius abigebatur. Olim minimè multi, rarentérque Regiam frequentarunt; sed post cœptam horum dominationem, cùm Magistratus, tum reliqui omnes assiduè in Palatio tempus traxerunt; quod Magistratibus dicundi iuris, faciundíque libera quondam potestas fuerit, quæque de more actitarent, hæc domi apud se, ac in Prætoriis,clientésque qui nullam sibi vim inferri sentirent, minus essent Imperatori molestiæ. Sed hi in subditorum perniciem negotiis ad se omnibus reuocatis,eos seruilem in modum ad hanc pertraxerunt assiduitatem.

Videre


εὐθὺς ἐπὶ στόμα χειρῶν, καὶ ποδῶν ἐς ἄγαν τετανυσμένων, τοῖν χείλοιν ποδὸς ἑκατέρου ἁψάμενοι, ἐξανίσταντο. οὐδὲ γὰρ ἡ θεοδώρα τὴν ἀξίωσιν ἀνεδύετο ταύτην. ἤδε καὶ τοὺς πρέσβεις προσίεσθαι περσῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων, χρήμασί τε αὐτοὺς δωρεῖσθαι, ὥσπερ ὑπ' αὐτῇ κειμένης τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς, οὐδαμῆ ἀπηξίου, πρᾶγμα, οὐ πώποτε γεγονὸς ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. καὶ πάλαι μὲν οἱ τῷ βασιλεῖ ξυγγινόμενοι, αὐτόν τε βασιλέα, καὶ τὴν γυναῖκα βασιλίδα ἐκάλουν, ἀρχόντων τε τῶν λοιπῶν ἕκαστον, ὅπῃ αὐτῷ ἀξιώματος πέρι τανῦν ἔχει. ἢν δέ τις τούτων ὁποτέρῳ ἐς λόγους συμμίξας βασιλέως, ἢ βασιλίδος ἐπιμνησθείη, ἀλλ' οὐ δεσπότην τε ἀποκαλοίη, καὶ δέσποιναν, ἢ καὶ μὴ δούλους τῶν τινὰς ἀρχόντων πειρῷτο ὀνομάζειν. οὗτος δὲ ἀμαθής, καὶ τὴν γλῶσσαν ἀκόλαστος ἐδόκει εἶναι. καὶ ἅτε ἡμαρτηκὼς τὰ πικρότατα, καὶ ὑβρίσας ἐς οὓς ἥκιστα ἐχρῆν ἐνθένδε ἀπῄει. καὶ τὰ πρότερα μὲν ὀλίγοι τε, καὶ μόλις ἐν βασιλεῖ ἐγίνοντο. ἐξ ὅτου δὲ οὗτοι τὴν βασιλείαν παρέλαβον, ἄρχοντες ὁμοῦ καὶ λοιποὶ ξύμπαντες ἐν παλατίῳ ἐνδελεχέστατα διατριβὴν εἶχον. αἴτιον δὲ ὅτι πάλαι μὲν ταῖς ἀρχαῖς τά τε δίκαια, καὶ νόμιμα πράσσειν γνώμῃ αὐτονόμῳ ἐξῆν. οἵ τε οὖν ἄρχοντες διοικούμενοι τὰ εἰωθότα ἐν τοῖς καταγωγίοις τοῖς αὐτῶν ἔμενον. οἵ τε ἀρχόμενοι βίαιον οὐδὲν, οὔτε ὁρῶντες, οὔτε ἀκούοντες, βασιλεῖ ὡς τὸ εἰκὸς ὀλίγα ἠνώχλουν. οὗτοι δὲ ἅπαντα ἐπὶ πονηρῷ τῶν κατηκόων ἐφ' ἑαυτοὺς ἐσαεὶ ἕλκοντες, ἅπαντας σφίσι δουλοπρεπέστατα προσεδρεύειν ἠνάγκαζον.

ἦν δὲ

ἦν δὲ ἰδεῖν εἰς ἡμέραν σχεδόν τι ἑκάστην τὰ μὲν δικαστήρια πάντα ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἀνδρῶν ἔρημα. ἐν δὲ τῇ τοῦ βασιλέως αὐλῇ ὄχλον τε, καὶ ὕβριν, καὶ ὠθισμὸν μέγαν, καὶ δουλοπρέπειαν ἐσαεὶ ξύμπασαν. οἵ τε αὐτῷ ἐπιτήδειοι δοκοῦντες, τήν τε ἡμέραν διηνεκῶς πᾶσαν, καὶ τῆς νυκτὸς ἐσαεὶ πολλήν τινα μοῖραν ἐνταῦθα ἑστῶτες, ἄυπνοί τε, καὶ ἀπόσιτοι παρὰ καιροὺς τοὺς εἰωθότας γινόμενοι διεφθείροντο. ἐς τοῦτό τε αὐτοῖς τὴν δοκοῦσαν εὐδαιμονίαν ἀποκεκλεῖσθαι ξυνέπεσε. τούτων μέντοι ἀφειμένοι πάντων διεμάχοντο πρὸς ἀλλήλους ἄνθρωποι, ὅποι ποτὲ ῥωμαίων τὰ χρήματα εἴη. οἱ μὲν γὰρ ἰσχυρίζοντο ἐν βαρβάροις ἅπαντα εἶναι. οἱ δὲ βασιλέα ἔφασκον ἐν οἰκίσκοις πολλοῖς καθείρξαντα ἔχειν. ὁπηνίκα οὖν, ἢ ἄνθρωπος ὢν ἰουστινιανὸς ἀπέλθῃ τοῦ βίου, ἢ ἅτε τῶν δαιμόνων ἄρχων ἀπολύσῃ τὸν βίον, ὅσοι τηνικάδε περιόντες τύχωσι, τ' ἀληθὲς εἴσονται.

Videre licebat singulis penè diebus orbata mortalibus tribunalia, forúmque: contrà in Cæsaris aula perstrepentem, seséque vrgentem multitudinem, & seruile genus obsequij. Augustorum familiarissimi quique diem totam, multámque noctem ibi trahebant, vigiliis importunáque inedia confecti; huc tandem recidente illorum inani fœlicitate. His omnibus verò curis vacui inter se quærere, vbi terrarum forent Romanorum opes: pars direptas à Barbaris, pars à Cæsare in diuersis latebris retrusas affirmare. Verùm vbi Iustinianus, siquidem homo ipse est, ex rebus humanis excesserit, vel si furiarum Princeps res humanas euerterit, quicumque tum superfuerint, id compertum habebunt.





NICOLAI ALEMANNI IN HISTORIAM ARCANAM PROCOPII

NOTÆ HISTORICÆ.

Pag.1. ROCOPII CÆSARIENSIS. Doctis ferè omnibus nullâ Procopium aliâ notum re video, nisi Commentariis, quibus immortale sibi nomen comparauit. Ex qua verò sit ortus patria, quando Constantinopolim venerit, vt Iustino ac Iustiniano domi, atque militiæ nauarit operam, in Perside, in Africa, in Italia, quæ cum Belisario gesserit, quibus honoribus auctus, qua dignitate Byzantij functus sit, diximus cùm de hoc libro iudicium tulimus. Multa etiam ad Lectorem præfati sumus de eius historiæ fide, de libertate dicendi, de genere, formáque scriptionis, de illius librorum ordine, numero, variáque fortuna; reliqua sparsim in his Notis, ex occasione. Ad Procopij nomen & patriam in libri titulo Suidas legit Ἰλλουστρὶς, VIRI ILLVSTRIS, quo primo fuit honore decoratus à Iustiniano Imperatore. Euagrius, Agathias & Photius addunt Ῥήτορος, CAVSIDICI; neque enim medicinam, vt Blondus & Sabellicus credunt, sed Iurisprudentiam professum fuisse Procopium compertum est; ex eóque ordine Σύμβουλοι, *Consiliarij*, & Πάρεδροι, *Assessores*, exercitus ducibus, summísque Magistratibus dabantur; quem locum apud Belisarium tenuisse se Procopius affirmat. Alius est Procopius Sophista Gazæus,

quem eiuſdem patriæ cum noſtro ideo Photius dixit, quod Gaza & Cæſarea, quam olim Stratonis Turrim appellarunt, in Palæſtina ſint. Vterque ſub Iuſtiniano floruit. Alius eſt Procopius Sophiſta, cuius extant Epiſtolæ, ſed Declamationes adhuc ineditæ ſunt.

Pag. 1. ARCANA HISTORIA. Sic modò velim accipias Ἀνέκδοτα, ſiue ἀνέκδοτος ἱστορία, quam ſcilicet in abditiſſimo loco Procopius recondidit, neque vt reliquos libros ἐξέδωκεν, *euulgauit*. Ἀνέκδοτα, conſueuerant Autores prænotare ſchedis librorum, de quibus ætatem ſuam celare volebant. Romanam hiſtoriam, quam Cicero lucubrabat, & Q. Fufius Calenus apud Dionem libro 46. deridet in Senatu. Ἀνέκδοτα ſæpe ipſe nominat, lib. 2. epiſt. 6. & lib. 14. epiſt. 17. ad Atticum: quod eam (in qua Senatorum, Nobiliúmve æqualium res geſtas, mores, vitámque carperet) non aliis, ſed ſibi, Pomponióque ſuo, & poſteritati ſcribebat. *Itaque*, ait, *ἀνέκδοτα à nobis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo, pangentur.* Nam Theopompus Chius homo πολυπράγμων, *nimiùm alienarum rerum curioſus*, multorum æqualium vitam in hiſtoria ſugillauit, quam vt edidit, aliorum inuidiam collegit, & Ptolemæi Ægyptiorum Regis, à quo propè fuit, vt interiret; ſicuti Photius eſt autor. In fronte huius libri Ἀνέκδοτα præſcripſimus ex Suida, & ita prænotatum Codicem Ioannis Vincentij Pinelli, qui viderunt Petrus Pitheus, & Guidus Pancirolus, affirmant; nam vterque Codex Vaticanus & ſcriptoris, & operis titulo omnino deſtitutus erat; quam notam olim, eodem teſte Suida, prætuliſſe hanc hiſtoriam credimus, ab ipſo fortaſſe Procopio inditam, vt ſuæ Tullius eandem indiderat, quandiu ſcilicet clam alios erat & in arca recondita; nam alioqui Hiſtoriarum Procopij liber nonus hic inſcribendus eſt, quippe qui illos ordine ſequatur, vt ex primis ſtatim verbis liquet. Nicephorus Calliſti lib. 17 cap. 10. Ἀντίῤῥησιν hoc opus appellat, *quaſi retractatio ſit earum*, vt ait, *orationum, quas apud Iuſtinianum laudibus eum vehens habuit, & quædam palinodia, ſeu recantatio minus rectè ab eo dictorum.* Nimirum indicat, hunc ſe minimè librum vidiſſe Nicephorus, vt in Iudicio de hoc opere lectorem præmonuimus.

Pag. 2. l. 24. *Adoleſcens nomine Theodoſius.* Ad ea quæ de Theodoſio minutè narrat Procopius, adde; ab Epiphanio Patriarcha Conſtantinopolitano ſacro ſtatum ablutum lauacro (cuius hic mentio eſt) iuſſum conſcendere prætorianam Beliſarij nauem, vt fauſto omine Byzantio ſolueret claſſis, quam ille ducebat in Africam. Procop. lib. 1. bell. Vand. Ἐνταῦθα Ἐπιφάνιος ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς ἀφικόμενος, εὐξάμενός τε ὅσα εἰκὸς ἦν τῶν τινὰ στρατιωτῶν ἄρτι βεβαπτισμένον, καὶ τὸ χριστιανῶν ὄνομα μεταλαχόντα εἰς τὴν ναῦν εἰσεβίβασε. *Huc Epiphanius vrbis Antiſtes venit, fuſiſque, vt par erat, ad Deum precibus, militem, qui nuper in baptiſmo nomen Chriſto dederat, in nauem*

in nauem immisit. Idem Theodosius domus Belisarij magister alibi à Procopio vocatur, cuius industria cùm in Africa, tum in Italia vsus est Belisarius, vt ad Vitigem pro rebus grauissimis mitteret; &, ἄλλοις καὶ θεοδόσιον τὸν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ἐφεστῶτα, *alios & Theodosium suæ domus præfectum.* Procop. lib. 2. bell. Gotth. Vide infrà.

lin. 31. *Quo Christiani more consueuerunt filios adsciscere.* Hoc est inter sacras Baptismi ceremonias. Sanctus Nicephorus in Histor. Σκήπτεται δὲ Ἡράκλειος τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν υἱὸν καθαγνίζειν, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτ' ὑπὸ Κρίσπου. *Heraclius cùm filium suum diuino lauacro abluere, & Crispo adoptandum dare velle se simulasset.* Leonis Imperatoris tempore hic adoptandorum ritus filiorum obsoleuerat, quare Nouella 24. liberorum adoptiones factas ἄνευ τελετῆς καὶ ἱερῶν ὠδίνων, *sine ceremoniis, & sacræ regenerationis ritu* reprehendit, & omnino prohibet.

lin. 33. *Antonina.* Fuit Imperatricis Theodoræ Ζωστὴ, *à veste*, dignitate Patricia; ex viro, cui ante Belisarium nupserat, plures susceperat liberos; in his Photium, de quo infrà dicetur; & filiam, quam Ildigeri tradidit in matrimonium. Ex Belisario vnam habuit Ioanninam Anastasio Theodorę Augustæ nepoti desponsam. Mulier solertissima, & vt Procopius loquitur, ἱκανωτάτη ἀνθρώπων ἁπάντων μηχανᾶσθαι τὰ ἀμήχανα, *ad implicata negotia explicanda, expediendáque omnium mortalium aptissima.* Belisarij coniugis ad quodcumque bellum proficiscentis semper lateri adhæsit. Eidem in Italia rem malè gerenti auxilia maiora ab Cæsare impetratura Byzantium venit. Ioanni Cappadoci exconsuli, prætoriíque Præfecto in gratiam Theodoræ callidè struxit insidias. In Africana nauigatione, aquam, quæ Romanæ classi computruerat, vitreis amphoris arena cõtectis sola integram seruauit. Belisario coniugi superfuit ad Iustinum Secundum Imperatorem; iámque exacta ætate, suasu Vigilantiæ Iustiniani Augusti sororis, templum sancti Procopij post conflagrationem, Byzantij restaurauit. Ἀντωνίνα Βελισαρίου τοῦ πατρικίου γυνὴ, ἥτις ζωστὴ ἦν Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, μετὰ τὸ χηρεῦσαι αὐτὴν κατῴκει μετὰ Βιγλαντίας τῆς συνανέσσης αὐτῆς ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Προκοπίου τὸν καλούμενον τὰ Βιγλαντία. Autor de Origine vrbis Byzantij. *Antonina Belisarij Patricij vxor à veste Theodoræ vxoris Iustiniani Magni iam vidua vnà cum Vigilantia habitauit, cuius suasione refecit templum sancti Procopij de Vigilantiæ nomine dictum.* Quædam de Antonina Procopius in initio statim huius libri narrauit, quæ tamen in mutilo Vaticano Codice non extant, ex iis hæc accipe ex Suida in voce, Ἐγγυήσασθαι. Ἥδε ἐγγυητὴ ὕστερον Βελισαρίῳ γυνὴ γέγονεν ἤδη παίδων μήτηρ γεγενημένη πολλῶν, οὐδὲ αὖθις σωφρονεῖν ἠξίου μοιχεύτρια τὸ ἐξῆς εἶναι. *Hæc deinde multorum iam liberorum mater, Belisarij coniux fuit, statimque adulterio infamis.*

Pag. 4. l. 11. *Constantinus.* Alibi *Constantianus.* Erat is Imperatorij stabuli ma-

 gister,

gister, vir domi & militiæ clarus. Res ab eo in Dalmatia, & Liburnia, Rauennæ, Saloníſque præclarè geſtas, fusè in aliis libris narrat Procopius; Hiſtoriam verò de Sicis, & Præſidio, de qua infrà, idem proſequitur lib. 2. de bell. Gotth. In Campania occidi à Beliſario iuſſus eſt, vt habet Autor Appendicis ad Chronicon Marcellini.

lin. 33. *Contra Siluerium.* Editio Procopij Auguſtana habet *Λιβέριον*, *Liberium*; Vaticani Codices, Latiníque ſcriptores, *Siluerium*. Hinc videre licet Silucrij necem iniuria adſcribi Vigilio Pontifici. Liberatus Carthaginenſis cap. 22. *Vigilius*, inquit, *ne ſede pelleretur, Beliſario mandauit. Trade mihi Siluerium, alioqui non poſſum facere quod à me exigis, ita Siluerius traditus eſt duobus Vigilij Defenſoribus, & ſeruis eius; qui in Palmariam inſulam adductus, ſub eorum cuſtodia defecit inedia.* Procopius hic & Sicarium nominat Eugenium Antoninæ ſatellitem, & Siluerium non inedia enectum, ſed ferro, aut alia ſanguinarij hominis arte; cuiuſmodi ſcelera iiſdem, quibus hic verbis, *ἐργάζεσθαι μίασμα*, *piaculum patrare*, vbique Procopius deſcribere ſolet. lib. 2. bell. Vand. de Vliare, qui iaculo Ioannem occiderat, *μηδεμίαν ἐς αὐτὸν γίνεσθαι τίσιν, ἅτε οὐκ ἐκ προνοίας τὸ μίασμα εἰργασμένον.* *nullam de illo pœnam ſumendam eſſe, qui non data opera piaculum patraſſet.* Et lib. 1. bell. Gotth. de nece Amalaſunthæ, *Θευδάτος πείθειν ἤθελεν ὡς αὐτοῦ οὐδαμῆ ἐπαινοῦντος, ἀλλ᾽ ὡς μάλιστα ἀκουσίου ἐργασθείη τὸ μίασμα.* *Theodatus perſuadere ſtudebat, haudquaquam ſe approbante, ſed planè inuito à Gotthis id ſcelus commiſſum fuiſſe.* Illa de Vigilio Liberatus narrauit, animo in eundem non ita beneuolo; nam Africani ob confirmatam à Vigilio Quintam Conſtantinopolitanam Synodum, de Tribus Capitibus, non ſolùm ſcriptis eum laceſſiuerunt, vt Facundus Hermianenſis; ſed & Epiſtolam ſub eius nomine ab Hæreticis confictam ipſi vulgarunt, & ad poſteros tranſmiſerunt, nempe Liberatus in Breuiario, & Victor Tunnenſis in Chronico; ac denique anathemate impetere auſi ſunt. Poſtremò Liberatus de nece Siluerij ſcripſit quæ ab aliis acceperat: Procopius verò horum teſtis fuit oculatus, Romæ tunc degens & apud Antoninam tanti ſceleris artificem.

Pag. 5. l. 11. *Niſi Photius.* Theophani eſt *Photinus*, de quo infrà, Beliſarij priuignus, Antoninæ filius ex priore marito. In Perſidem ſecutus eſt Beliſarium ducem; ſub quo in Italia prima ſtipendia fecerat, *νέος ὢν ἔτι καὶ πρῶτον ὑπηνήτης, ξυνετώτατός τε καὶ φύσεως ἰσχὺν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν δηλώσας.* *adhuc primæ lanuginis adoleſcens, prudentia præſtantiáque naturæ pollens, ſupra quam ætas ferre poſſet.* Procop. lib. 1. de bell. Gotth. Dum Romæ agebat, atque Antonina mater Theodoræ Imperatrici gratum factura Siluerio Pontifici tendebat inſidias, ad Pontificem venit in Baſilica B. Mariæ Sabinæ latitantem, quem, data fide, inde in Palatium euocauit. Liberatus Carthag. cap. 22.

lin. 22. *Decem millia pondo auri.* Græcè est ἑκατὸν κεντηνάρια. Hanc numerandi rationem passim hic & in reliqua historia vsurpat Procopius, & lib. 1. de bell. Perſ. ita reducit ad calculum. ἑλκεὶ λίτρας τὸ κεντηνάριον ἑκατὸν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται. Centum γὰρ τὰ ἑκατὸν καλοῦσι ῥωμαῖοι. *Centenarium ex eo nomen sumpsit, quòd centum libras contineat, vt Romanum ipsum nomen declarat;* idem habet Isidorus lib. 16. Originum. cap. 24. Constantinus Magnus Turrim Byzantij à se exædificatam *Centenarium* ab impensa nominauit. De variis *Centenariorum* impensis lege Olympiodorum apud Photium.

Pag. 6. l. 5. *Comáque, sicut fieri consueuit, detonsa.* Nempe seculari cultu & luxuria. Apud Procopium, aliósque veteres scriptores vel vna illa voce ἀποθριξάμενος, *detonsus*, monachico initiatus ordine significatur. Theodorus Studita epist. 27. inter alia incommoda Monachorum, qui in custodiis continebantur, numerat τὴν τῆς κόμης ἄκαρσιν, *intonsam promissámque comam.* Et ad Procopium Monachum, quàm illum coma dedeceret, & aliunde probat, & quod Eremitis conueniat is habitus, quem ἐρημικοειδὲς πολίτευμα vocat. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in Histor. de Monachis transfugis, τὸ σεμνὸν μεταμφιεννύμενοι σόλισμα κομῆται ἀντὶ κεκαρμένων δεδείκνυνται καὶ εἰς λαϊκῶν σχῆμα εὐθὺς μεθηρμόζοντο. *Religioso cultu deposito, ex attonsis in comatos mutati sunt, atque ad laicorum speciem traducti.* Quales hodie Orientales Monachi comati videri possunt.

lin. 30. *Belisarius aduersus Chosroëm.* De Belisario tota Procopij historia est. Accipe de eius tyrocinio, & Patria hæc summatim. Primùm sub Iustiniano Romani exercitus Duce meruit, eiusque fuit δορυφόρος, à quo deinde cum Sitta, aliquot cohortibus præficitur aduersus Persas pro Iberis pugnaturus. Tum Tribunus militum Daræ factus, denique per Orientem Romani exercitus imperator designatur; inde in Africam, ac tum in Italiam euocatur. Eius laudes præcipuè prosequitur Procopius lib. 3. bell. Goth. initio. De eius patria lib. 1. bell. Vand. ὥρμητο δὲ Βελισάριος ἐκ Γερμανίας, ἣ Θρακῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν μεταξὺ κεῖται. *Ducebat Belisarius originem ex Germania, quæ inter Thraces & Illyrios sita est.* Hubertus Giphanius in Commentario de Iustiniano Imperatore, cui adstipulatur Marcus Velserus lib. 4. rerum Augustanarum, sic eum locum accepit, vt Belisarium Germanum crediderit: rationes quibus id astruere conatur, ingeniosæ sunt, non veræ. nam Germania, quæ inter Thraciam & Illyrium iacet, non sunt *Quadi in Austria*, sed vrbs Thraciæ & alibi nota, & in Sanctionibus Orientalium Antistitum; eáque metropolis est. Plura de Belisario infrà.

Pag. 7. l. 28. *Ad consularem te dignitatem euexi.* Nec tamen in Fastis Consularibus Photiũ reperias: Seneca de se, *Consulem me fecit, sed non ordinarium. Codicillares* hi, & *Honorarij* Consules vocabantur. lib. 3. bell. Gotth. ὕπατος καλούμενος μόνον, *Consul nomine tenus.* Ausonius de Patre vtriusque Romæ Senatore.

Curia me duplex, & vterque Senatus habebat
Muneris exortem, nomine participem.

Iuſtinianus Nouell. 70. *Nouimus enim quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio ſuper ea re collatis; hanc autem ſic appellabant, vt nihil aliud niſi purum honorem iis quibus præbebatur, conferret.* Hi vocabantur ὕπατοι, ſed frequentiùs ἀπὸ ὑπάτων, *ex Conſulibus*, quaſi ex ordine, & numero Conſulum. Ex his erat Ioannes Cappadox, qui vbi demum Conſulem ordinarium geſſit, ſic in epigrapha notatur Nouell. 71. & 72. *Ioanni glorioſiſſimo per Orientem Prætoriorum iterum Præfecto, Exconſuli, Conſuli Ordinario & Patricio.* Euagrius qui Eccleſiaſticam conſcripſit hiſtoriam, erat ἀπὸ ὑπάρχων, vt eius operis titulus habet, quod perperam vertit Chriſtophorſonus, *ex Præfectis oriundus*; nam ipſe de ſe hiſtoria extrema ſic ait: Μαυρικίου δὲ Τιβερίου δέλτοις ὑπάρχων σείλαντος. *Mauricius Tiberius nobis Præfecti Codicillos miſit*, id eſt, *Codicillarem Præfectum* fecit, quem locum idem interpres omnino peruertit. Illud animaduertendum; hiſce dicendi formis, *ex Præfectis*, *ex Conſulibus*, modò notari Præfectos, Conſuléſque Codicillares, modò Ordinarios, qui iamdudum iis dignitatibus abierint. Id colligere licet ex vna illa Narſetis Eunuchi inſcriptione ad pontẽ Salarium. NARSES. VIR. GLORIOSISSIMVS. EX. PRÆPOSITO. SACRI. PALATII. EX. CONS. ATQVE PATRICIVS. Nam Palatij quidem Eunuchis præfuit, eóque functus ipſe officio eſt; Conſul verò nonniſi Codicillaris fuit, cùm Ordinarius eſſe lege prohiberetur; & omnium Eunuchorum primum poſtremúmque Conſulem fuiſſe Eutropium Marcellinus ſcribat: qui tum id ſcripſit, cùm primùm Conſules eſſe deſierunt.

Pag. 8. l. 35. *De Ioanne Cappadoce narrata ſunt.* Integram habes hiſtoriam ad calcem libri primi de bell. Perſ. Homo fuit ſceleratiſſimus, Iuſtiniano vnicè carus, & omnium licèt litterarum expers, vtpote qui apud ludimagiſtrum nihil aliud didicerit, niſi γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι, *inelegantes litterarum apices vitioſè ſcribere*, tamen ſummus iudiciorum arbiter fuit; ad quem extant Iuſtiniani centum & amplius Conſtitutiones, hoc titulo, Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῶν ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. *Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem Prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli, & Patricio.* Editio Schrimgeriana ſic interpungenda, & interpres emendandus eſt; *per Orientem Prætoriorum iterum Præfecto, Exconſuli, & Patricio*; nam quomodo iterum Exconſul, qui ſemel tantùm Conſul fuit? contrà verò Præfecturam Prætorij bis geſſit; ſemel ante Victoriatorum excitatam ſeditionem, atque iterum ab anno Iuſtiniani ſeptimo, & deinceps, vt infrà in tabella Præfectorum Prætorio repræſentabo. Deinde Codicillares Conſules, qualis tum erat Ioannes, neque iterum, neque

neque tertiò Consules dicebantur, cùm illorum nomina neque in Fastis inscriberentur, neque iis anni supputatio ordinaretur. de Ioanne Cappadoce infrà ex occasione. Interim falsò Centuriatores narrant, hunc ex Præfecto Prætorij fuisse Constantinopolitanum Antistitem: mitto alias rationes, quas infrà dicam. Procopius sic habet. ἱερεὺς γενόμενος ἀκουσίως Πέτρον ἑαυτὸν μετωνόμασεν, οὐκ ἐπίσκοπος μὲν, ἀλλ' ὅνπερ καλεῖν πρεσβύτερον νενομίκασιν. ὁ δὲ ἱερουργεῖν ὡς ἥκιστα ἤθελεν, ὡς μήποτε αὐτῷ ἐμπόδιον εἴη ἐς τὰς ἀρχὰς αὖθις ἰέναι. *Factus inuitè Sacerdos, Petrus dici voluit. Neque verò Episcopus fuit, sed ex iis, quos Presbyteros vocare solemus. Verùm sacrificiis abstinuit in primis, ne sibi ad dignitates via præcluderetur;* hunc nonnulli sub Anastasio Consulatum gessisse putarunt; sed ille Ioannes Gibbus fuit, quem Procopius & Theodorus Lector κυρτὸν appellant.

Pag. 9. l. 14. *Alia in exercitu causa fuit.* Morbus; de quo lib. 2. bell. Pers. pag. 74. Editionis Augustanæ.

lin. 30. *Quare Aretam iubet.* Is Gabalæ Saracenorum Regis filius plurimis cohortibus à Iustiniano præfectus, & Imperatoris nomine donatus fuit. Rem plerumque malè gessit, an hostibus de industria cedens, an aduersa belli fortuna, ipse Procopius in medio reliquit.

Pag. 12. l. 24. *In templum Ioannis Apostoli.* Quod ob id Ἀποστολεῖον, *Apostolium* in Concilio Ephesino vocatur, sub vrbe ipsa Epheso situm est, olim perexiguum à Iustiniano dirutum, ac rursus amplissimè ædificatum. Procop. de Ædif. Iust. lib. 5. initio.

lin. 27. *Andreas Vrbis Antistes.* A Sancto Timotheo, quem Apostolus Paulus Ephesiorum Ecclesiæ primum dedit Antistitem, vsque ad Imperium Marciani septem & viginti Ephesi fuerunt Episcopi, vt Leontius Magnesianus refert. ex his vigesimusquartus Memnon, vigesimusquintus Basilius, cui Basianus successit ac Stephanus, qui cũ eodem Leontio Calchedonensi Concilio interfuit. Post hos qui fuerit in mentem modò non venit. Verùm sub Iustiniano Hypatius eam rexit Ecclesiam, Romámque Legatus venit. Hypatio Andreas hic succedit, qui interfuit Quintæ Synodo Constantinopolitanæ, & cum aliis Episcopis ad euocandum Vigilium summum Pontificem missus est. Collatione secunda.

Pag. 15. l. 8. *In Deiparæ templo.* Templum Dei Matris, quod Byzantij sanctissimum fuit, erat ad ipsa vrbis mœnia, & ostia Euxini Maris in Blacherniano; quod ibi summa religione seruaretur Mariæ Virginis ὠμόφορον, *pallium*, siue *lacerna.* Apud omnes ferè Græcos Scriptores Ecclesiasticos, & in Concilio Nicæno secundo mentio est templi *in Blachernis;* de quo nomine inter Græcos minimè conuenit: alij dictum crediderunt à *Blacherno Scytha* ibi interfecto: alij quasi βλάχου κέρμα, *Blachi cædes:* alij quod ibi *lacunæ* aliquando fuerint. A *lacerna* Beatæ Virginis, de qua modò dicebam,

loco

loco nomen fuiſſe alij crediderunt; verùm *Blacherniani* vocem reperimus apud Dionyſium Byzantium longè antiquiorem Pulcheria Auguſta, quæ templum illud excitauit: à Iuſtino Seniore deinde inſtauratum eſt, licèt Iuſtiniano id Procopius tribuat, reddátque rationem lib. I. Ædif. quæ in Auguſtana editione deſideratur. De hoc templo etiã infrà Procop. pag. 109.

lin. 14. *Sophiæ templi emiſſarium.* In Græco eſt δεξαμενὴ. Suidas qui hunc locum deſcripſit, ſic eam vocem expoſuit, τουτέστιν ἡ τράπεζα ἡ τὰ θεῖα δεχομένη, *menſa, quæ ſacra myſteria recipit.* Græcis Patribus Κολυμβήθρα & βαπτιστήριον eſt diuini lauacri locus; δεξαμενὴ verò conceptaculum aquarum, quæ ſacris perficiendis inſeruiſſent. Ab aliis dicitur ὑπόνομος: Gregorius Magnus Hom. 17. in Euang. *Cloacam* appellauit. Hic Photius delituit.

lin. 20. *Vim omnibus inferre ſacris.* Hæc in aſylum Theodoræ impietas, quæ & infrà ſæpe ab Autore notatur, tam inſignis fuit, vt illa eius ſit vox imperantis Anthemio. *Exceptis omnibus, in Baſilica Sancti Petri parce: nam ſi in Lateranis, aut in palatio, aut in qualibet Eccleſia inueneris Vigilium, mox impoſitum in nauim perduc eum vſque ad nos; nam peruiuentẽ in ſecula excoriari te faciam.* Anaſt. in Vigilio. Abſtractus eſt Vigilius è templo Sanctæ Cæciliæ Romæ, iterum è templo Sanctę Euphemiæ Chalcedone. Syluerius ex Eccleſia Sanctæ Mariæ Sabinæ. aliunde alij.

lin. 27. *Zacharias Propheta.* Poſt inuentum effoſſúmque huius Prophetæ corpus omnino integrum, ac penè viuum, vt Sozomenus ſcribit lib. 9. extremo, & Conſtantinopolim tranſlatum Theodoſij Iunioris tempore, à ciuibus deinde cultum eſt religione ſingulari.

lin. 34. *Monachorum habitu.* Tum Photius, inſtituto maiorum, ſeculi vocabulum depoſuit, Photinúſque appellatus, Hieroſolymitano deinde monaſterio moderatus eſt. Theophanes, Ἰουστῖνος ἀπέστειλε τὸν ἀββᾶν Φωτεινὸν τὸν πρόγονον Βελισαρίου τοῦ πατρικίου δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν κατὰ παντὸς προσώπου καὶ πράγματος τοῦ εἰρηνεῦσαι τὰς ἐκκλησίας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας. *Iuſtinus Imperator miſit Abbatem Photinum Beliſarij Patricij priuignum plena in omnes autoritate illi tradita, vt Eccleſias Ægypti & Alexandriæ ad pacem reduceret.* Idem ex Theophane Anaſtaſius, & Paulus Diaconus lib. 16.

Pag. 16. l. 22. *Morbo difficillimo laborabat.* τῶν αἰδοίων αὐτοῦ πονήρως ἐχόντων, ἐκ τῆς κύστεως ἕλκει χαλεπῷ κακωθείσης. *Nempe pudendis vitio affectis, & grauiter vlcerata veſica:* ita Metaphraſtes in vita Sancti Sampſonis Patricij Romani, à quo adhuc viuo mirificè Iuſtinianus ſanatus eſt. Longè antiquiorem Iuſtiniano Sampſonem credit Cardinalis Baronius in Notis ad Martyr. & vacillare fidem illius hiſtoriæ putat; quæ habeat Noſocomium Sampſonis eodem rogante, à Iuſtiniano erectum; cùm Procopius dicat reſtauratum, quod iam antea idem Sampſon exædificaſſet. Verùm adeò exiguum fuit primum illud Sampſonis ædificium, tam illuſtre verò, támque magnificum

ficum ab Iustiniano factum, vt nihil veritati detraxisse Metaphrastes videri possit. Quod addit de conflagratione eius Nosocomij, quam tum contigisse arbitratur, cùm sub Anastasio Sanctæ Sophiæ templum exustum fuit, clarum est in historiis non semel illud templum incendiis obnoxium fuisse; Iustiniani verò anno quinto illud Nosocomium incensum esse, idem Procopius refert lib. 1. Ædif. & 1. bell. Pers. & Theophanes ad annum quintum Iustiniani. Fortasse maioris momenti sit in hac re, quod Procopius de Sampsonis ætate ait: ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Σαμψὼν ὄνομα. *Vir quidam pius, qui superioribus annis floruit.* At hoc etiam nihil est; nam Procopius librum illum de Ædificiis vbi hoc habet, extremo Iustiniani Imperio scripsit, nempe sex & triginta, atque amplius annos post mortem Sampsonis. Vigebat tamen adeò eius memoria, vt Iustinianus Nouella 59. & 131. vbi de Sampsone loquitur, ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψὼν dicat, *sanctæ memoriæ Sampson.* Quod (vt obiter dicam) cùm in antiquis manuscriptis, litteris singularibus *S. M.* notatum esset, malè in Latinis editionibus Nouell. 131. exceptum, *Sanctæ Mariæ Sanso.* Quod autem in Metaphraste corrigendum planè censeo, est ratio temporis vitæ Sampsonis, & annorum Imperij Iustiniani: nam Antistite Mena, Sampsonem superfuisse, haud bene Metaphrastes narrat, cùm ante Consulatum Belisarij obiisse, ex Nouell. 59. perspicuè constet. Porrò eiusdem Nouellæ publicatio, atque electio Menæ, ferè in idem tempus incidunt; nempe circa annum Iustiniani vndecimum; at verò ante annum eius quintum, mortuum Sampsonem fuisse, nemo dubitet. Ad hunc calculum reuocanda sunt, quæ de incendio Nosocomij à Metaphraste narrãtur. De alio Iustiniani morbo infrà ad pag. 43.

lin. 36. *Petrus & Ioannes Heluo.* Ambo in exercitu Romano clari Duces; de quibus passim Procopius in prioribus libris. *Heluo;* Græcè est φαγὰς, φάγων apud Vopiscum. huiusmodi cognominum significationes dare Latinè præstat, quàm sonum Græcè vocis referre. Marcellinus in Chronico Ioannem *Gibbum* nominat, quem infrà Procopius & Theodorus Lector *Cyrtum;* quisque pro suæ linguæ proprietate. Sic Iustinianus à suis gentilibus VPRAVDA, hoc est, recta Iustitia dictus est: *Venetos* Græci Κυανέους vocarunt: *Biglenizam* Iustiniani sororem, *Vigilantiam* Latini vocis similitudinem secuti dixerunt. Ad vsum ergo illius ætatis nos *Heluonem* vertimus, & infrà *Cucurbitinum*, *Forficulam*, & si quos alios. φαγὰς, barbara vocis forma vulgò etiam ante Iustiniani tempora vsurpata; Basilius ad Amphilochium, τὸν δὲ φαγὸν παροξύτονοῦμεν, nos acuta voce pronunciamus φαγόν.

lin. 37. *Hæc ab iis de se dici.* Nam cùm Theodora liberos Imperij successores non haberet, omnes sibi persuadebant, fœminam solertissimam, & imperandi cupidam ita rem acturam, vt Iustiniano defuncto, ne prorsus do-

minatione deturbaretur, paratum haberet hominem beneuolum, cui Imperium aſſereret, vel etiam matrimonio ſociaretur: quod Sophia Iuſtini Iuſtiniani nepotis vxor, ac Theodoræ neptis ſumma diligentia curauit; quamquam res illi demum ſiniſtrè cecidit cum Tiberio Conſtantino Imperatore.

Pag. 17. l. 1. *Buzen repentè accerſit.* Hic in Thracia natus, bellóque clarus à Iuſtiniano in Armenos mittitur; deinde collega imperij per Orientē datur Beliſario; demum totam vnus ipſe adminiſtrationem habuit, quandiu Beliſarius in Italia aduerſus Gotthos pugnauit: reliqua de eodem hîc habes.

lin. 32. *Imperator exauthorauit.* Autor Appendicis ad Chronicon Marcellini; *Beliſarius de Oriente euocatus in offenſam periculúmque incurrens graue, & inuidiæ ſubiacens, rurſus remittitur ad Italiam.* Hoc loco veram & integram de Beliſarij exauthoratione atque reſtitutione habemus hiſtoriā. Nam effoſſis oculis in triuio mendicaſſe obolos Beliſarium narrant alij, quibus Petrus Crinitus lib. 15. de honeſta diſciplina, & Raphaël Volaterranus lib. 23. Anthropol. fidem habent. Id etiamſi Ioannes Tzetzes Chiliade 3. commemorauit; tamen illud magis conſentaneum huic Procopij narrationi ſubdidit.

ἄλλοι φασὶ τῶν χρονικῶν μὴ τυφλωθῆναι τοῦτον,
ἐξ ἐπιτίμων δ' ἄτιμον ἐσχάτως γεγονέναι,
καὶ πάλιν εἰς ἀνάκλησιν δόξης ἐλθεῖν προτέρας.

Alij Chronologi tradunt, non excæcatum illum fuiſſe, ſed dignitate, & omnibus penè honoribus ſpoliatum, iterum ad priſtinam gloriam reuocatum fuiſſe. De Ioanne Cappadoce viro Patricio Exconſule, & Prætorij Præfecto, non de Beliſario, narrat Procopius lib. 1. bell. Perſ. extremo, cùm in exilium apud Ægyptum iret, à Satellitibus coactum ἄρτον ἢ ὀβολὸν ἐκ τῶν παραπιπτόντων αἰτεῖσθαι, *panem vel obolum ab obuiis petere.* Sed de Beliſario tyrannidis inſimulato, eiúſque obitu, infrà.

lin. 40. *Beliſarij ſatellitium.* Milites ære ſuo conſcribebat Beliſarius longè plures, vt ait Procopius, quàm vnquam alij Imperatores; nam ex ſua familia ἑπτακισχιλίους ἱππέας, *ſepties mille equites dabat.* lib. 3. bell. Gotth. init. Aimoinus lib. 2. cap. 6. de geſt. Francor. *Sunt nobis duodecim millia puerorum, quos propriis alimus ſtipendiis, & decem & octo millia militum.* Fides ſit apud autorem: veriſimilia narrat Procopius.

Pag. 20. l. 28. *Ex filia nepoti.* Hanc Iuſtiniano duntaxat filiam peperit Theodora; quare Cyrilli Scythopolitani Procopij æqualis locum, in quo Theodora de prole ſuſcipienda Sabam virum ſanctum rogauit; de liberis maribus accipias Imperij ſucceſſoribus; quod Sabas omnino ſe facturum negauit, vt dicam infrà. Perperam Conſtantinus Manaſſes, οὐκ ἦν θυγάτηρ, οὐχ υἱός, οὐ διαδόχων γένος. *Non erant Iuſtiniano filiæ, vel filij, nec ſucceſſorum genus.* Theophanes Byzantius hiſtoricus apud Photium meminit *Theodori* cognomento

mento

mento *Ziri* Iustiniani Imperatoris filij, quem fortaſſe poſt Theodoræ obitum habuit. Falluntur Adolphus Occo, Octauius à Roſberg, Raphaël Volaterranus, & Onophrius Panuinius; quorum ille Iuſtinum iuniorem Iuſtiniani nepotem ex filio; hi verò ex filia putarunt; nam fuit nepos ex ſorore Vigilantia, vt Corippus, & Victor Tunnenſis illorum temporum Scriptores affirmant. *Iuſtinus iunior Vigilantiæ ſororis Iuſtiniani Auguſti filius patre Dulciſſimo natus.* Hæc Anaſtaſij & Ioanninæ ſponſalia quem exitum habuerint, infrà narratur.

Pag 21. l. 31. *Sanè res mortalium.* Idem αὐτολεξεὶ Procopius pronuntiauit lib. 4. bell. Gotth. Poſtrema illa verba, *Verùm quiſque vt libet, de his ita ſentiat*, nihil animum offendent, ſi cum his conferas, quæ de fortuna in eamdem ſententiam ſcribit infrà.

Pag 22. l. 3. *Turpiſſimè inde reducitur.* Incredibilis eſt Procopij libertas, hæc eadem acerbiùs lib. 3. bell. Gotth. quem etiamnum ſuperſtite Beliſario cum reliqua hiſtoria vulgauerat. Integrum locum ex manuſcripto Vaticano emendatum tibi damus, ad quem noſtram interpretationem maluimus conformare, cùm in ἀνεκδότοις hæc corruptiſſimè legantur. Βελισάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον οὐδενὶ κόσμῳ ᾔει, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πενταέτες οὐδαμῆ ἐπιβὰς, οὐδέ πη ὁδῷ ἰέναι ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φυγῇ κεκρυμμένῃ ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἔκ τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίου τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδεέστερον τοῖς πολεμίοις τετύχηκε Ῥώμην τε αὐτὴν ἀνδραποδίσαι, καὶ τἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. τότε δὲ καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὖσα τετύχηκε πικρότατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥπερ αὐτοῦ ἔτι ὁδῷ ἰόντος κατὰ κράτος ἑάλω. *Beliſarius turpiter Byzantium diſceſſit, cùm quinque totos annos nunquam in Italia pedem figere potuerit, neque certis itineribus progredi, ſed toto hoc tempore clanculum fugitans, ab vno maritimo præſidio ad aliud claſſe deueheretur, vnde tanto ſecuriùs hoſtes Romam & cætera omnia ſubiugarunt. Peruſiam verò primariam Tuſciæ ciuitatem dira obſidione cinctam reliquit, quæ illo Byzantium contendente, capta fuit.* Hæc infrà Procopius.

lin. 25. *Vitæ cogitationum pœnas exegit.* His ferè verbis Herodiano Beliſarius minatus eſt, vt habetur lib. 3. bell. Gotth. vbi & eiuſdem Herodiani ad Totilam defectio, deditióque Spoleti narratur.

lin. 33. *Ioannes Vitaliani.* De Vitaliano infrà. Ioannis bellicam virtutem paſſim in reliquis hiſtoriæ libris Procopius commendat. Anno belli Gotthici vndecimo à Beliſario Conſtantinopolim ad Iuſtinianum ablegatur, auxilia petiturus: tum verò hæc, quæ de coniugio Procopius hic narrat, acciderunt; ac licèt eas nuptias adornatas potiùs, quàm confectas dicere hoc loco videatur: tamen alibi Ioannem vocat Germani κηδεστὴν, & γαμβρὸν, *generum*. Duxit autem Iuſtinam, de qua hic mentio.

lin. 38. *Fratris filio.* Arnoldus VVion de Aniciana familia grad. 21. & Antonius Bonfinius Rer. Hung. Decad. 1. perperam Iustiniani fratrem fecerunt hunc Germanum. VVion falsò etiam credit, à Procopio, modò fratris Iustiniani, modò sororis filium eumdem appellatum: Interpretum lapsus ille est; nam Procopius, nō solùm hic, sed etiā lib 2. bell. Pers. & 2. Vand. & 3. Gotth. vocat Germanum Iustiniani ἀνεψιὸν, in cuius vocis ambiguitate vacillarunt Interpretes; Raphaël Volaterranus *fratris filium*, Christophorus Persona *ex sorore nepotem*; Leonardus Aretinus *Patruelem* verterunt. Nos Latinos eius ætatis Historicos consuluimus, vt Græca sublata dubietate, veritatem interpretando certò statueremus, atque ex Iornande conuertimus *fratis filium*, quem ipse *fratruelem* scribit, & iterum ac tertiò repetit lib. de Reb. Getic. Nam errorem librarij corrigas ad calcem eiusdem libri, ne autor à se & à Procopio discrepet, reponásque pro *fratri suo*, *fratrueli suo*. Cæterùm Procopio ἀνεψιὸς est *fratris filius*; *sororis* verò ἀδελφιδοῦς, sic Iustinianum vocat, qui erat sororis Iustini Senioris filius, & Proiectam Vigilantiæ Iustiniani sororis filiam; idque perpetuò religiosè seruat: posteriores Græci Scriptores aliquando variant.

lin. 38. *Connubia iungere.* Germanus ipse prima coniuge orbatus, curante Iustiniano captiuam duxit, licèt ex Amala familia Gotthorum nobilissima Mathasuetam Reginæ Amalasunthæ filiam, & Vitigis Regis quondam vxorem, quod Iornandes lib. de Reb. Get. iterum ac tertiò repetit. Ex ea filium habuit Germanum posthumum; ex prima verò nomine Passara Iustinum, Iustinam, & Iustinianum suscepit. Ex hoc Procopij loco erroris arguitur Onophrius Panuinius, qui Iustino Germani filio matrimonio iungit Vigilantiam; quam & Iustiniani filiam falsò credit; sed de his infrà.

Pag. 24. l. 10. *Nuptias Anastasio nepoti perficere maturabat.* Nam grauiter ægrotans Theodora, paucis pòst mensibus obiit; hæc enim incidunt in annum Iustiniani vigesimum secundum, quando & Theodoræ obitum, & Antoninæ ex Italia profectionem, & Belisarij ob rem malè gestam, reditum in Orientem narrat Procopius lib. 3. bell. Gotth.

Pag. 25. l. 1. *Extincta Imperatrice.* Mense Iunio, Indictione prima, vt habet Theophanes, Anno Imperij Iustiniani vigesimo secundo, nempe exactis in Imperio annis vno & viginti, tribúsque mensibus: Procopius lib. 3. bell. Gotth. Ex his corrige Octauium à Rosberg. *Theodora*, inquit, *mulier sapientissima, marito ob senectutem delirante, Rempublicam maximè gubernauit.* Nam Iustinianus mentis compos senos denos annos superfuit. Quo morbo obierit Theodora, scribit Victor Tunnensis, illorum temporum æqualis. *Theodora Augusta Calchedonensis Synodi inimica Canceris plaga corpore toto perfusa, vitam prodigiosè finiuit.* Num moriens resipuerit, silet; itémque alij. Solus Theophanes breuem illam vocem addit, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη. *Piè moritur*; si tamen

ad

ad pœnitentiam malè à Theodora factorum comprobandam eruditis viris satis hoc esse potest, quod ex consueta imperij ac principum reuerentia solet vsurpari. Nam de Anastasio Imperatore Hæretico, qui diuinitus fulmine ictus interiit, Iustinianus Nouella quinquagesima nona, & alibi sæpe ait, Ἀναστάσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως. *Anastasius qui piè mortuus est.* Et vir sanctissimus Sabas cum eodem Hæretico Imperatore loquens venisse se ait εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, *ad adoranda vestigia vestræ pietatis.* apud Cyrillum Scythopolitanum. Et quidquid erat Imperatorum ea venerationis forma nominabatur, vt *pium Imperium, pium caput, pia vestigia, ac pedes*, εὐσεβῆ ἴχνη. in Ep. Episcoporum ad Iustinianum. Et Marcellinus eundem Anastasium DIVVM appellat.

lin. 29. *Sergius Bacchi filius.* Tres Bacchi filij in Africana expeditione fuerunt, Cyrus, Sergius, & Solomon iunior; nam senior horum Auunculus erat, qui post Belisarium rem præclarè gessit contra Mauritanos, quos & omnino deleuit. De vtroque Solomone, déque Sergij moribus fusiùs atque liberiùs scribit Procopius lib. 2. bell. Vand. ibidémque de Ioanne Sisinioli, quæ multam lucem afferunt huic loco.

Pap. 26. l. 10. *Areobynthi.* Legitur & *Areobyndi*; alius est, quem sub Anastasio populus Imperatorem consalutauit, vt scribit Marcellinus. Hic Senator fuit illustri loco natus, coniux Preietæ, seu Proiectæ Vigilantiæ Iustiniani sororis filiæ, quæ, occiso in Africa Areobyndo, cum Ioanne Pompei Anastasij nepotis filio matrimonium contraxit. Præterea gessit Areobyndus vtramque Præfecturam, Vrbanam & Prætorianam.

Pag. 27. l. 16. *In Illyria nati.* Hoc idem Theodorus Lector, & Theophanes, Victor etiam Tunnensis Procopij æqualis, *Illyricianum* Iustinum dicit in Chronico; sed Zaccharias apud Euagriū lib. 4. cap. 1. & Basilius Cilix apud Photium in Biblioth. & qui post Procopium scripserunt Historici, *Thracem* Iustinum vocant. Bene est; nam Bederina, quæ, vt statim ait Procopius, Iustino patria fuit, in limitaneis Illyriæ, Thraciæque agris sita erat. Porrò sæpissime fit, vt quæ vrbes duarum Prouinciarum, vel fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab autoribus nullo discrimine admittantur; præsertim cùm Prouinciarum partitiones non eædem apud omnes Geographos, & Historicos sint. Etiam Agathias lib. 5. Bederinam in Illyria collocat: Iustinianus Nouella 11. in secunda Pannonia; verùm hæc nihil discrepant, vt statim dicemus.

lin. 16. *Exercendisque agris assueti.* Addit Zonaras Iustinum fuisse βουκόλον καὶ συφορβὸν, *armentarium & subulcum*, à quo Pomponius Lætus in Iustino, Andreas Alciatus Dispunct. 4. cap. 7. & alij acceperunt. Nihil fuisset magis ab re, quàm si Iustinum loco non humili solùm, sed etiam sordido natum hic siluisset Procopius. Secus alij, *Anicium* fecerunt, nempe familiæ, Romano-

rum omnium, qui Christo nomina dederunt, vt Prudentius ait lib. I. contra Symmachum, antiquitate & nobilitate præstantissimæ. Parum refert, quod in antiquis nummis Iustinus, *Anicius* habeatur; nam illum vt ex milite gregario palatij curam accepit, & quemadmodum Theodorus Lector ait, Patricij honorem consecutus, & in albo Senatorum conscriptus fuit, vero simile est ab Anicianis in familiam fuisse cooptatum, vel tandem sibi id nominis adsciuisse, cùm Imperator est appellatus; sicut etiam in iisdem nummis *Flauium* se inscribit, & Lupicinam coniugem ex serua *Flauiam* nuncupat. Quod ex Imperatoribus Christianis factitasse Constantinum, eiúsque patrem Constantium, deinde alios, notum est. Sic etiam accipias locum Iornandis lib. Rer. Getic. extremo, vbi Germanum Iustiniani fratris filium inter *Anicios* refert. Sed emendanda omnino est editio Parisiensis Cassiodori lib.8. Var. Epist. prima. *Non vos Maiorum purpuratus tantum ordo clarificat, &c. quantum longè latéque potens gratia vestra nobilitat.* Lego, Non NOS. nam Athalarici pater Eutharicus Consulatum gessit cum Iustino, Theodoricus Auus cum Venantio, Theodemirus proauus & auus ipse Gotthorum Reges fuêre. Iustinus verò, ad quem ea epistola est (vt infrà probabo) quibus maioribus natus sit, hinc liquet.

lin.17. *Zimarchus, Ditybistus, & Iustinus.* Vbi Iustinus cum imperio fuit, socios & commilitones suos dignitatibus, & honoribus auxit. Horum alter Zimarchus adhuc sub Iustiniano viuebat, Comes Orientis; de quo hæc Theophanes, συνέβαλον κατ' ἀλλήλων οἱ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Σευηριανοὶ, καὶ πολλοὶ φόνοι γεγόνασι, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Ζίμαρχον τὸν Κόμητα τῆς ἀνατολῆς ἐκώλυσε τοὺς ἀτακτοῦντας, καὶ πολλοὺς ἐξώρισε καὶ ἐδήμευσε. *Insurrexerunt in Orthodoxos Seueriani, & multorum secutæ sunt cædes. Quare Imperator Zimarchum Orientis Comitem misit, qui seditiosos cohibuit, eorúmque alios exilio, alios capite puniuit.* Fuit is etiam Curator Domus Placidiæ, vt infrà.

lin.18. *Bederiana patria fuit.* Agathiæ *Bederina.* Iustini patriam nominat etiam autor Chronici Alexandrini, Ἰουστῖνος ὁ βενδαρίτης ὁ Θρᾷξ, lege Βεδεριάτης. Corruptus codex fraudi fuit docto Interpreti, qui vertit, *Iustinus tribunus, seu vexillifer*, annotauítque βενδαρίτης *videri Vendrich.* Etiam Instiniani patriam fuisse Bederinam, affirmat Agathias lib.5. Sed aut eum allucinatum putat Suualembergius, aut Procopium, qui lib. 4. de Ædif. Tauresium, vel Taurisium scribit. Ortelius vt hos autores conciliet, vnam vrbem dicit Bederinam, & Tauresium; sed vtrumque in errorem induxit mutilus Procopij liber, quo nihilo sanior est editio Augustana: Codex Vaticanus emendatissimus sic habet. Ἐν Δαρδάνοις πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις οἳ δὴ μετὰ τῶν Ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται τοῦ φρουρίου ἄγχιστα ὅπερ Βεδεριανὰ ἐπικαλεῖται χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν. ἔνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης

οἰκιστὴς

οἰκιςὴς ὥρμηται. τοῦτο μὲν οὖν τὸ χωρίον ἐν βραχεῖ τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα, καὶ γωνίᾳ ἑκάςῃ πύργον ἐνθέμενος Τετραπυργίαν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε. παρ' αὐτὸ δὲ μάλιστα τῷ χωρίῳ πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐδείματο, ἥνπερ Ἰουστινιανὴν ὠνόμασε πρίμαν. ταῦτα τῇ θρεψαμένῃ τὰ τροφεῖα ἐκτείνων. *Apud Dardanos Europæos, qui post Epidamniorum terminos habitant ad præsidium, quod Bederiana vocatur, Oppidum est Taurisium nomine; hinc Iustinianus princeps orbis reparator ortus est; eum locum muro circundans quadrangula figura singulis angulis turrim imposuit, effecitque, vt esset, & vocaretur Quadriturrita. Iuxta eundem locum vrbem nobilissimam condidit, quam Iustinianam primam appellauit, atque nutricationis officium altrici patriæ rependit.* De qua Agathias nihil à Procopio discrepans, hæc habet. Πατρὶς ἦν αὐτῷ πόλις Ἰλλυρικὴ Βεδερίνη μὲν ἐκ παλαιοῦ ὀνομαζομένη, ὕστερον δὲ πρώτη Ἰουστινιανὴ μετακληθεῖσα. Ἰουστινιανὸς γὰρ ἅτε δὴ κατ' αὐτὴν εἰς φῶς προηγμένος ἐκόσμησεν εἰκότως τὴν πατρίδα. *Patria illi erat Illyrica Ciuitas Bederina vetusto nomine dicta, deinde prima Iustiniana denominata. Iustinianus namque quia ibi primùm editus in lucem est, mirificè patriam ornauit.* Procopius accuratiùs distinxit locum Iustiniani natalem, qui fuit Taurisium, nam ait, ἔνθεν ὥρμηται, *inde prodiit*: & locum in quo altus & educatus est, quæ fuit Bederina, cui τὰ τροφεῖα ἔκτεινεν, *altrici debitum persoluit.* A Procopio & Agathia nihil discrepat Nouella vndecima de prima Iustiniana: nam Prouinciarum partitiones & nomina aliis alia sunt. Id sæpe legis apud Strabonem, aliósque Geographos.

lin. 26. *Numeris militaribus inscripti.* Theodorus Lector, ἀπὸ στρατιωτῶν ἀρξάμενος καὶ μέχρι τῆς συγκλήτου προκόψας, *ex militum ordinibus ad Senatum peruenit.* Quare in diuersis antiquis monumentis Ταξιδάριν, *ordinarium* vocatum Iustinum inuenimus; quemadmodum & alios Imperatores Iulianum, Iouinianum, Valentinianum, Valentem, Theodosium, qui militari deposito sago purpuram induerunt.

lin. 33. *Criminis reum.* Cuius? Neque ipse dicit, neque alij Scriptores, qui satis ieiunè de Iustini rebus egerunt. At verò ne calumnia Procopij silentio subesse videatur, vnum de Iustini flagitiis, cùm adhuc erat in castris, referam. Ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ παλιγκάπηλος Ἰωάννης, ἦν εἷς τῶν ὑπὸ Ἰουστῖνον τὸν στρατηγὸν ταττομένων, ὃς αἰτήσας αὐτὸν ὀλίγον χρυσίον ὑπέσχετο σῖτον ἑπομένοις τῷ στρατηγῷ τρέφειν, καὶ ἀποδοῦναι πάλιν τὸ χρυσίον ἐκεῖνο. περιιὼν οὖν ἀνὰ τὰς κώμας ἔνθα βοῶν οὐδὲ ὄνομα ἠκούετο, οὐδὲ τούτων χάριν ὠνήσεως ἔλεγεν ἀφικέσθαι, ἐνέκειτό τε ἀπαιτῶν, καὶ χρυσίον προτεινόμενος ἐς ἂν οἱ δείλαιοι ἐκεῖνοι συναγαγόντες χρυσίον μόλις αὐτὸν ἔπειθον λαβόντα τοῦτο ἀπαλλαγῆναι. ἔπειτα οὕτω περιερχόμενος ἔνθα Κάμηλοι οὐκ ἦσαν, τούτων ἕνεκα ἥκειν ἔφασκε, καὶ οὕτως ἠργυρολόγει τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων κατήσθιεν. ἤδετο δὲ αὐτῷ Ἰουστῖνος ἀπελάτην

τὴν εὐωχούμενος. *Scelestus ille negotiator, & propola Ioannes, erat ex militibus qui Iustinum ducem sequebantur. Is vt paucas sibi pecunias concederet, Iustinum rogabat, pollicens non solùm pecuniam se illam redditurum; sed etiam annonam comitatui ministraturum. Ergo per pagos circumiens, in quibus Boum ne nomen quidem notum esset, emendi Boues causa illuc venisse se dictitabat, eósque petebat identidem, instabátque, & ostentabat pecuniam. Quare miseri Pagani collatitio ære illi oblato, vel sic ab eo vix obtinebant, vt inde discederet. Tum eò pergebat, vbi Cameli non essent, & ad hos ipsos coëmendos se aduenisse affirmabat. Porrò his artibus pecunias ab omnibus corradebat, victúmque sibi parabat iniustè. Quin & Iustinus acceptum illum habuit, quod nullis expensis lautè conuiuaretur.* Ex veterum Historicorum Collectaneis Cod. Vat. 96.

lin. 35. *Dux ille narrare solebat.* Mirificam Iustini liberationem alij quoque scripserunt, Ioannes Zonaras, Cedrenus, & Ephræmius in Chronico; verùm alia planè ab hac est, quam Procopius contigisse affirmat in Isauros copias ducente Ioanne Gibbo, sub cuius potestate tum agebat Iustinus, nempe initio Principatus Anastasij; nam extremo eiusdem imperio Iustinus erat Patricius, Senator, & Comes Prætorianorum; ídque magis ac magis confirmat quod Iustinianus Iustini nepos, cùm Gibbus ductabat exercitum, planè puer erat, neque versabatur in Castris, vt crimnis aut carceris Auunculi, quæ illi narrant, socius esse posset: nam *candidata militia*, quemadmodum ait Victor Tunnensis, functus est sub initium Imperij Iustini. Ergo secundò Iustinus in carcerem ab Anastasio coniicitur cum Iustiniano nepote tunc trigenario maiore perduellionis insimulatus. Eripitur verò non ea hominis specie apparente (vt Zonaras & alij scribunt) quam hic Gibbo militiæ magistro apparuisse Procopius refert; sed visis per quietem Anastasio Imperatori Sergio & Baccho Martyribus, quorum summa erat apud Dardanos & Illyrienses veneratio, & apud hos ipsos contribules atque gentiles Iustinum & Iustinianum, à quibus paulò post superbissimum templum ad vrbem Scodram Barbenámque fluuium iisdem Sergio & Baccho Martyribus excitatum fuit, vt pluribus narrauit Theophilus Iustiniani præceptor. Prima illa Ioannis Gibbi, & secunda Anastasij Imperatoris visio in eo planè conueniunt, quod Iustinus eiúsque propinqui futuri essent, vt Cedreni verbis vtar, σκεύη χρηστικὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς τε καὶ προνοίας, καὶ μέλλουσιν ὑπουργῆσαι τῷ θεῷ ἕκαστος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, *vasa consilio prouidentiæ diuinæ exequendo apta, & vterque suo tempore Deo esset operam nauaturus.*

Pag. 28. l. 17. *Prætorianis militibus Præfectus.* Horũ plures ordines, Scholarij, Domestici, Protectores, Silẽtiarij, de quibus Procop. infrà pag. 108. & deinceps. Ex his alij in atrio & vestibulo regiæ versabantur, alij pro cubiculis desidebant; hi σωματοφύλακες, *corporis custodes*, Latinè verò *Excubitores*, vt est apud

Euagrium

Euagrium lib.4. cap.1. & 2. Illi φύλακες τ̃ παλατίȣ, *custodes Palatij, Prætorij milites*, seu *Prætoriani*, *aulæ* vel *aulici milites*, vt Euagr. ibid. Præfectum his ordinibus, *Comitem Prætorianorum*, seu *Excubitorum* appellat Iornandes. ἄρχοντα τῶν φυλάκων τ̃ παλατίȣ, *Principem Custodum Palatij*, Procopius. Corippus *Curam Palatij* lib. 2.

Dispositórque nouus sacræ Badoarius aulæ
Successor soceri factus mox Cura Palati est.

Græci Κουροπαλάτην, deinde πρωτοκȣροπαλάτην, nimirum cùm Imperatores eo nomine alios donare honoris ergo cœperunt. Malè interpretatur Octàuius à Rosberg *Procuratorem Palatij*. Glossarium Græcobarbarum confundit cum alio *Cura Palatij*, de quo Cassiodorus lib. 7. Var. Epist. 5. qui fabricæ Palatij præpositus erat. Et errorem auget, cùm illius magnam fuisse dignitatem credit: quod ante Regem Theodoricum auream virgam gestans primus incederet. At Cassiodorus, *Primus*, inquit, *inter obsequia numerosa*, hoc est, non inter singulares & Primarios viros Patricios, Senatores & Consulares. Aurea verò virga est quam Codinus δικανίκιον appellat, inferioribus etiam ordinibus honoris ergo concessa; idque ex eodem Cassiodori loco colligere est. Quod fœdiore lapsu comprobare nititur ex Corippo;

Par extans curis, solo diademate dispar.

Sed hoc de alio est *cura Palatij*, Ordinum Militarium. *Par*, inquit, & *Dispar* non autoritate, nam is erat Præfectus Prætorio, vt dicam ad pag. 91. sed mutua Iustiniani Imperatoris beneuolentia, & Iustini iunioris ex sorore nepotis fide, atque etiam dignitate, nam subdit Corippus;

——— *Dispositu nam Cæsar eras.*

denique abusu, qui posteaquam Iustinus Senior ex eo gradu ad Imperium ascendit, primùm cœpit inolere, vt officium *Curopalatæ* gradus proximus esset ad Imperij fastigium perueniendi; quamquam Cæsares priùs creabantur, vt de Tiberio Corippus ait lib. 4. & S. Nicephorus de Mauritio. Quis Iustino in ea dignitate successerit non liquet; sed Iustiniani tempore Curopalatæ fuerunt eiusdem nepotes Marcellus, Marcianus, Iustinus, de quibus infrà in Genealogia Iustiniani; post Iustinum Baduarius, Tiberius, & Mauritius. Video eruditos viros confundere *Præfectum Prætorianorum*, qui est *Cura Palatij*, ac *Præfectum Prætoriorum*. Sed de hoc infrà pag. 91.

lin. 20. *Senex capularis.* Annos natus octo, & sexaginta. Theodorus Lector, ἄνδρα πρεσβύτατον, *homo qui ad summam senectutem vixerit*, infrà Procopius, ἐσχατόγηρων, reliqua ad pag. 45.

lin. 23. *Analphabetus.* Anni excurrunt centum & viginti, nec amplius, ex quo Iustinianus dicitur, & vulgò habetur *Analphabetus*: nempe post impressum Mediolani Suidam, quem Demetrius Chalcondyles de Græcis

c litteris

litteris benemeritus emendauit. Desinant eruditi Iurisconsulti Andreas Alciatus, Gulielmus Budæus, aliíque Iustinianum suum scribere indoctum ac planè rudem; & mendosum Suidæ locum, qui occasionem illis fecit errandi, ex hoc Procopij corrigant, vnde illa verba Suidas describit, ἀμάθητος γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος, quæ de Iustino Procopius dixit, non de Iustiniano. Rectè habent omnes Suidæ Codices Vaticani Ἰουστῖνος. Verùm ex eadem illa Chalcondyliana editione iam diu poterat illud mendum tolli, si quis animum attendisset, nam in voce ἀμάθητος, hæc eadem Procopij sententia profertur integro Iustini nomine. At frequens sanè est librariorum lapsus in his duobus Iustini, ac Iustiniani vocabulis, cùm in hac historia, vt infrà, & in *Notis Censoriis* monebimus, tum alibi apud Euagrium, aliósque Scriptores, ita vt viri grauissimi eam ob rem longè à veritate historiæ aberrarint. Athalarici Gotthorum Regis legatio de pace quæ habetur lib. 8. Variar. Cassiodori Epist. 1. ad Iustinúmne est, quemadmodum legimus in Vaticano Codice; an ad Iustinianum, vt titulus editionis Parisiensis præ se fert, & vir doctus Baronius credere non dubitauit? Verùm ait; *Primordia itaque nostra, solatia mereantur Principis longæui habere.* Atqui Iustinianus κομιδῇ νέος, *admodum adolescens* erat (vt statim subdit Procopius) cùm Athalaricus eam legationem adornabat. Ait præterea; *Vos genitorem meum in Italia palmatæ claritate decorastis.* Sed genitor Athalarici Eutharicus ante nouem annos quàm Iustinianus Cæsar esset, & ab eo Consul creari posset, palmatam induerat in Italia, nec diu pòst, diem obierat. Ait demum; *Desiderio quoque concordiæ factus est per arma filius, quamuis vobis penè videbatur æquæuus.* Ergo Iustinianus qui non solùm plena pubertate Eutharicum non præcedebat, sed κομιδῇ νέος, *planè adolescens* erat, senem adoptauit, à quo multis annorum decuriis superabatur. Lege Iornandum lib. Rer. Getic. extremo. Hæc obiter, sed necessariò monuimus; plura infrà ad pag. 45. 135.

lin. 28. *Proclus.* Alius est Proclus insignis Mathematicus, qui hoc tempore florebat, & Anastasij Imperatoris mortem coniecit, & Vitaliani classem miro artificio combussit, vt Marcellinus, & Euagrius narrant. Hic verò fuit Pauli Byzantij filius iuris consultissimus, ἀνὴρ δίκαιος καὶ χρημάτων ἀδωρότατος, *homo iustus, nullisque largitionibus corrumpendus*, qui Iustinum Imperatorem paratissimum ad Chosroëm Cabadæ Persarum Regis filium sibi adoptandum, à sententia deterruit, ne ad Persas, inquiens, Romanorum Imperium veniret. Quod imperante Iustino vniuersa Romana Respublica ab huius ore, vt ait Procopius, penderet, sub eius signo æneo scriptum id erat Constantinopoli.

περόκλος ἐγὼ βυζάντιος, ὃς περὶ δῶμα,
πλεθάοντα δίκης βασιλήιος ἥρπασεν αὐλή,

ὄφρ

ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐλευθενέος βασιλῆος.
ἀγγέλλει δ' ὅδε χαλκὸς ὅσον γέρας ἐστὶν ἀέθλων.
καὶ τὰ μὲν εἴκελα πάντα καὶ ὕει καὶ γλυετῆει
ἔνδ' ὑπάτων ῥάβδοισι παῖς νίκησε τοκῆα.

Hoc epigramma, quod Ioannes Brodæus parum intellexit, ex hoc Procopij loco illuſtratur. Quod ait de Conſulatu; de Honorario intelligas neceſſe eſt.

lin.32. *A Magiſtratu, qui id muneris habet.* Habebat id munus Primarius à ſecretis, quem poſteriores Orientis Imperatores Κανικλείωνα, ſiue τὸν ἀπὸ Κανικλείου nominarunt. Frequens eſt eius mentio apud Gregentium Epiſcopum Taphreſem, Codinum, Nicetam, & recentiores Hiſtoriæ Græcæ Scriptores. Huius Magiſtratus officium, ac nominis rationem ſtatim dicemus.

lin.35. *Quæ legi Latinè poſſent.* Etiamnum videmus ad calcem Græcarum Conſtitutionum ſubſcriptiones Imperatorum, notáſque Conſulum Latinas, ſed non ita multo pòſt obſoleuerunt.

lin.35. *Formam quatuor litterarum.* Audieram in Archiuo Caſſinenſi haberi Iuſtini Diplomata eiuſdem manu conſignata: ex quibus formam illarum quatuor litterarum excipere, earúmque longitudinem latitudinémque, & apicum ipſorum ingenium ſumma qua fieri potuiſſet induſtria adamuſſim exprimere, tibíque Lector proponere conſtitueram. Sed perfertur ad me ibi Iuſtini nomen integrum eſſe. Quare Diplomata quæ aliis etiam de cauſis ſuſpectæ fidei olim Baronio viſa ſunt, ex hoc Procopij loco impoſturæ iam quiſque facilè conuincat. Cæterùm Proclus Quæſtor quatuor illas tantùm litteras tabellæ incidendo non commoditati modò Iuſtini conſuluit, ſed etiam priſcum Romanorum vſum vtrumque retinuit; qui, autore Plutarcho, prænomina integra non ſcribebant, ſed vna litera, vt M. T. L. duabus, vt CN. tribus, vt SEX. SER. Auſonius,

Lucius vna quidem, geminis ſed diſſita punctis
Littera prænomen ſic nota ſola facit.

Verùm hæc conſuetudo paulo pòſt intermiſſa eſt: nam Orientis Imperatores integrum nomen arcanis quibuſdam nodis, & implicationibus litterarum ſcribere cœperunt, vt in antiquis eorum Diplomatibus apparet; & mentio eſt in Sexta Synodo, Actione 12. μονογράμμου Imperatoris Conſtantini Pogonati, quod continebat has voces, Κωνσταντίνου δεσπότου. Verùm vnica littera I. ſuum notare Iuſtinianum conſueuiſſe nomen Corippus indicare videtur libro primo extremo, quamobrem & Iota Iuſtinianum apicem vocat.

Sic decus Imperij ſanctum, ſic Iota reſurgens
Exortum eſt de fine ſuo ſeniúmque reponens

Nominis & recti Iustino in principe viuit
Iustinianus apex domini. ———

Pag.29. l.2. *Colore imbutus, quo scribere mos est Imperatoribus.* Gregorius Secundus ad Leonem Isaurum Imperatorem. *Litteræ tuæ, & non alienæ sigillis imperatoriis obsignatæ diligenter essent, & accuratæ intus subscriptiones per cinnabarin propria manu tua, vt mos est Imperatoribus, subscribere. Cinnabarin* vocauit ob coloris similitudinem; sed Imperatorium *Encaustum* purpureum erat ex murice. *Sacri affatus quoscumque nostræ mansuetudinis in quacumque paginarum scripserit autoritas, non alio vultu penitus, aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur: scilicet vt cocti muricis, & triti Conchylij ardore signetur. Hanc autem sacri Encausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere.* l. 6. C. de Diuers. Rescript. *Encaustũ* hodie in Italia dicimus *Enchiostro; Encausta*, & *Encaustaria* legendum ad l.9. C. de Agric. Liquor ille purpureus, quem hic nõ atramentum, sed purpuramentum vocare liceat, seruabatur in atramentario, nisi dicere etiam malis, purpuramentario; quod cùm Caniculi formam effigiémque præ se ferret (quales atramentariorum formas hodiéque vsurpamus) ob id CANICVLVS est appellatum. Et à CANICVLO erat, qui Cæsari eiusmodi purpuramentarium ministrabat. Anastasius Bibliothecarius ad Octauam Synodum Act. 10. *Præpositus Caniculi est, qui curam & custodiam gerit Caniculi, id est, atramentarij, ex quo Imperator* PHOENICEAS *litteras scribit in chartis.* Ad nomen si quid præterea Cęsari subscribendum erat, id Præpositus Caniculi manu sua exarabat, quod in calce eiusdem Synodi Chrystophorum Basilij Imperatoris à Caniculo fecisse liquet. Præficiebantur Caniculo Primarij à secretis, quorum magna dignitas & autoritas fuit, vtpote quæ solis tandem Imperatoris sanguine propinquis concederetur. Quæ Iunius de hoc officio apud Codinum; nugæ sunt.

lin.11. *Lupicinæ:* Sanctus Nicephorus in Chronico *Euphemiam* appellat. Vterque bene; illud vocabulum natalitium fuit, hoc nomine à Iustino, populóque Constantinopolitano Augusta consalutata est, vt habent Græci Scriptores quos infrà laudabimus. Victor Tunnensis in Chronico. *Iustini coniux Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocauerunt.*

lin.16. *Insignis homo stoliditatis.* Idem, sed modestius lib. 1. bell. Vand. οὔπω μὲν ἥκοντι ἐς βασιλείαν, διῳκημένῳ δὲ αὐτὴν κατ᾽ ἐξουσίαν, ἐπεὶ οἱ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ὑπέργηρώς τε ὢν ἐβασίλευε, καὶ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν πραγμάτων οὐ παντελῶς ἔμπειρος. *Nondum ad Imperij administrationem accesserat Iustinianus, eam tamen summa exercebat autoritate, quod Iustinus Auunculus Imperator exacta iam esset ætate, & Reipublicæ gerendæ haud omnino peritus.* Vide infrà.

lin.19. *Iustinianus sororis filius.* In Græco est ἀδελφιδοῦς, sic etiam Euagrius, & Cyrillus Scythopolitanus Procopij æquales; Theophanes verò, & alij posteriores ἀνεψιὸν, Anastasius Bibliothecarius vertit *nepotem*, Græcæ

vocis

vocis ambiguitatem ſecutus, quæ tum ex fratre, tum ex ſorore filium ſignificat. Vide quæ ſuprà notauimus. Latini eius temporis Hiſtorici explicatiùs, Marcellinus in Chronico *ex ſorore nepotem* dixit: ſic etiam Iornandes, qui anno Iuſtiniani vigeſimo quarto ſcribebat, & *Auunculum* Iuſtinum appellauit, nempe matris Iuſtiniani fratrem. Andreas Alciatus lib. 4. Diſpunct. cap. 7. & Hubertus Goltius in Faſtis, Iuſtiniani parentem Iuſtinum fecerunt. Fortaſſe quia ſic eum in Conſtitutionibus ſæpe Iuſtinianus nominauit; ſed adoptatus eſt à Iuſtino, non genitus.

lin. 19. *Ætate iunior.* Græcè eſt *κομιδῆ νέος*, *planè adoleſcens.* Quoto ætatis anno ad Rempublicam acceſſerit Iuſtinianus, inter antiquos Scriptores non conuenit, minus inter recentiores. Hubertus Giphanius in Comm. de Iuſtin. ſub Zenone Imperatore Conſule Fauſto natum, ex Marcellino refert; verùm id in Marcellino nuſquam legimus; Theophilus Iuſtiniani præceptor licèt ſub Zenone & Acacio Patriarcha dicat, Conſulatum tamen reticet. Panuinius lib. 3. Faſtorum, anno ætatis quarto & quadrageſimo Imperium cepiſſe, nullo autore, narrat; fortaſſe accepit à Zonara, qui quintum & quadrageſimum notat annum. Pugnare tamen ſecum Zonaras videtur, vbi narrat Iuſtinum Auunculum recuſaſſe Iuſtinianum Imperij ſocium habere, atque id vrgentibus Principibus dixiſſe; *Vobis optandum eſt ne hanc purpuram iunior aliquis induat:* nam non eſt iunior qui quinque & quadraginta annorum eſt. A Zonara parum diſcrepat Nicephorus, qui anno ætatis octogeſimo ſecundo Iuſtinianum obiiſſe ſcribit. Scholium ab erudito viro deſcriptum olim offendi in manuſcripto Vaticano. Κωνσταντίνα, ἡ γαμετὴ Μαυρικίου ἐγέννησεν υἱὸν, ὃν ὁ Μαυρίκιος ἐπωνόμαζε Θεοδόσιον. τῶν οὖν Βενέτων κραζόντων Ἰουστινιανὸν καλεῖσθαι, οἱ Πράσινοι ἔκραζον Θεοδόσιον. διὰ τὸ Θεοδόσιον γενέσθαι, καὶ πολλὰ ἔτι ζῆσαι. ἤρξαντο οὖν οἱ Βένετοι λέγειν, τὰ δωρηθέντα ἔτη τῷ Ἰουστινιανῷ ὁ Κύριος παράσχοι σοι ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἰσὶ ϛ´ ἔτη καὶ πλείω. ἡ γὰρ ζωὴ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐγένετο ἔτη ν´. *Conſtantina Mauritij coniux filium genuit, quem Mauritius Theodoſium nominauit; at Veneti Juſtinianum appellandum contendebant: contrà Praſini Theodoſium, quod ille Orthodoxus fuerit, diúque vixerit. Tum Veneti acclamarunt, Juſtiniani tibi Deus annos cum pace concedat; nam illius nonaginta & amplius anni fuerunt, Theodoſij verò quinquaginta.* Pro nota ϛ repono non diſſimilem, eidémque proximam in ordine numerorum π, vt ſint anni octoginta; vereor enim ne in eo ſcholio mendum ſit, vel in Venetorum acclamatione adulatio. Nam vt nonaginta Iuſtiniani vitæ annos computemus, addendi ſunt ad nouem atque triginta eius Imperij, vnum & quinquaginta: atqui virum vnius & quinquaginta annorum *ætate iuniorem* Procopius minimè dixiſſet. Quamquam, vt planè liquet, non tum *ætate iuniorem* fuiſſe dicit Iuſtinianum Procopius, cùm Cæſar declaratus eſt; ſed cùm in ipſo Iuſtini Principatus exordio per

licentiam, vel Auunculo permittente ſibi adminiſtrationem Imperij ſumebat. Quando κρατειῶς ἀντείχετο τ πολιτείας, *cum poteſtate Rempublicam gerebat*, vt Cyrillus Scythopolitanus loquitur. Tunc verò quantum coniectura aſſequi poſſumus, tertium & trigeſimum ætatis annum Iuſtinianus agebat. Nam ſub finem Anaſtaſij dominatus Byzantium veniſſe Iuſtinianum trigenario maiorem Theophilus eius præceptor affirmat. In obſcuro quidem eſt annus, & Conſulatus; dies verò Iuſtiniani natalitius fuit quinto Idus Maij, ludóſque ea die celebratos, apud Theophanem notatos habes ad annum vigeſimum primum, & vigeſimum octauum. Ridiculum eſt commentum Interpretis ad ea verba Suidæ in voce Τυμβογέρων. Πρὸ κδ΄. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τυμβογέρων ἦν ἤδη. *Non conſtat*, inquit, *quid ſibi velint hæc* πρὸ κδ΄. *id eſt, ante viginti quatuor: fortaſſe legendum*, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πρὸ κδ΄. ἐτῶν ἦν τυμβογέρων, *hoc eſt, Juſtinianus autem Jmperator ante vigeſimum quartum ætatis annum erat iam vt ſenex decrepitus*. Nugæ; Suidas citat huius hiſtoriæ verba ad pag. 29. Deinde de Iuſtino loquitur, non de Iuſtiniano. Tertiò, dictio compendiaria, quam iſte numerariam notam interpretatur, Procopij nominis (cuius verba citantur) compendium eſt; ita Προκό.

lin. 19. *Qui ſummam moderabatur Jmperij*. Id conſtat ex loco, quem paulo antè laudaui lib. 1. de bell. Vand. & ex alio lib. 1. de Ædif. vbi reſtaurationem templi Blacherniani à Iuſtino factam Iuſtiniano nepoti tribuēs Procopius, ſic rem excuſat, quod in impreſſis non habetur. αὐτῷ γὰρ λογιστέον καὶ τὰ Ἰουστίνῳ εἰργασμένα τῷ θείῳ ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν κατ᾽ ἐξουσίαν αὐτὸς διῳκεῖτο. *Nam Juſtiniano*, inquit, *adſcribenda ſunt Juſtini auunculi geſta, cùm huius Jmperium ille ſumma autoritate adminiſtraret*. Et Cyrillus Scythopolitanus ait Iuſtinianum antequam Cæſar renunciaretur, fuiſſe πατρίκιον, ὕπατον, στρατηγὸν, καὶ τῶν τ πολιτείας πραγμάτων κρατειῶς ἀντεχόμενον, *Patricium, Conſulem, Ducem exercitus, & cum poteſtate Rempublicam rexiſſe*.

Pag. 30. l. 17. *Amantium Eunuchorum Aulæ principem*. Marcellinus *Palatij præpoſitum* nominat; Euagrius *Jmperatoris cubiculi præfectum*. Erat is Eunuchus, eáque re cùm ſibi quærere Imperium non poſſet, id optabat Theocrito familiari ſuo; vnde perduellionis ſuſpicionem incurrens, à Iuſtino necatur; addit Marcellinus cauſam hæreſis Manichæorum. Quare ἀντάρτης τ τριάδος, *rebellis Trinitatis* à Tyriis vocatus eſt, & à Byzantiis *Zummas* ab inſigni Manichæo eiuſdem nominis: Procopius iniuriam illatam Ioanni Patriarchæ; fortaſſis occaſio necis captata hinc eſt. Huius Amantij domus erat, quæ deinde Sancti Thomæ Eccleſia fuit Conſtantinopoli, vt eſt apud Autorem Origenum C P. & Zonaras confirmat.

lin. 21. *Jn Joannem Vrbis Antiſtitem*. Quem quod plurimùm Iuſtinianus, vt hic vides, amabat, *Oecumenici* nomen tunc primùm ſibi arrogantem non compeſcuit,

compeſcuit, vt in præfatione diximus. Cùm hic fuerit Cappadox, à nonnullis confunditur cũ alio eiuſdem cognomine & conciue; ſed hic presbyter fuit Conſtantinopolitanus, vt Theophanes narrat, & Timothei Patriarchæ Syncellus, & anno Iuſtiniani tertio moritur; alter verò Ioannes Cappadox Prætorij Præfecturam cepit primùm ſub Iuſtiniano; nam ſub Iuſtino eam geſſit Marinus, dein Appion Patricius, & alij, quos vide infrà ad pag. 92.

lin. 25. *Vitalianum Tyrannum.* Numeratur à Procopio lib. 1. bell. Perſ. inter Duces exercitus Anaſtaſij Imperatoris, aduerſus quem deinde arma ſumpſit. Extincto Anaſtaſio ad Rempublicam reuocatur à Iuſtino, ſeptimóque receptionis ſuæ die, vt Marcellinus ait, magiſter militiæ ordinatur, deinde Conſul. Tantæ fuit apud Iuſtinum autoritatis, vt eo inſtante Seuerum & Iulianum Hæreticos Imperator iuſſerit exulare; & Sanctus Hormiſda Papa ad eum ſcripſerit de grauioribus Eccleſiæ rebus, vt eſt in Epiſtola Iuſtiniani ad eundem Hormiſdam: in qua cùm *fratrem* eum Iuſtinianus appellet, Arnoldus VVion ſic accepit, quaſi de germano fratre dixerit; ſed perperam. Nam Vitaliani, & Iuſtiniani nepotes, nempe *Joannem* & *Germanum*, non modò conſanguineos fuiſſe negat Procopius, ſed familiæ dignitate longè inter ſe diſtaſſe etiam affirmat ſuprà. Præterea fuit Vitalianus genere *Scytha*, vt Marcellinus habet, *Patricioli filius*, vt Procopius narrat lib. 1. de bell. Perſ. Iuſtinianus verò *Illyrienſis* ex patre *Sabbatio*, vt infrà dicemus. In ea verò Epiſtola *frater* Iuſtiniani dicitur, non ſanguine, ſed ἀδελφοπιστία quam Græci vocant, *iurata fraternitate*. Nam Vitalianus ob affectatam ſub Anaſtaſio tyrannidem ſibi timens, publicam poſtulauit fidem, quam Iuſtinianus nomine Cæſaris non ſolùm dedit, ſed etiam ſuper ſacram menſam, ritu Chriſtianis conſueto, ἀδελφοπιστία, id eſt, *iurata mutuò fraterna fide*, Vitalianum ſibi deuinxit; quod curioſè Procopius illis verbis obſeruauit, ᾧ δὴ τὰ πιστὰ πρότερον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας παρέσχετο διαλαχὼν αὐτῷ τῶν ἐν Χριστιανοῖς μυστηρίων: *impunitate promiſſa, fide publica, vnà ſuſceptis Chriſtianorum myſteriis.* Sic & Strategium Ærarij Præfectum Iuſtiniani *fratrem* appellatum video in hiſtoria de templo Sanctæ Sophiæ, quem ibidem infrà ἀδελφοποιητὸν autor nominat: nam Strategio Appius Ægyptius pater fuit, vt Innocentius Maronianus ſcribit in Epiſt. ad Thematem. Hos etiam ἀγαπητοὺς nominare Chriſtiani conſueuerant; quare Fœlix Papa Quartus cùm adhuc laïcus fraternam fidem Iuſtiniano iuraſſet, exinde dictus eſt Ἰουστινιανοῦ ἀγαπητὸς, vt in Romanorum Pontificum ſerie Græcè conſcripta obſeruaui. Hac eadem ratione & fide Iuſtiniani frater fuit Theodoricus Gotthorum Rex, vt Theophilus Iuſtiniani præceptor explicat. Ritum hunc ἀδελφοπιστίας, antiquiſſimi Patres hauſto Chriſti poculo ſacrum fecerunt, quibus curæ fuit euertere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non ſolùm Barbari, & Orientis Populi, vt refert Lucianus in lib.

de Ami

de Amicitia, cui titulus est Τόξαρις, sed etiam Romani ad amicitias, fœdera & coniurationes stabiliendas.

lin. 28. *Dato offensioni loco.* Hæc acerbiùs Zacharias apud Euagrium lib. 4. cap. 3. Emendandus est Theophanes, qui populo Constantinopolitano Vitaliani cædem adscribit, διὰ τὸ πολλοὺς ἀνῃρηκέναι τῷ καιρῷ τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῦ κατ' Ἀναστασίου, *quod*, inquit, *multos deleuerit quo tempore in Anastasium arma sumpserat.* Sed Vitalianus quàm fuerit populis acceptus, publicæ illæ acclamationes declarant. *Vitaliani Patricij multi sint anni. Vitaliani Orthodoxi multi sint anni;* quas Epiphanius Tyrius in Epist. refert.

lin. 29. *Eum in Aula impiè contrucidauit.* Victor Tunnensis eorum temporum æqualis. *Vitalianus Constantinopoli intra Palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Iustiniani Patricij factione dicitur interfectus fuisse.* Extincto Vitaliano, qui erat magister militiæ, Iustinianus designatus est dux Romanarum legionum. Ita Zonaras; Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. Them. 12. Ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ περιβόητος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς (ὅτε τῶν σκήπτρων ἐκράτει τῆς ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὁ τούτου θεῖος Ἰουστῖνος) μονοστράτηγος τῶν ῥωμαϊκῶν ταγμάτων Καῖσαρ ὢν ἐχρημάτιζε. *Magnus ille ac celebris Imperator Iustinianus (imperante Iustino auunculo) solus Romanarum legionum Dux, cùm iam Cæsar esset, appellabatur.* Στρατηγὸν eum appellat in Senatu Proclus Quæstor apud Procopium lib. 1. bell. Pers. Sed corrigendus est Constantinus; nam Procopius ibidem diu pòst Iustinianum consalutatum fuisse Cæsarem affirmat. Σίττας καὶ Βελισάριος νεανία μὲν καὶ πρώτω ὑπηνήτα ἤστην Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηγοῦ δορυφόρω, ὃς χρόνῳ ὕστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θείῳ τὴν βασιλείαν ἔσχεν. *Sittas & Belisarius primæ lanuginis adolescentes satellites erant Iustiniani militiæ magistri, qui diu pòst cum Iustino auunculo habuit Imperium.* Clariùs Cyrillus Scythopolitanus Procopij æqualis, Ἰουστῖνος Ἰουστινιανὸν ἀνθ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε πατρίκιον, καὶ ὕπατον ὄντα καὶ στρατηγόν. *Iustinus Iustinianum ex sorore nepotem suo loco Imperatorem constituit, qui iam erat Patricius, Consul & magister militiæ.*

lin. 32. *Duæ populi factiones.* Duæ, quæ seditiones agitarent; nam alioqui quaternæ Circensium Aurigarum priscæ factiones erant: adde *Prasinis* & *Venetis Albatos*, & *Rusatos*, de quibus omnibus extant epigrammata in lib. 5. Anthologiæ. Domitianus τοῖς ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας προσκατέστησε. *Ad numerum Aurigarum*, inquit Dio, *duos alios ordines adiecit, quorum alterum Auratorum, alterum Argentatorum vocauit.* Sunt qui efferant *Prasinos*, & *Venetianos*: ita Antoninus Imperator in vita sua; & antiquus lapis.

VICTORIA
VENETIANORVM
SEMPER
FELICITER.

Prasinos

Praſinos qui viridi colore vtebantur, nonnunquã Marcellinus *Cereales* dixit. Dio lib. 59. illorum veſtem βατραχίδα, *Ranuncularem* à ranarum viriditate vocat. Veneti à Græcis dicti Κυάνεοι, hoc eſt, *Cærulei*, confirmátque Vegetius; quod Chriſtophorſonus ad cap. 31. lib. 4. Euagrij parum animaduertit. Τὸ βένετον ἀπὸ βενετίας ὠνόμασαι, ἐν ᾗ γίνεται κυανᾶ χρώματα. *Venetus color à Venetis dicitur, vbi cærulei colores fiunt.* Malè, nam ante conditas Venetias id nomen fuit; Venetæ nãque factionis meminit Suetonius in Vitellio cap. 14. Praſinæ, Dio lib. 59. De origine Venetorum, ac Praſinorum ſic in antiquis hiſtoriarum Collectaneis Cod. Vat. 96. legebam. Οἰνόμαος πρῶτος ἐφεῦρε τὰ τοῦ ἱπποδρόμου χρώματα, ἀγωνιζομένης γῆς καὶ θαλάσσης. ἐβάλλοντο κλῆροι, καὶ ὃν ἔλαχεν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι ἐφόρει χλοανὸν, ὃς δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης κυάνεον, καὶ ἐποίει τὸν ἀγῶνα μαρτίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοανὸν ἐνίκα τῆς γῆς εὐφορίαν ἤλπιζον. εἰ δὲ τὸ κυάνεον, τῆς θαλάσσης εὔπλοιαν. Καὶ ηὔχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸ χλοανὸν νικᾶν. οἱ δὲ αὖ πάλιν ναῦται τοῦ κυανέου ἐβούλοντο τὴν νίκην. *Oenomaus primus adinuenit Circenſium colores, quibus Terræ ac Maris quaſi certamen repræſentauit. Mittebantur ſortes; quem verò contigiſſet Terræ vicem agere certando, ille veſtem viridem induebat; cæruleam autem qui vices Maris agebat. Hoc certamen vigeſima quarta die Martij Oenomaus conſtituit. Quod ſi color viridis viciſſet, Terræ fertilitatem omnes ſperabant; ſi cæruleus, tranquillam Maris nauigationem. Quare Agricolæ optabant victoriam viridi colori: Nautæ, cæruleo.* Præter hæc quæ Procopius narrat de Venetorum, Praſinorúmque ſeditionibus, lege lib. 1. de bell. Perſ. Euagrium ibidem, Marcellinum in Chronico, Theophanem, & Zonaram in Iuſtiniano. Vide has Notas infrà ad pag. 43. & 84.

Pag. 31. l. 30. *Ut Maſſagetæ ſolent, quare hunc habitum Hunnicum appellant.* Non Hunnorum, non Maſſagetarum, ſed Saracenorum proprium alij hunc habitum fuiſſe narrant; Gentilibus paſſim omnibus hoc tribuit Hieremias cap. 10. *ſuper omnem attonſum circa faciem ſuam.* Οἱ Σαρακηνοὶ (ad eum locum ait Theodorus Mopſueſtenus) τὴν κόμην κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος ἐῶντες μόνον ἀποκείρονται τὸ μέρος τὸ ἐπὶ τὸ μέτωπον, οἵ εἰσιν οἱ νῦν λεγόμενοι γεντίλιοι. *Comam ad occipitium promittentes Saraceni, partem ſolummodo tondent, quæ fronti imminet; hos hodie Gentiles appellamus.*

Pag. 32. l. 4. *Intenta manu, &c. alios incitarent.* Hæc ſtudia fauentium in Circo feſtiuè Cæſarius deſcribit Dialogo primo initio; ſed hic ea tantùm delibo quæ ad χειρονομίαν pertinent. Τὴν χεῖρα, inquit, κατ' αὐτῶν παρατείνοντες καὶ τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις σοῦ ἐχομένοις παίοντες, καὶ τὴν παρειὰν παρακνώμενοι, καὶ αὐτάνδρους ἐπὶ σοῦ σταδιοδρομοῦντας διανυσάμενοι χειρονομοῦσιν αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸ ἔπαθλον.

lin. 15. *Antehac armati ferè omnes.* Hæc de Venetorum Praſinorúmque facinoribus narratio quædam veluti tabula eſt, in qua contemplari licet, quid

ſceleratorum in vrbibus licentia poſſit, quæ Principum fauore ſtudiiſque foueatur. Neque ad hæc Procopij confirmanda operæpretium eſt aliorum teſtimonia Scriptorum in medium adducere. Satis ſit hæc Iuſtiniani tempora ex modeſtiore ætate, & Imperio Theodoſij Magni coniicere, quod licèt hiſce factionibus blanditum non ſit, earum tamen grauiſſimè damnum ſenſit, vt Gregorius Nazianzenus iambis declarauit ad Seleucum.

——— θέαμα πωλικῶν ἱπποδρόμων
πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
μάχας διδάσκει, λοιδορεῖν θήγει στόμα,
τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγχεύει γένη,
καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νέους,
ἔχθρας ἀνάπτει φιλτάτων, πατεῖ νόμους,
καὶ πρός γε τούτοις χρημάτων σαφὴς βλάβη.
πόσους μὲν οἴκους ἀθρόους κατέσπασε;
πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;
πόσας δὲ τὸ πρὶν εὐνομουμένας πόλεις
ἄρδην καθεῖλεν; ὡς γὰρ ἡβῶσα στάσις
φόνοις δυναστῶν ἔχρανε δήμου χέρας,
χήρωσεν ἀνδρῶν τὰς πόλεις νόμῳ ξίφους,
πῦρ καὶ σίδηρος τὰς πόλεις ἐνείματο,
σφαγαῖς κολάζων τὰς σφαγάς, φόνοις φόνους.

Pag.35. l.5. *Neque immunes hac violentia nuptæ fœminæ.* Et ſtatim exemplo id confirmat Procopius. At illa mulier fuit violentia ſceleratorum immunis, quæ morte ſtuprum anteuertit. Sed planè non deerant hiſtorico exempla, quæ adamuſſin narrationi conuenirent. Petrus Apamenſis homo factionis Venetæ, militis cuiuſdam cognomento Pſephę coniugem conſtuprauit, ἡ μὴ δυνηθεῖσα τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν τοῦ ἀνδρὸς φυγεῖν εἰς σφαγὴν ἀπεχώρησε τραγῳδοῦσα τάς τε οἰκείας, καὶ τοῦ γεγαμηκότος ἐπονειδίστους ξυμφοράς. *Quæ cùm ſcelerati hominis perditam vitare cupiditatem nequiuerit, ſuæ & mariti infamiæ tragicum planè remedium adhibens in ſuam cædem prorupit.* Epiſcopi ſecundæ Syriæ in Epiſt. ad Conc. ſub Iuſtiniano.

Pag.36. l.1. *Iiſque magnas elargiretur opes, &c.* Euagr. lib. 4. c.31. ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ. καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τὴν ἀπενδωπίας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ ἀξιοῦσθαι γερῶν. *Vt impunè poſſent ipſâ meridie in mediâ Ciuitate aduerſarios trucidare, & non modò non pœnas metuerent, verùm etiam dignarentur præmiis.*

lin. 10. *Cùm neque eorum ſenſum aliquem acciperet quæ ſe ſpectante in Circo fierent.* Non ſolùm hoc ait de factioſorum cædibus, ſed etiam de conuiciis & contumeliis in Principes, in Theodoram Auguſtam, & in Iuſtinianum à viliſſima plebe iactis. Chron. Alexandr. πολλῶν ὕβρεων γινομένων μεταξὺ τῶν

μερῶν

μερῶν Βενέτων τε καὶ πρασίνων, καὶ πολλὰ λοιδορήσαντες τὸν βασιλέα κατῆλθον οἱ πράσινοι ἐάσαντες τὸν βασιλέα καὶ σὺν βενέτοις θεωροῦντας. *Inde multis inter geminas factiones Venetorum & Prasinorum iactis conuiciis, & in ipsum Imperatorem, Prasini ex Circo descenderunt relictis Imperatore & Venetis in spectaculo.* Hæc in eo Chronico diminuta, apud Theophanem verò cùm integra habeantur, infrà ad pag. 56. opportuniùs tibi dabimus cum nostra interpretatione.

lin.12. *Nam mirè stolidus fuit.* At in rebus agendis Iustiniani peracre ingenium in hoc libro sæpe Procopius laudat. Ibi florentis ætatis feruorem, hic senescentis languorem stuporémque notat. Menander Iustiniani Protector, οὐ γὰρ ἐσφρίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤκμαζεν ἡ ἀλκὴ, ἀλλ' ἤδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο φρόνημα μετεβέβλητο εἰς τὸ ῥαθυμότερον. *Neque enim amplius vegeto erat corpore, viribúsque florentibus; sed iam senuerat, & fortis ille animus in segnitiem vecordiámque degenerauerat.* Agathias lib. 5. ταῦτα Ἰουστινιανῷ νεάζοντι ἔτι καὶ ἐρρωμένῳ διείργαστο· ἀμφὶ δὲ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου πορείαν ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει. *Hæc præclarè acta sunt Iustiniano adhuc iuniori, ac ætate vigenti; verùm is postremo vitæ decursu à curis abhorruisse visus est.* Vt verò languori desidiæque se dederit Iustinianus, & quanto cū Reipublicæ damno, lege quæ statim fusè scribit Agathias. De Iustiniani penè stolida senectute vide Notas has ad pag. 137. ex quibus intelligas, quàm frigidè Corippus eam stoliditatem in sanctimoniam accipiat ac interpretetur.

Plurima sunt viuo nimiùm neglecta parenti;
Nulla fuit iam cura senis, iam frigidus omnis
Alterius vitæ solo feruebat amore,
In cœlum mens omnis erat, iam corporis huius
Immemor hanc mundi faciem transisse putabat.

lin. 13. *Simillimus asino.* Statímque subdit aures Iustiniano agitari solitas; quamobrem publicè in Theatro Prasini cùm illi conuiciarentur, *Asinum* appellabant. Fasti Siculi. ἄλλοι δὲ ἔκραζον, Ἐπιορκεῖς σγαύδαρι. *Alij clamitarunt, Peieras, Sgaudari.* lege Γαύδαρε, siue Γαυδάρη. Matthæus Raderus, *nescio,* inquit, *quid hoc vocis; videtur conuicium.* Lingua Græcorum vernacula γαύδαρος, est *Asinus.*

lin.21. *Hunnos qui sæpius ad se aduētarent.* Lege quę infrà notamus ad p.49.& 86.

lin.30. *Marinis substructionum molibus.* Quas excitauit in Heræo suburbano; eas in fine primi in Ædificiornm describit Procopius, ibíque more suo per speciem commendationis tacitam parat vituperationem, quam apertè in hoc libro erat exaggeraturus. Ἀλλ' ἀποχρήσει ταῦτα εἰπεῖν βασίλειά τε εἶναι καὶ πρὸς Ἰουστινιανοῦ γεγονέναι παρόντος τε καὶ ἐπιτεχνωμένου, καὶ οὐδενὸς ἀπεριόπτου, ὅτι μὴ χρημάτων καθισταμένου. *De hoc toto,* inquit, *ædificio illud satis sit dicere, Regiam esse constructámque à Iustiniano assiduitate, & arte rem vrgente, om-*

niáque præter impenſas, diligentiſſimè curante. Si quis animum attendat, hac ſolet ambiguitate Procopius, vel etiam ex aliorum opinione, Iuſtiniani geſta laudare, quæ in ἀνεκδότοις erat vituperaturus. Vide has Notas ad pag. 50.

Pag. 37. l. 12. *Huius hominis formæ ducere lineamenta.* Cedrenus, ἦν δὲ τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εἶχε βραχὺ μείζονα τοῦ μέσου, ἐρυθρὸς τὴν χροιὰν χαροπὸν καὶ εὐπερίστροφον βλέπων, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψιλωμένην. *Fuit ſtatura corporis aliquantulum mediocrem excedente, colore rubro, aſpectu hilari & verſatili, capite ad comæ pulchritudinem nonnihil glabro.* Omnia reſpondent Procopianæ deſcriptioni; quod verò addit Cedrenus de coma, & capillitio, perpẽdemus accuratiùs ad pag. 63. Faſti Alexandrini. ἦν δὲ ἡ ἰδέα Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως κοντοειδὴς, εὔστηθος, λευκὸς, ὀλιγόθριξ, ἀναφαλὰς, στρογγυλόοψ, εὔμορφος, ἀνθηρεπρόσωπος, ὑπογελῶν, μιξοπόλιος τὴν κάραν, τὸ γένειον κείρων ὡς οἱ Ῥωμαῖοι, εὔρινος, ὑπόλευκος. *Fuit Juſtinianus rotunda facie, pectoroſus, candidus, raro capillo, recaluaſter, rotundis oculis, formoſus, florido aſpectu, ſubridens, ſubcanus, mento raſus ritu Romanorum, naſo iuſto, ſubalbus.* Sed hæc tumultuariè ex diuerſis autoribus hinc inde decerpta videntur. Quod ait *mento raſus ritu Romanorum*; ita Gentiles omnes Imperatores præter vnum Adrianum, qui teſte Dione primus barbam nutrire cœpit; poſt Conſtantinum Iulianus Apoſtata, qui eam ob rem in Antiochenos μισοπώγωνα ſcripſit. Poſt Iuſtinianum paſſim Græci Imperatores barbati. Porrò caluitium in Iuſtiniano, nummi, extremo eius Imperio cuſi minimè oſtendunt. Eius hæc imago eſt, Rauennæ ſecundo & vigeſimo Imperij anno muſiuo opere expreſſa.



lin. 24.

lin.24. *Ne Domitiani nomen, vel statua vlla extaret.* Suetonius; *Senatus adeò lætatus est, vt & scalas inferri, clypeósque, & imagines eius coram detrahi, & ibidem loco affligi iuberet, nouissimè eradendos vbique titulos, abolendámque omnem memoriam decerneret.* Idem vberiùs Plin. in Panegyrico.

lin.32. *Erat Domitiano.* Hæc vnus omnium Historicorum Procopius refert: nam necis Domitiani consciam Domitiam coniugem fuisse scribunt Dio Cassius, Philostratus, Sextus Aurelius, Georgius Syncellus, & alij Græci, Latiníque autores. De eius funere narrat hæc Suetonius, *cadauer eius populari sandapila per vespilones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funerauit.* Hæc tamen fidem Procopianæ narrationi non minuunt, cùm ei contra nihil dicant; & Domitiani æneam imaginem autor ad sua tempora in cliuo Capitolino extasse affirmet, hoc ipsum quod narrat, repræsentantem, non solùm forma, sed etiam inscripto titulo: nam fuit Procopius homo Romanæ antiquitatis curiosissimus, vt passim in libris de bello Gotth. singulari diligentia descripserit Vrbis mœnia, portas, cloacas, vias, ædificia, suburbia; nullúsque illo exactiùs prosequatur viam Appiam, Æneæ nauigium, Mausoleum Adriani, Bouis Myroniani signum in foro pacis; quæ, compluráque alia, & hæc ipsa de Domitiano vni Procopio debemus.

Pag.38.l.32. *Ipse nihilominus fraudibus passim omnium expositus.* Hanc Procopius μωρείαν appellat, Eustathius Presbyter honestiore vocabulo ἁπλότητα, quam tamen exemplis quæ narrat plusquàm μωρείαν fuisse probat.

Pag.39.l.10. *Mendaciis fallebat.* Ita vt in Theatro per contumeliam ab irata plebe id illi obiiceretur. Fasti Alexandrini. ἄλλοι δὲ ἔκραζον, Ἐπιορκεῖς Γαύδαρε. *Alij verò clamitarunt, Peieras Asine.* idem infrà repetit.

lin.20. *Aurum ardentissimè sitiuit.* Euagrius lib.4. cap.29. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς τῶν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστὴς, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πεπράσκειν. *In Iustiniano tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis rerum alienarum appetitio, vt subditos omnes pecunia venderet,* &c. Eadem scribit Zonaras, quorum integras pericopas habes initio huius libri argumenti loco. Iuliana Anicia intelligens *hoc Imperatoris ingenium*, vt loquitur Gregorius Turonensis de Glor. Martyr. cap.133. magnam auri copiam, quam ab ea Iustinianus petierat, artificibus tradit; *Ite*, inquit, *& factis iuxta mensuram tignorum tabulis, ex hoc B. Polyeucti Martyris cameram exornate, ne hæc auari Imperatoris manus attingat.*

lin.21. *Sitiuit & sanguinem.* Hoc etiam Prasini, Populúsque Constantinopolitanus publicè Iustiniano inclamabant, erátque eis vox illa solemnis, quam Theophanes refert, εἴθε Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἔχῃ υἱὸν φονέα. *Vtinam in lucem Sabbatius non venisset, certè filium te non habuisset sanguinarium.* Fuit Sabbatius Iustiniani pater, vt infrà dicemus. Huc etiam illa S. Agapeti Pontificis vox pertinet; *Ego ad Iustinianum Imperatorem venire desiderani,*

raui, sed Diocletianum inueni. Anastasius & Historia Miscell. lib.16. Et Vigilius; *Vt video, non me fecerunt venire ad se Iustinianus & Theodora piißimi Principes; sed hodie scio, quod Diocletianum & Eleutheriam inueni.* Anastasius in Vigilio.

Pag.40. l.10. *Insana munificentia.* Iustiniani prodigentiam notant Euagrius & Zonaras, quos paulo antè laudaui. Marcellinus de largitionibus Iustiniani in primo Consulatu. *Famosissimum hunc Consulatum Iustinianus Consul omnium Orientalium Consulum profectò munificentiùs his liberalitatibus edidit. Nam* CCLXXXVIII. *millia solidorum in populum, inque spectacula, siue in spectaculorum machinam distributa,* XX. *Leones,* XXX. *pardos, exceptis aliis feris, in Amphitheatro simul exhibuit. Numerosos præterea phaleratósque in Circo caballos iam donatis quoque impertiuit aurigis, vna duntaxat, vltimáque mappa insanienti populo denegata.* Theophanes verò de secundo Consulatu. ἔδωκεν ὁ βασιλεὺς ὑπατείαν, καὶ τοσαῦτα ἔδωκε χρήματα ὅσα οὐδεὶς βασιλεὺς ὑπατεύσας. *Dedit populo Imperator congiarium, idque tam munificum, vt nullus Imperatorum, qui Consulatum suscepit.* Quod subdit, *nulláque ratione Barbaris effundebat*, vide infrà pag.87.

lin.25. *Acacius quidam erat Byzantij.* Ex hoc loco colligere Theodoræ patriam licet. Nam video Nicephorum, Zonaram, nonnullósque alios, inter hos est Cuiacius ad Nouellam 11. quibus huius historiæ copia non fuit, asserere Theodoram in ea Cypri vrbe natam, quæ ob id secunda Iustiniana vocata deinde sit. At secunda Iustiniana est in Epiro, vt infrà dicemus. Et ob natale solum Theodoræ, vt aliæ, sic ista *Theodorias* nuncupanda fuisset. Vide has Notas ad pag.49.


lin.27. *Ad venationes.* Addidimus *Amphitheatrales*; nam de his intelligit lib.3. bell. Gotth. τὸ τῆς πόλεως κυνηγέσιον, ὅπερ καλεῖν ἀμφιθέατρον νενομίκασι. *Urbanarum venationum locus, quem Amphitheatrum nominare consueuerunt.* Dio Cassius lib. 43. Θέατρον κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πέριξ ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν προσερρήθη. *Theatrum ad venationes circumsepsit; id & Amphitheatrum vocatur, quod, nulla in medio scena, circumcirca habeat subsellia.*

lin.29. *Quem vocant Vrsarium.* In Græco est ἀρκοτρόφον, *Vrsorum altorem.* Leontius quidam fuit ἀπὸ ἀρκοτρόφου, qui ex *Vrsorum altore* Monachus euasit, hunc antiquus Interpres Concilij Chalcedonensis *Vrsarium* appellauit.

lin.31. *Comitona.* Hanc Iustinianus anno primo Imperij tradit in matrimonium Sittæ Patricio Armeniæ Duci designato. Theophanes; προεβάλλετο δὲ ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Σίτταν ἄνδρα πολεμικόν, καὶ ἱκανώτατον, ᾧ ἔζευξε γυναῖκα Κομιτὼ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς αὐγούστης. *Creauit autem Imperator exercitus Armeniæ Imperatorem Sittam virum bellicosum ac strenuum, cui dedit vxorem Theodoræ Augustæ sororem, nomine Comitonam.* An

huius

huius Comitonæ, an verò Anaſtaſiæ filia fuerit Sophia Auguſta Iuſtini Iunioris vxor, quam Victor Tunnenſis in Chron. *Theodoræ neptem* appellat, obſcurum eſt. Neque etiam liquet vtrius illarum liberi ſint Ioannes Conſul Codicillaris,& Georgius Xenodochij Marinæ Curator,quos Theophanes ἀνεψιοὺς vocat Theodoræ Imperatricis. En illos de quibus liquet in hoc diagrammate.



Ex his corrige Pſeudogordiani Epiſtolas quæ habentur in calce Chronici Caſſinenſis. Is Theodoram non ſolùm ex Aniciorum familia, ſed etiam Tertulli primarij Romani Patricij *cognatam*, & Sanctum Placidum Martyrem Theodoræ *nepotem* mentitur; ſed de hoc infrà ad pag.57. & 83.

Pag.41. l.6. *Impoſitis puellarum capitibus, manibúſque coronis.* Ad maiorem conciliandam commiſerationem aſpectu trium puellarum virginum, quæ infulatis olim coronis dignoſcebantur; quas vel reuinctas in capite,vel ſolutas præ manibus, pendentibus infulis Veſtales virgines in antiquis lapidibus geſtantes videmus, & alias etiam quaſcumque puellas inter ſacrificia, & religiones. In Chriſtianarum Virginum antiquis tumulis, atque vrnis ſepulcralibus harum coronarum ſymbola Romæ ſæpe memini animaduertiſſe me.

lin.22. *Humeríſque ſubſellium detulit.* Quod vt commodiùs huc atque illuc portaretur plicatile fuit. Hoc ſedium genus hodiéque durat: ſed circumferendi vſus non item; fortaſſe paulo poſt Procopij tempora deſiit. Vocant Græci θρόνους ὀκλαδίας, vt notat Heſychius: & addit. οὓς οἱ ἀκόλουθοι φέρονται τοῖς ἐς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, *quos diuitibus in forum prodeuntibus ſerui deferunt.* Athen. lib.12. Ὀκλαδίας τε αὐτοῖς δίφρους ἔφερον οἱ παῖδες, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχε. *Complicatiles ſedes eis pueri ferebant, ne indecorè temeréque ſederent.* Syneſ. de Regno. τῶν ἀκολούθων οἱ τὰς χθαμαλοὺς σκιμποδίσκους ὀκλαδίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀναθέμενοι, ἐφ' ὧ τοῖς ἐωνημένοις ἐν ταῖς ἀγυιαῖς εἶναι καθίζεσθαι, σκύθαι εἰσί. *Pediſequi, qui ſellulas humiles atque plicatiles humeris imponunt, vt iis domini in foris inſideant, Scythæ ſunt.* In hoc

Syneſij

Synesij loco pro ἀγυιαῖς, lego ἀγοραῖς ex Hesychio, ex quo & ex Procopij hoc loco tam perspicuus iam ille est, vt doctus Interpres hærere non possit.

Pag.41. l.26. *Inter prostibulas habetur.* Aimoinus lib. 2. de Gest. Franc. cap. 5. Theodoræ meretricium refert; at id ipsum, atque totam de Iustiniano, Belisario, eorúmque coniugibus historiam tam prodigiosè narrat, vt potiùs ex aliorum sermone, ac leui tenuíque fama rem accepisse videatur, quàm ex commendata litteris historia. *Iustinianus*, inquit, *& Belisarius quadam die cum coæquæuis sibi lupanar ingressi conspiciunt duas mulierculas ex gente Amazonum sorte captiuitatis abductas inibi esse prostitutas; eas illi rapiunt, atque ad proprias domos deducunt. Vni eorum nomen Theodora, alia vocabatur Antonina. Et Theodoram quidem Iustinianus, Antoninam verò Belisarius accepit.*

lin. 33. *Mimis in theatro.* In eorum spectacula sæpe Patres inuehuntur; acriùs Ioannes Chrysostomus: ea tamen Iustiniani temporibus maximè vigebant. Nam ex septem muneribus, quæ à Consulibus populo quotannis exhibebantur, quintum hoc erat, *Pornæ*, vocatum, de quo Nouella 105. *Quintum quoque faciet processum, quod ad Theatrum ducit, quem Pornas vocant: vbi in scena ridiculorum est locus Tragœdis, & Thymelicis choris, & spectaculis vniuersis, & audibilibus apertum est Theatrum.*

Pag.42. l.6. *Inflictas alapas.* Hoc spectaculi genus carmine Gregorius Nazianzenus exposuit ἐν τῷ νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα.

——————————— ὕβρεσιν ἄλλοι
ἀνδρῶν, θηλυτέρων, πολυκαμπέα τέρψιν ἔχοντες,
καὶ μίμων σκιεροῖσι ῥαπίσμασιν, οἷς ὕπο κόρρη
γυμνοῦται ψοφέουσα γελοίιον ἀντὶ γόοιο.

Nunc in fœmineis, nunc in probrísque virorum
Dum varios animi lusus, & gaudia quærunt
Prospiciunt auidi colaphismata; queis sibi malas
Dum retegunt illi, sonitus crepitúsque cietur,
Ex quo pro lacrymis oritur gemitúque cachinnus.

Et ad Seleucum, μίμοι γελοίων κονδύλοις εἰθισμένοι. *Scurræ, quibus feriri mos pugnorum ictibus.* Tertull. lib. de spectat. *Contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de præcepto domini ludat.*

lin.16. *In mulierculas eiusdem theatri.* Ex Byzantiis meretricibus duas tantùm habuit amicas Theodora, Chrysomallam, & Indaram; quas post acceptum Imperium in Regia apud se continuit, & socias habuit consiliorum. Suidas, Χρυσομαλλὼ ὄνομα ὀρχηστρίδος, εἶτα ἑταίρας. ἤκμαζεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας. *Chrysomalla, nomen est Saltatriculæ, ac postmodum meretricis, quæ celebris fuit Iustiniani & Theodoræ temporibus.* Innuit huius historiæ locum infrà pag. 78.

lin.19. *Pentapolis Præfecto.* Eam intelligit, quæ est in Ægypto, & ab Alexandria

dria decem dierum itinere diſtat. Vide infrà vbi de reditu Theodoræ ab Hecebolo expulſæ.

lin.27. *Oriente toto peragrato Byzantium reducitur.* Orientis Prouincia, ex qua vltima Byzantium diſceſſit, fuit Paphlagonia. Τὸν ἅγιον παντελεήμονα, Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ὅτε ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγονίας ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ κατῴκει πένης οὖσα, καὶ ἔρια νήθουσα, ἐξ ὧν εἶχε καὶ τὴν διατροφὴν, μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι ἔκτισε τὴν πενιχρὰν ἐκείνην οἰκείαν εἰς ναόν. *Theodora vxor Magni Iuſtiniani poſt reditum ex Paphlagonia in Embolo habitauit, vbi propter egeſtatem lanam nebat, ex quo opificio vitam ſuſtentauit; vbi verò ad Imperium peruenit in abiecta illa domo, Templum conſtruxit S. Pantaleonis.* Autor de Antiquitate vrbis Conſtantinopolitanæ. In *Embolo* Theodora commorabatur, vbi ſcilicet abiectiſſimæ meretrices corpora proſtituebant. Hinc apud Plinium *Mulier* EMBOLARIA, de qua tot Criticorum eruditiſſimæ nugæ. ΕΜΒΟΛΟΙ (præter alias eius vocis acceptiones) ſunt *Porticus.* Heſychius Mileſius in πατρίοις Conſtantinum muros Byzantij protuliſſe narrat vſque ad τρωαδικοῖς ἐμβόλοις, *Porticus Troadenſes* vocat Autor antiquiſſimus Deſcriptionis vrbis Conſtantinopolis. Quemadmodum ergo à Porticuum fornicibus *Fornicariæ* mulieres dictæ ſunt; ſic à Porticibus ipſis, hoc eſt, *Embolis*, EMBOLARIAS alij vocarunt.

Pag.43. l.13. *Vterque Venetæ factionis.* Acacius Theodoræ parens Praſinam ſecutus eſt; verùm Theodora ad Venetos tranſiuit, vbi poſt Acacij obitum cum matre, ſororibúſque munus alendi beſtias ab illis accepit. De Iuſtiniano miror Chriſtophorſonum ignoraſſe, qui ad cap.31. lib.4. Euagrij, ita interpretatus eſt. *Placuit Iuſtiniano in alteram factionem eorum, qui Praſini dicuntur, animo propendere.* In Græco eſt Κυανέων, *Cæruleorum*: hi ſunt Veneti. Choſroës Iuſtiniano infenſiſſimus Apameæ cùm eſſet, ἐπεὶ ἠκηκόει πολλῷ πρότερον Ἰουστινιανὸν βασιλέα χρώματος τοῦ βενέτου (ὃ δὴ κυανεόν ἐστιν) ἐκτόπως ἐρᾶν, ἀπενδυτίας κἀνταῦθα αὐτῷ ἰέναι βουλόμενος, ἤθελε τῷ πρασίνῳ τὴν νίκην ἁρμόσαι, *audiſſetque Iuſtinianum Imperatorem colori Veneto (qui cæruleus eſt) inſanè fauere; ipſe contrariis in hoc etiam ſtudiis, Praſino colori victoriam concedi volebat.* Vide has Notas infrà. Studuit factioni Venetæ Aulus Vitellius, qui, vt ait Suetonius, *quoſdam de plebe ob id ipſum, quod Venetæ factioni clarè maledixerant, interemit; contemptu ſui, & noua ſpe id auſos opinatus.* Praſinis fauit C. Caligula. Dio lib.59. ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος καλουμένῳ πρασίνῳ προσέκειτο. *Vehementer propenſus erat animo in eos qui Ranuncularem veſtem induerent, qui & Praſini à colore nuncupati.*

lin.18. *Morbo Iuſtinianus vrgebatur.* Cruris affectione grauiſſimè laborauit; omni abiecta ſpe ſalutis. De hac Procopium intelligere certum eſt ex iis

quæ ſubdit, miro caſu Imperatorem conualuiſſe, nempe adhibitis ſanctorum Martyrum reliquiis, quas effodi contigit, dum Sanctæ Irenæ Templum inſtaurabatur. Rem totam ipſe luculenter proſequitur lib. 1. Ædif. Hæc Iuſtiniani ægrotatio incidit in annum circiter vigeſimum tertium, vel quartum eius Imperij; nam anno quinto & vigeſimo, menſe Septembre, Indictione decima quinta illud Sanctæ Irenæ Templum dedicatum fuit, vt Theophanes notat. Theodora ſuum iam diem obierat; quare alia planè Iuſtiniani hæc eſt valetudo ab ea, de qua ſuprà Procopius pag. 16. Atque alia etiam fortaſſis eſt à qua liberatus fuit ope Sanctorum Coſmæ & Damiani, quibus & Templum ex voto excitauit, vt eodem libro Ædif. primo narrat. Quartùm Iuſtinianus ægrotauit poſt reditum è Thracia, quò ad reſtaurationem murorum, quos *Longos* appellant, perrexerat: nempe anno Imperij trigeſimo quarto, Nonis Septembris, Indictione nona. Vide Theophanem.

lin. 27. *Abſentis Cæſaris.* Seceſſerat Iuſtinianus vel in ſuburbanum Heræum, de quo infrà pag. 70. ad cruris vitium curandum, vel in Sycanum, vbi tum Sanctæ Irenæ Templum conſtruebatur, ibidémque fortaſſe veneratus eſt reliquias, de quibus modò dicebam. Sæpe venit Calchedonem, & anno primo & ſecundo diutiùs ibi commoratus eſt, vt ex pleriſque eius Conſtitutionibus patet; longiùs autem ab vrbe Byzantio ad Orientem rarò diſceſſit, ſemel anno trigeſimo ſecundo, cùm in Selymbriam ad excitandos muros *Longos* terræ motu collapſos, & abigendos Barbaros, qui inde in Thraciam inuaſerant. Atque iterum anno trigeſimo ſeptimo, menſe Octobre, Indictione duodecima, ad Myriangelos (perperam *Myrangolos* in Hiſtoria Miſcella) hoc eſt, Germios in Galatia religionis & orationis causâ; Theophanes. In Italiam veniſſe, ciues Rauennates haud probare poſſunt; etſi dedicationi Eccleſiæ S. Vitalis Iuſtinianum cum Theodora credant interfuiſſe, nempe anno poſt Conſulatum Baſilij ſexto, Indictione decima, vt refert Hieronymus Rubeus lib. 3. Nam Theodora eodem illo anno, iiſdémque diebus Byzantij grauiter ægrotans, ſuæque vitæ timens, in Italiam Beliſario ſcribebat de Ioanninæ illius filiæ & Anaſtaſij nepotis ſui coniugio maturando, & tandem quarto Nonas Iulias diem clauſit extremum. Vide Procopium lib. 3. bell. Gotth. & hic pag. 24. Theophanem ad annum primum & vigeſimum Iuſtiniani, & has Notas ad pag. 24. Venit quidem Rauennam Iuſtinianus planè adoleſcens, eóque miſſus eſt obſes ad Theodoricum Gotthorum Regem à Iuſtino auunclo exercitus duce, vt Theophilus Iuſtiniani præceptor exponit. Theodora quando Byzantio digreſſa ſit, dicemus ad pag. 70.

lin. 32. *Præfecto Vrbis Theodoto Cucurbitino.* De quo mentio fit in hiſtoria de Templo Sanctæ Sophiæ, quam in Vaticana Bibliotheca vidimus. Huic Theodoto

Theodoto in exilium, vt ſtatim ait Procopius, abeunti ſuccedit *Ioannes Coccorobius*. Plures legimus in antiquis monumentis, qui ſub Iuſtiniano vrbis Byzantij Præfecturam geſſerunt: inſigniores ſunt, *Patricius* poſt Conſulatum Beliſarij, ad quem reſcriptum fuit de ſecundis Nuptiis. *Areobindus* Iuſtiniani neptis Proiectæ maritus. *Tribonianus*, qui ob id Expræfectus vocatur, ad quem extat Edictum Iuſtiniani nonum. *Tryphon* in ſeditione Victoriatorum. *Theodori frater*, qui pridem eumdem magiſtratum habuerat: Chron. Alexandr. *Longinus*, cuius Præfecturæ infrà meminit Procopius. *Domnicus*, qui Apione Conſule, cum poteſtate fuit. *Muſonius*, ad quem ſcripſit Iuſtinianus Nouellam 134. *Georgius* falsò coniurationis in Imperatorem accuſatus, vt prodit Theophanes. *Procopius* noſter, qui ſucceſſorem habuit *Andream* anno Iuſtiniani trigeſimo ſexto; poſt quem Victor Tunnenſis ponit *Iulianum* trigeſimo nono anno Iuſtiniani.

Pag. 44. l. 1. *Miro ſanè caſu conualuit.* Teſtem huiuſce mirifici caſus ipſam Imperatoris purpuram fuiſſe, narrat Procopius lib. 1. Ædif. quæ in Regia ſeruabatur eo imbuta liquore, qui ex Martyrum reliquiis, vitiato cruri admotis abundè redundarat,

lin. 5. *Quoſdam ex familiaribus dirè cæſos impellit ad falſas illius accuſationes.* Quis non credat, cùm Eccleſiaſticos etiam his technis Iuſtinianus circumuenerit? narrat id Euſtathius Preſbyter in vita S. Eutychij. οἱ τοῦ ἀγρίου θηρὸς ὑπουργοὶ συλλαμβάνουσι σύροντες τοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ ἁγίου ἄνδρας ὀφείλοντας αὐτοῦ καταμαρτυρῆσαι, ἵνα δείξωσι δῆθεν μετ' εὐλόγου προφάσεως αὐτὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐξεωῦ. *Immanis belluæ miniſtri comprehenſos trahunt ſancti viri famulos, vt aduerſus eum teſtimonium dicant. Ne ſine iuſta cauſa ille ex Epiſcopatu pulſus videatur.* Sed cùm re ipſa pulſus ſit à Iuſtiniano Eutychius, & de eo ſit inſtitutum iudicium, quemadmodum hic in Theodoti cauſa narrat Procopius, τὶ περιεῖχον οἱ λίβελλοι ἀναγκαῖον ἀκοῦσαι, καὶ γελάσαι τρανῶς. ὅτι συκοτόκυλα ὀρνιθίων ἔφαγε. καὶ ὅτι πολλὰς ὥρας γονυκλισίας ποιῶν ηὔχετο, καὶ ἄλλα τούτων καταγελαστότερα: *quid libelli continerent operæpretium eſt audire, ac tum effusè ridere. Eutychium gallinarum hepar, & inteſtina comediſſe, multáſque horas de geniculis orando conſumpſiſſe; hæc in illum, & his ſimilia riſu digniora.* Et mariti æmula Theodora iiſdem artibus in Syluerium vſa eſt, nam *miſit iuſſiones ad Beliſarium ita continentes; Vide aliquas occaſiones in Syluerium Papam, & depone illum ab Epiſcopatu, aut certè feſtinus tranſmitte ad nos.* Anaſt. in Syluerio.

lin. 31. *In hoc enim illa planè repugnabat.* Non ſolùm Euphemia; ſed etiam Iuſtiniani mater Bigleniza, quod cùm euincere illa nequiuiſſet, vt Theophilus in vita Iuſtiniani affirmat, mœrore contabuit.

Pag. 45. l. 2. *Cum ſuo nomine ſanè ignominioſo.* Id eſt, *Lupicinæ*, ſiue *Lupiciæ*: nam viliſſima ſcorta Latinè *Lupas* dicimus. Theodorus Lector; σύμβιον εἶχεν ὀνό-

ματι Λȣπικίαν, ἣν γενομένην αὐγȣ́σαν Εὐφημίαν ὁ δῆμος ὠνόμασαν. *Coniugem habuit nomine Lupiciam, quam creatam Augustam populus Euphemiam vocauit.* In publicis acclamationibus; IVSTINE. AVG. TV. VINCAS. EVPHEMIA. AVG. TV. VINCAS. & in antiqua inſcriptione. DOMINI. TOTIVS. ORBIS. IVSTINVS. ET. EVPHEMIA. PP. AVGG. Pia fœmina venerata eſt Martyrem Euphemiam non ſolùm nominis teſſera, ſed etiam Templo Conſtantinopoli magnificè conſtructo, in quo ſibi ſtatuam poſuit. Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ἰȣςίνȣ τȣ̃ Θρακὸς ςήλη ἵςαται ἐν τῇ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ τῇ ὑπὸ αὐτῆς κτισθείσῃ. *Euphemiæ vxoris Iuſtini Thracis ſtatua eſt in Templo Sanctæ Euphemiæ ab eadem ædificato.* Suidas.

lin.4. *Hæc non ita multo pòſt excedit è vita.* Non dubito quin ante annum Imperij ſextum, quo Cedrenus, vt mox dicam, Euphemiæ obitum perperam connotat. Nam falſum omnino illud etiam eſt, quod de ſecunda Iuſtini coniuge affirmat. ἔςεψε δὲ καὶ Θεοδώραν τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃ αὐγȣ́σαν τῆς Εὐφημίας τελευτησάσης. *Auguſtali quoque corona Theodoram vxorem ſuam ornauit, iam mortua Euphemia.* Ex hoc fonte Octauius à Roſberg, & multi noſtri temporis Scriptores id hauſerunt. Verùm vt ingenium Iuſtini Procopius declararet, nihil ad rem magis feciſſet, quàm hominis confecti ſumma ſenectute, ac pedis vulnere, vt ſtatim dicemus, grauiſſimè laborantis choreas, nuptiales faces, tibiáſque narrare. Sed hic, quod ſuprà etiam monebam, viris grauiſſimis fraudem fecit illa Iuſtini ac Iuſtiniani nominum compendioſa, vel mendoſa ſcriptio librariorum; nam erat fortaſſis apud autores, quos Cedrenus compilauit, *Iuſtinianum* (non *Iuſtinum*) *Auguſtali corona Theodoram vxorem ſuam ornaſſe, iam mortua Euphemia*; quod aptiſſimè conuenit cum hac Procopij hiſtoria, qui Euphemiam Iuſtiniano ait repugnaſſe in matrimonio, quod cum Theodora moliretur: idque demum illum confeciſſe, vbi naturæ ceſſit Euphemia. Ne quid verò diſſimulemus, Theophanes ad annum Iuſtini ſextum, ſic habet; ἔςεψε δὲ καὶ τὴν ἑαυτȣ̃ γυναῖκα Θεοδώραν αὐγȣ́σαν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. *Coronauit autem Auguſtam vxorem ſuam Theodoram ſimulatque cepit Imperium.* Hinc, vt vides, ſuam Cedrenus ipſis verbis rhapſodiam decerpſit; vbi Euphemiæ mortis nulla mentio eſt, ſcilicet ad hunc annum ſextum, id ex ſuo illi addidit: & quod minimè debuit, extrema prætermiſit Theophanis verba, ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτὸν, *ſimulatque cepit Imperium*; quibus nodus huius difficultatis explicatur. Nam ex iis planè intelligimus Theophanem eo loco non agere de Iuſtini vxore. Quî enim potuit Theodoram Iuſtinus coronare ſimulatque cepit Imperium, cùm ſextus ille eſſet annus eius Imperij? At ſimulatque cepit Imperium, Euphemiam Iuſtinus coronauit, vt ſub ipſo ſtatim limine anni primi narrat ipſe Theophanes; σύμβιον δὲ ἔχων ὄνοματι Λȣπικίαν ἔςεψε αὐγȣ́σαν,

γοῦσταν, ἣν οἱ δῆμοι ἐκάλεσαν Εὐφημίαν εἰς τὸ στέψαι αὐτήν. *Coniugem verò habens nomine Lupiciam coronauit Augustam, eámque populus dum coronaretur, Euphemiam appellauit.* Quare cùm tota illa pars historiæ Theophanis luxata sit, ita hunc locum puto restituendum. Ἔστεψε δὲ καὶ τὴν (non ἑαυτοῦ, sed) Ἰουστινιανοῦ γυναῖκα Θεοδώραν αὐγοῦσταν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. *Coronauit Augustam vxorem Iustiniani Theodoram simulatque cepit ille Imperium.* Sed hæc à Theophane per anticipationem narrata sunt ad annum sextum, quæ anno Iustini nono contigisse clarum est.

lin.5. *Iustinus summa senectute confectus.* Simeon Metaphrastes in S. Sabæ vita. ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος βαθύτατα ἤδη γηράσκων, ἄλλως τε δὲ καὶ νόσῳ τινὶ τοῦ σώματος βαρυνόμενος, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὢν ἔτι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐξαρκεῖν προστασίαν, τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεται Ἰουστινιανὸν αὐθ' αὑτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα καταστήσας πατρίκιον, καὶ ὕπατον ὄντα, καὶ στρατηγὸν, καὶ κραταιῶς ἤδη τῆς τοῦ κοινοῦ πραγμάτων ἐπειλημμένον. *Iustinus Imperator prouecta cùm esset senectute, & corporis morbo grauatus, neque amplius ad Rempublicam gerendam aptus, deponit Imperium, Iustiniano sororis filio Augusto constituto, qui tum erat Patricius, Exconsul, militiæque Magister, & seriò iam publicam ceperat rerum administrationem.* Vide quæ notauimus ad pag. 29.

lin.13. *Nam cùm viris Senatoriis (quod prisca lege cautum est) vxorem ducere meretricem non liceat.* Constantini Rescripto ad Gregorium l. 1. Senat. C. de nat. lib. & Valentiniani ac Martiani ad Palladium. l. 7. C. de incest. & inutil. nupt. *Senatores seu Præfectos, vel quos in Ciuitatibus Duumuirilitas, vel Sacerdotij, id est, Phœniciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiæ, & alienos à Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia, vel scenica, vel scenicæ filia, vel tabernaria, vel tabernariæ filia, vel humili, vel abiecta persona, vel Lenonis, aut Arenarij filia, vel quæ mercimoniis publicè præfuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio, aut nostri prærogatiua Rescripti.* Hanc legem Iustinus antiquauit.

lin.15. *Principem adigit ad legem noua constitutione euertendam.* Innuit Procopius legem 23. C. de nupt. Verùm quod hic repetere sæpe cogor, quatuor illæ litteræ IVST. quibus nomen Iustinus senior notabat suum, quemadmodum suprà pag. 28. Procopius narrauit; quæue illi præfixæ Constitutioni in antiquis manuscriptis libris erant, & nos in Vaticano obseruauimus, doctis viris imposuerunt, qui eius notæ ambiguitatem ad Iustiniani, quàm ad Iustini nomen interpretari maluerunt, eidémque Constitutionem adscribere: & Hubertus Giphanius, Theodoræ suasu in commodum mulierum editam à Iustiniano etiam credidit. Sed Iustini omnino est: nam in Codicem non semel irrepserunt falsæ legum inscriptiones, atque etiam subscriptiones. Dicam tantùm in re præsenti exploratissimas quasque. l. 6. restituendæ. C. de aduoc. fisc. & l. 7. per hanc legem, & l. 8. nemo, tum in epigrapha,

tum in nota Conſulum ad calcem mendosè eſt nomen Iuſtiniani; nam ex tribus illis Conſtitutionibus, prima ſancita eſt anno Iuſtini primo; ſecunda & tertia, anno ſexto; notandíque ſunt duo Iuſtini Auguſti Conſulatus, alter collega Eutharico, alter Opilione; vt rectè eſt l. 23. conſulta. C. de teſtib. nam Iuſtinianus cum Valerio primum Conſulatum geſſit anno Iuſtini auunculi tertio. Ad hanc normam emendandæ & aliæ ſunt, & l. 7. legem. C. de nat. lib. Præterea legem illam de ſcenicis mulieribus Iuſtini eſſe prorſus euincit alia de iiſdem ſcenicis Iuſtiniani Conſtitutio, ab illa Iuſtini planè diuerſa, quippe quæ non ſolùm plura capita, ſed etiam antinomiam contineat, vt infrà dicam. Ea licèt hodie non extet, ſummam tamen eius habemus in Reſcripto Iuſtiniani ad Epiſcopos in eandem ſententiam dato, vt ſtatim declarabo. Quamquam verò Iuſtini Conſtitutio, cuius hic meminit Procopius, nota Conſulis careat non ſolùm in impreſſis libris, ſed etiam in antiquo Codice Vaticano; tamen ex inſcripto Demoſthenis nomine, promulgatam eam non dubitamus poſt annum Iuſtini tertium, vel duobus ſequentibus, quando Prætorij præfecturam Demoſthenes adminiſtrauit, vt ex Prætorum ſerie ad Conſulum tempus à nobis reuocata videre licet infrà ad pag. 92. Ipſam Iuſtini Conſtitutionem, quod ad illuſtrandam partem huius hiſtoriæ præcipuam pertineat, hic integram damus. In qua duo velim animaduertas. Poſt legem Iuliam, Conſtantinianam, & Martianam de Senatorum matrimoniis, primùm ſub Iuſtino & Iuſtiniano auditam eſſe in orbe Romano ſanctionem de Senatorum nuptiis cum abiectis perſonis. Deinde licèt in Conſtantiniana lege per hanc antiquata nominatim notentur *Ancillæ, Libertæ, Scenicæ, Tabernariæ, Lenonum & Arenariorum filiæ, quæque mercimoniis publicè præfuerint;* tamen vt planè intelligeremus pro Theodora ſancitam hanc legem fuiſſe, Iuſtinum ſolas hic nominare mulieres *ſcenicas*, ex qua nimirum fæce Theodora fuerat.

IMP. IVST. AVGVSTVS

DEMOSTHENI PRÆFECTO PRÆTORIO.

IMperiali beneuolentiæ proprium hoc eſſe iudicantes, vt omni tempore ſubiectorum commoda tam inueſtigare, quàm eis mederi procuremus: lapſus quoque mulierum, per quos indignam honore conuerſationem imbecillitate ſexus elegerint, competenti moderatione ſubleuandos eſſe cenſemus: miniméque eis ſpem melioris conditionis adimere, vt ad eam reſpicientes, improuidam & minus honeſtam electionem faciliùs derelinquant. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clemen

clementiam, quantum noſtræ naturæ poſſibile eſt, imitari, qui cotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem eam ſtatum deducere. Quod ſi circa noſtros ſubiectos Imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni eſſe videbimur. Itaque cùm iniuſtum ſit, ſeruos quidem libertate donatos, poſſe per diuinam indulgentiam natalibus ſuis reſtitui, poſtquam huiuſmodi principale beneficium ita degere, quaſi nunquam ſeruiſſent, ſed ingenui nati eſſent: mulieres autem, quæ ſcenicis quidem ludis ſeſe antè immiſcuerunt, poſtea verò ſpreta mala conditione ad meliorem migrauêre ſententiam, & inhoneſtam profeſſionem effugerunt, nullam ſpem principalis habere beneficij, quod eas ad illum ſtatum reduceret, in quo ſi nihil inhoneſti peccatum eſſet, commorari potuerunt. Præſenti ſanctione clementiſſima principale beneficium eis ſub ea lege condonamus, vt ſi derelicta mala & inhoneſta conuerſatione, commodiorem vitam amplexæ fuerint, honeſtatíque ſeſe dederint; liceat eis noſtro ſupplicare numini, vt diuinos affatus ſine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: iis, qui eis coniungendi ſunt, nullo timore tenendis, ne ſcitis præteritarum legum infirmum eſſe videatur tale coniugium, ſed ita validum huiuſmodi permanere matrimonium confidentibus, quaſi nulla præcedente inhoneſta vita vxores eas duxerint: ſiue dignitate præditi ſint, ſiue alio modo ſcenicas in matrimonium ducere prohibeantur; dum tamen dotalibus omnimodo inſtrumentis non ſine ſcriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, & quaſi ſuis natalibus huiuſmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhoneſtum eis inhærere de cætero volumus; neque differentiam aliquam eas habere cum iis, quæ nihil ſimile peccauerunt. Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, ſuos & legitimos patri eſſe: licèt alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, iſti quoque ſine vllo impedimento percipere poſſint. Sed & ſi tales mulieres poſt diuinum reſcriptum ad preces earum datum, ad matrimonium venire diſtulerint, ſaluam eis nihilominus exiſtimationem ſeruari præcipimus tam in aliis omnibus, quàm ad tranſmittendam quibus voluerint ſuam ſubſtantiam, & ſuſcipiendam competentem ſibi legibus ab aliis relictam, vel ab inteſtato delatam hæreditatem. Similes verò tale merentibus ab Imperatore beneficium mulieribus, illas etiam eſſe volumus, quæ dignitatem aliquam habent, & ſi non Sereniſſimo Principi ſupplicauerint, vltroneam tamen donationem ante matrimonium meruerint, ex qua dignitate, & aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. His illud adiungimus, vt & filiæ huiuſmodi mulierum, ſiquidem poſt expurgationem prioris vitæ matri ſuæ

natæ

natæ ſint, non videantur ſcenicarum eſſe filiæ, nec ſubiacere legibus, quæ prohibuerunt filias ſcenicarum certos homines in matrimonium ducere. Si verò antè procreatæ ſint, liceat eis preces offerentibus inuictiſſimo Principi ſacrum ſine obſtaculo vllo mereri reſcriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quaſi non ſint ſcenicæ matris filiæ: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus ſcenicæ filias, vel dignitatis, vel alterius cauſæ gratiâ vxores ducere interdicitur: vt tamen omnimodo dotalia inter eos etiam inſtrumenta conficiantur. Sed & ſi à ſcenica matre procreata, quæ vſque ad mortem ſuam in eadem profeſſione durauerit, poſt eius obitum preces Imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubendi licentia ſibi condonantem: iſtam quoque poſſe ſine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum ſcenicæ filiam vxorem ducere prohibeantur. Imò etiam illud remouendum eſſe cenſemus, quod in priſcis legibus (licèt obſcuriùs) conſtitutum eſt, vt matrimonia inter impares honeſtate perſonas contrahenda, non aliter quidem valeant, niſi dotalia inſtrumenta confecta fuerint. His verò etiam non intercedentibus, omnimodo firma ſint ſine aliqua diſtinctione perſonarum; ſi modò liberæ ſint & ingenuæ mulieres, nullâque nefariarum, vel inceſtarum coniunctionum ſuberit ſuſpicio: nam nefarios & inceſtos coïtus omnibus modis amputamus, ſicut & illos qui præteritarum legum ſanctione ſpecialiter vetiti ſunt: exceptis videlicet iis, quos præſenti lege permittimus, legitimíque matrimonij iure muniri præcipimus. His itaque per hanc generalem legem ita conſtitutis, & de cætero conſeruandis, præteritas etiam huiuſmodi coniunctiones ex ſubiecto tempore factas ſecundum prædictam diſpoſitionem iudicari præcipimus, vt ſi quis talem vxorem ab initio noſtri Imperij (prout dictum eſt) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit; iuſtos eos & legitimos, & tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ſucceſſores habeat, & legitima in poſterum nihilominus ea vxore permanente, procreati quoque liberi legitimi ſint.

Hanc legem Iuſtinianus ſæpius deinde confirmauit Nouell. 89. cap. 15. & Nouell. 117. cap. 6. Sed in primis celebri illa Conſtitutione, quæ, vt idem affirmat, olim erat in Quinto libro Codicis; ſed planè ab hac Iuſtini diuerſa; nam illa reſcripta fuit πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς, *ad Ciuiles Magiſtratus*; hæc verò Iuſtini ad Demoſthenem Præfectum Prætorio. Deinde ad matrimonia ſcenicarum mulierum dotalia quidem inſtrumenta requiſiuit in illa Iuſtinianus, non autem Imperatoris reſcriptum: in hac verò contrà Iuſtinus ſanciuit. Hæc explicatiùs habes in Iuſtiniani reſcripto ad omnes Epiſcopos, quod Græcè tibi damus ex Vaticana Bibliotheca.

Βασιλεὺς

Βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις.

Θείαν ἐποιήσαμεν διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες ἄκουσαν γυναῖκα δούλην, ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν, ἢ εἰς ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τῆς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίον ῥητὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διετάξαμεθα. διδόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιαζομένους, ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας. καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, διδοῦσαν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα παραχοῦσαν, ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητήν. τὸν δὲ ἐνδυποδεσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἢ μὴ γένοιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοὶ, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινήν. τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων. ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξὶν, ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσαις, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι, τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων, τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερὰ, διὰ τοῦτο συνελόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατύτερα νομοθετηθέντα τήνδε τὴν θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα, καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι ταῦτα φυλάττοιτε, τό τε ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος, καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, εἴ τι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι. D. K. NON. CP. DN. Iustin. PP. A. IV. & Paulino Coss.

Pag. 45. l. 23. *Cum Auunculo Romanorum Cæsar consalutatur.* Vir doctissimus Iustinianum tum Cæsarem consalutatum putat, cùm *nobilissimus* est appellatus, ex eo loco Marcellini. *Anno Regiæ vrbis conditæ* CXCVII. *Iustinus Imperator Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum à se nobilissimum designatum,*

f *participem*

participem quoque Regni sui, successorémque creauit. Neque vidit *Cæsaris* & *Nobilissimi* dignitates etiam tempore hic à Marcellino distinctas. Valentinianus iunior, vt refert Olympiodorus Thebanus apud Photium, adhuc in cunabulis ab Honorio Imperatore *Nobilissimus* dictus est, quinto verò pòst anno à Theodosio per Helium Officiorum magistrum Thessalonicæ *Cæsar* pronunciatus fuit. Vide Marcellinum ad Consulatum Maximi, & Plintæ, atque Victoris & Castini. Sanctus Nicephorus in Histor. Τὸν ὑῶν αὐτοῦ τοὺς μὲν δύο Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον Καίσαρας, Νικήταν δὲ νωβελίσσιμον. *Duos è liberis suis Christophorum & Nicephorum Cæsares, Nicetam verò Nobilissimum creat.* Sanè multos legimus *Nobilißimos*, qui nunquam *Cæsares* fuerunt; Eumathius, qui Nysminij & Nysminiæ descripsit amores, *Protonobilißimus* erat. Ergo Iustinianus *Nobilißimus* appellatus est, cùm à Iustino est adoptatus sub initium Imperij, vt clarè Procopius significat lib. 1. bell. Pers. *Cæsar* autem pronunciatus fuit anno nono, vt est apud Euagr. lib. 4. cap. 9. Τούτῳ τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς συμβασιλεύει ἀναρρηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ ξανθικοῦ. *Cum Iustinus octo annos, menses nouem, & dies tres regnasset, Iustinianum sororis filium sibi in societatem Imperij gerendi asciuit; qui Cæsar declaratus fuit prima die mensis Xanthici, id est, Calendis Aprilis.* Idem comprobat antiquum nomisma à viro humanissimo Dionysio Octauiano Sada nobis traditum, in cuius auersa parte est ἐπίσημον ϛ Græcum cum tribus Latinis notulis III. quibus colligitur summa nouem annorum.



lin. 27. *Metu ac minis S.P.Q. perterritus in eam impellitur sententiam.* Contrarium narrat Victor Tunnensis; *Iustinus Augustus Iustinianum nepotem suum ad Senatorum supplicationem inuitus Cæsarem facit.* Cyrillus Scythopolitanus, συναινέσει πάσης τῆς συγκλήτου βουλῆς, *vniuerso Senatu comprobante.* Ita loqui solemus, cùm in Comitiis vel pauci apertè reclamant, vel multi occultè aduersantur. Sanè in renunciatione suffragiorum vniuersum Senatum & Populum in eandem minimè iuisse sententiam par est credere; quare sub-

indicare

indicare Procopius videtur, cum iis Iustinianum minis egisse qui refragarentur.

lin.30. *Suscepére dominationem tertio ante festum Paschatis die.* Hoc est, *feria quinta maioris hebdomadis*, vt Cyrillus Scythopolitanus declarat, τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ. Theophanes, τῷ δὲ ἀπριλίῳ μηνὶ πρώτῃ τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος προσεχειρίσατο ἔτι ζῶν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας τέσσαρας. *Die prima* (*quinta* Cyrillus habet) *mensis Aprilis*, *Indictione quinta, die festo Paschæ, Imperator Iustinus ægrotans, adhuc viuens ad Imperium promouit Iustinianum nepotem, eúmque coronauit, & simul imperarunt menses quatuor.* A Procopio Theophanem discrepare non arbitror; nam ante Pascha designatum Cæsarem Iustinianum crediderim; ipso verò Paschatis die à Populo consalutatum; hoc Theophanes, illud Procopius narrare videtur.

lin.31. *Festum Paschatis.* In Græco est τῆς ἑορτῆς. Nos addidimus *Paschatis*; nam festum Christianis omnium festorum celeberrimum, ita per quandam excellentiam Græci nominarunt. Hinc ἑορταστικαὶ Epistolæ & Homiliæ, quibus futurum Pascha prænunciatur. Iustinianus Nouella octaua, τὸν παρόντα νόμον ἐγράψαμεν θεῷ τε αὐτὸν ἀναπθέντες καὶ ταῖς τῆς μεγάλης καὶ κοινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις. *Hanc legem scripsimus, quam Deo dicauimus, & hiscé magni & vniuersalis festi diebus.* Nonnunquam etiam vocatur κατ' ἐξοχὴν *Dies*, ἡμέρα. vt in Synodo Berytensi, ἐπειδὴ τεσσαρακοστὴ ἦν ἐκέλευσε μετὰ τὴν ἡμέραν ἀπαντῆσαι. *Quoniam Quadragesima erat post Pascha iussit nos occurrere.* & statim addit, διὰ τὴν ἑορτὴν ἀπέλυσεν αὐτοὺς τῆς ἀκοινωνησίας. *Propter festum Paschæ absoluit eos ab Excommunicatione.* Chrysostomus dixit Κυρίαν ἡμέραν.

lin.32. *Quando nulli dicere salutem vel pacem fas est.* In omen infaustum id accipere Procopius videtur, nempe bellorum, coniurationum, pestium, prodigiorum, terræque motuum, quæ Imperatore Iustiniano contigerunt. Innuit præterea veterem Ecclesiæ ritum, quem consuetum iam olim habuit, hodiéque seruat Ecclesia Romana. Nam die, quem *Cœnæ Christi Domini* vocamus, nempe tertio ante Paschatis celebritatem, licèt inter Missarum solemnia pacem de more sacrorum Antistes à Deo petat, qui tamen mysteriis intersunt sacri viri, ac populus, ob mœstitiam Christi passionis, à læto pacis osculo & salutatione temperant. *Agnus Dei dicitur, sed pax non datur.* libri Rituales. *Dicat, Agnus Dei, absque osculo.* Ordo Romanus.

lin.33. *Morbo Iustinus absumptus est.* Recrudescente vulnere quod olim pugnans acceperat. Chronicon Alexandrinum; Συνέβη ἀσθενήσαντα τὸν βασιλέα Ἰουστῖνον ἐκ τοῦ ἕλκους, οὗ εἶχεν ἐν τῷ ποδὶ αὐτοῦ ἐξ ἧς ἔλαβε σαγίτας ἐν τῷ πολέμῳ τελευτῆσαι μηνὶ λῴῳ, κατὰ ῥωμαίους αὐγούστῳ πρώτῃ ἡμέρα κατὰ

 ὥραν

ὥραν τρίτην τῆς παρούσης πέμπτης ἐπινεμήσεως. τελευτᾷ δὲ ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτά. *Accidit, vt Imperator Iustinus ex vlcere pedis, quod ex ictu sagittæ in bello contraxit, extingueretur mense Loo, id est, Augusti die primo (secundo*, vt habet Cyrillus) *sub horam diei tertiam, Indictione hac quinta. Vixit annos* LXXVII. ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε τὰ Προκοπίας σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ ἔνθα καὶ θανὼν ἐτάφη. *Auunculus Magni Iustiniani ædificauit Ecclesiam vocatam Procopiæ vnà cum Euphemia coniuge, vbi post obitum conditus est.* ex πατρίοις C P. Nescio, an hæc Procopiæ Ecclesia, eadem cum illa sit, de qua Cedrenus memorat; ἐτελεύτησεν Ἰουστῖνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς αὐγούστης ἐν λάρνακι πρασίνῃ μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφημίας. *Mortuus est piissimus Iustinus: corpus eius in arca prasina repositum est in Monasterio Augustæ iuxta vxorem Euphemiam.*

lin, 34. *Annis in Principatu nouem exactis.* Ita illorum temporum æquales Iornandes & Cyrillus; sed non solùm annum nonum exegit, verùm etiam excessit. Marcellinus Iustiniani Cancellarius duos præterea menses addit; Euagrius, & ipse Synchronus tres tantùm dies; lib. 4. cap. 9. Sed in vtriusque libris mendum inesse palàm est. Nam ait Euagrius Iustinum anno Imperij octauo, mense nono (is erat Martius) ac tertio die Iustinianum participem Regni fecisse, & cum eo imperasse menses quatuor, id est, à Calendis Aprilis ad Calendas Sextiles. Exegit ergo Iustinus in Imperio annos nouem, mensem vnum, dies tres. Nempe decimum annum attigit, quo Magistratus Cyzicenus cudebat hoc nomisma, quod ab humanissimo viro Dionysio Octauiano Sada habuimus;





aliud huic simile à Nicopolitis cusum profert Adolphus Occo.

D. N. IVSTINVS. P. P. AVG.

A ✠
N M X
N
O B

Tertium

Tertium vidimus in quo eadem annorum ſumma Græco erat numero notata.

D. N. IVSTINVS. P. P. AVG. VICTORIA. AVGG. I.

Ad huius verò calculi rationem omnino reſtituas neceſſe eſt cùm alios hiſtoricos, tum editionem Victoris Tunnenſis, quæ habet *annos octo, menſes nouem.* Corrigenda prætereà eſt editio Græca de ſectis Leontij Scholaſtici, qui ſub Iuſtiniano floruit; nam ex vocis ἐννέα ſimilitudine, ἕνα habet: Leunclauius malè cautus, mendum ſua interpretatione confirmauit.

lin. 38. *Solúſque Juſtinianus imperauit cum Theodora.* Dum hæc Procopius ſcribebat, annum in Imperio agebat Iuſtinianus ſecundum & trigeſimum. Quid ergo in mentem venit Pſeudogordiano in Priuilegio Caſſinenſi Collegam Iuſtiniano, inde ab anno eius principatus duodecimo, dare Iuſtinum Iuniorem? Adolphus etiam Occo neſcio quem Tiberium Iuſtiniano noſtro ſocium dedit Imperij; nec animaduertit aureum illum nummum, ex quo id elicit, Iuſtiniani Iunioris eſſe, quo cum Tiberius filius regnauit. τοῦ αὐτοῦ κόμματος eſt alter quem profert cum hac inſcriptione. D. N. IVSTINIANVS. ET. EKYCHRISTIVS. Denique fruſtra viri docti Cæſar Baronius, & Iacobus Gretſerus ex Iuſtiniani nomiſmatis alios eius Collegas quærunt. Illud proferunt, in cuius auerſa parte eſt; VICTORIA. AVGGG. B. Triplice littera G. tria Auguſtorum nomina denotari volunt; hoc eſt, cum Iuſtiniano ac Theodora Iuſtinum. Quem Iuſtinum? Iuniorem? Reclamat cum Procopio Corippus, qui nonniſi extincto Iuſtiniano Cæſarem & Imperatorem creatum Iuſtinum fuiſſe refert, ſolemnéſque ritus inaugurationis carmine deſcribit. Seniorem? Nónne vident illud nomiſma anno Iuſtiniani. B. ſecundo cuſum fuiſſe? Imò cùm de hac re conſulerem Illuſtriſſimum Cardin. Barberinum virum de omni genere litterarum bene meritum, ex ditiſſimo ſuo Muſæo, in quo certant inter ſe rerum antiquitas & opulentia, duo protulit aurea nomiſmata quarto & ſexto anno Iuſtiniani cuſa; in quibus ter nihilominus repetita eſt littera G. Alterum hic accipe: alterum dabimus infrà. Inciſorum ille abuſus eſt. In alio nummo ἐκ τοῦ ἐναντίου peccarunt, vt vides. D. N. IVSTINVS. ET. IVSTINIANVS. P. F. AVG. in quo litteras ſingulares, & extremam AVG. geminare oportuiſſet. Verùm hæc curioſiùs perſequi, non huius eſt otij.





Pag. 46. l. 25. *Nullus ex Senatu*, &c. *prohibendam cenſuit rem deteſtabilem.* Contrarium Aimoinus lib. 2. cap. 5. *Quod factum vehementer abhorruit populus, cunctúſque Senatus, adeò vt palàm clamarent nefariam rem feciſſe Auguſtum, vt publicæ abiectionis ſcortum ſibi copularet in matrimonium. Hac Cæſar exagitatus iniuria, pleroſque Senatorum pertrahi iubet ad necem. Quæ res in tantum perterruit plebem, vt ſibi quiſque metuens conatibus eius in poſterum minimè obuiare auderet.* Hæc vera ſiluiſſet Procopius? fortaſſe Aimoinus innuit iacta in Iuſtinianum eam ob rem conuicia in Circo & Theatro, quod & in aliis autoribus legimus.

lin. 30. *Nullus Antiſtitum.* Epiphanium Conſtantinopolitanum Patriarcham hic præcipuè carpit, quo ἐπιθέντος τὰς χεῖρας, *manus imponente* more maiorum Iuſtinianus adiuit Imperium, vt Cyrillus Scythopolitanus explicat.

lin. 31. *Qui eam Dominam eſſet compellaturus.* Scilicet & hunc Procopij locum vrgeant, qui illum Gregorij Magni nobis obtrudunt, vbi Mauritium Imperatorem & Conſtantiam Auguſtam Sanctiſſimus Pontifex *Dominos* vocat. Procopius quàm nominis illius faſtum vituperet, habes infrà pag. penult. Gregorius, aliíque priſci Pontifices, & Orientis Epiſcopi quàm modeſtè, & συγκαταβατικῶς id egerint, omnes intelligunt. Planè fuerunt & quibus eo vti nomine non libuit, vt Leontio Tripolitano, quem ſua ætas Κανόνα τῆς ἐκκλησίας, *Eccleſiæ normam*, licèt Arianâ infectum labe, vocauit. Is (quoniam hic locus eſt de Græcis Epiſcopis, & Imperatrice Theodora) ad Euſebiam Conſtantij coniugem, fœminam in Epiſcopos inſolentis ſupercilij ita ſcripſit. *Si ad te venire me volueris, debitâ Epiſcopis reuerentia conſeruata, vt ego quidem ingrediar: tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſupponas, benedictionem acceptura, ac deinde ego ſedeam, tu verecundè adſtes; cùm iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæ, inquam, tibi conditiones placuerint, veniam ad te: ſin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Epiſcopis conueniente neglecto, diuinum Sacerdotij inſtitutum violemus.* Græci autoris hiſtoriam habes apud Suidam in *Leontio.* Theodora & Iuſtinianus ab Eccleſiaſticis *Domini* dici voluerunt; an & oſcula pedum ab iiſdem vt à ſecularibus requiſierint, dicam ad pag. 134.

Pag. 47. l. 20. *Erat Theodora venuſta facie.* Procopius lib. 1. Ædif. de ſtatua Theodoræ à Byzantiis poſita. Ἡ μὲν εἰκὼν εὐπρόσωπος, ἀλλὰ τῆς βασιλίδος τοῦ κάλλους ἐλάσσων, ἐπεὶ αὐτῆς τὴν εὐπρέπειαν λόγῳ τε φράσαι, καὶ ἰνδάλματι ἀπομιμεῖσθαι ἀνθρώπῳ γε ὄντι παντάπασιν ἀδύνατον. *Præſtantis quidem figuræ imago eſt, ſed à pulchritudine Auguſtæ longè abeſt, cùm eius formæ præſtantiam humanum non poſſit artificium, vel ſermone declarare, vel exprimere ſimulacro.* Pauli Silentiarij Poëtæ ſub Iuſtiniano apprimè illuſtris extant

lib. 4.

lib. 4. Anthol. duo epigrammata de Theodoræ pulchritudine. An Augustæ? affirmare non auſim. Hæc illius imago eſt muſiuo opere expreſſa Rauennæ dum adhuc viuebat.



lin. 31. *Nihil non in communi actitatum.* Hæc ſumma eſt litterarum Theodoræ ad Zaberganem, quas ſuprà pag. 11. Procopius retulit. Iuſtinianus autem in rebus grauiſſimis conſiliorum participem habuiſſe ſe Theodoram ſæpe fatetur. Nouell. 8. *Hæc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem conſilij ſumentes, eam quæ à Deo data eſt nobis piiſſimam coniugem.* Zonaras in Iuſtiniano; Οὐδὲν ἧττον τοῦ κρατοῦντος εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου δεδυνάστευτο. *Nihil ipſo Imperatore minus, niſi etiam plus, vxor pollebat.* Qui prouincias, & magiſtratus ſuſcipiebant, æquè Iuſtiniano ac Theodoræ fidem, iuramenti religione, publicè profitebantur, & ſuam vtrique acceptam referebant dignitatem, & vtriuſque ſeruos ſeſe appellabant. Nouell. 8. in iuramento. Beliſarius in duobus triumphis ad Iuſtiniani Theodoræque veſtigia ſiſtit Gelimerem Vandalum, Gotthúmque Vittigem, idque opere muſiuo in Auguſtæo Prætorio exprimendum Iuſtinianus curauit, vt eſt lib. 1. Ædif. Κατὰ τὸ μέσον ἑστᾶσιν ὅ, τε βασιλεὺς καὶ ἡ βασιλὶς Θεοδώρα ἐοικότες ἄμφω γεγηθόσι τε καὶ νικητήρια ἑορτάζουσιν ἐπί τε τῷ βανδίλων καὶ γότθων βασιλεῖ δορυαλώτοις τε καὶ ἀγωγίμοις παρ' αὐτοὺς ἥκουσι. *Media verò in tabula ſunt Imperator ac Theodora Auguſta geſtientibus ſimiles & exultantibus ob deuictos Vandalorum, Gotthorúmque Reges, qui captiui per triumphum ad*

ipſos

ipsos trahuntur. Sic in publicis inſcriptionibus communis vtrique titulus. Lege apud Cedrenum inſcriptionem, quæ erat in Templo Sophiæ. In templo verò S. Sergij, quæ domus pridem Iuſtiniani adhuc Patricij fuit, hæc extabat inſcriptio, quam in manuſcriptis Vaticanis Codicibus legi.

ἄλλοι μὲν βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας
ἀνέρας, ὧν ἀνόνητος ἔην πόνος. ἡμέτερος δὲ
εὐσεβίην σκηπτοῦχος Ἰουστινιανὸς ἀέξων
Σέργιον αἰγλήεντι δόμῳ θεράποντα γεραίρει
Χριστοῦ παμμεδέοντος. τὸν οὐ πυρὸς ἀτμὸς ἀνάπτων,
οὐ ξίφος, οὐχ ἑτέρη βασάνων ἐτάραξεν ἀνάγκη,
ἀλλὰ Θεοῦ τέτληκεν ὑπὲρ Χριστοῖο δαμῆναι
αἵματι κερδαίνων δόμον οὐρανοῦ. ἀλλ' ἐνὶ πᾶσι
κοιρανίην βασιλῆος ἀκοιμήτοιο φυλάξοι,
καὶ κράτος αὐξήσειε θεοστεφέος Θεοδώρας,
ἧς νόος εὐσεβίῃ φαιδρύνεται, ἧς πόνος αἰεὶ
Κὰκ κλεάνων θρεπτῆρες ἀφειδέες εἰσὶν ἀγῶνες.

Pag. 48. l. 1. *Simulatis his ex aduerſo ſtudiis.* Ex aduerſis ſtudiis in rebus fidei licet colligere, & in reliquis negotiis diſcrepantiam, vel ſimulationem. Erat Iuſtinianus, vt ait Leontius de Sectis, planè Συνοδίτης, *Conciliaris*; ita tum vocati ſunt Concilij Calchedonenſis propugnatores. Contrà Theodora (vt Victor Tunnenſis affirmat) *occulta eſſe Synodi Calchedonenſis nunquam deſtitit inimica.* Euagr. lib. 4. cap. 10. Ἰουστινιανὸς μὲν σὺν τῶν Καλχηδόνι συνεληλυθότων, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων μάλα γενναίως ἀντείχετο. Θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικος τῶν μίαν φύσιν λεγόντων, εἴτε οὕτως ἔχοντες, εἴτε καὶ κατά τινα συγκειμένην οἰκονομίαν, ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἐνεδίδοσαν. *Quemadmodum Iuſtinianus Epiſcopis, qui Calchedone in vnum conuenerant, & decretis ab illis editis valde conſtanter adhæſit: ſic Theodora eius coniux, illis qui vnam in Chriſto naturam aſſerebant; ſiue igitur ita re vera ſentirent, ſiue dedita opera ſic inter ſe conueniſſent, nemo tamen alteri cedebat.* Reliqua Iuſtiniano flagitia fortaſſe condones, hac ſimulatione nihil tum orbi Chriſtiano pernicioſius eſſe potuit.

lin. 2. *Chriſtianos inter ſe quæſtionibus concitatos.* Præcipuæ quatuor fermè fuerunt; duæ ſub Zenone & Anaſtaſio eruperunt: *Concilium Calchedonenſe an referendum in Diptycha. Additio facta Triſagio num reſpuenda.* Duæ ſub Iuſtiniano excitatæ: *Tria capita à Iuſtiniano propoſita, damnanda, necne. Chriſti corpus an corruptioni obnoxium.*

lin. 3. *Vt paulo pòſt dicam.* Vbinam? vel in Codicibus Vaticanis hoc deſideramus: vel hanc hiſtoriam ad vmbilicum Procopius non perduxit. Neque enim memoria excidiſſe crediderim, quod dicturum ſe ſæpius promiſit, iterum infrà pag. 121. & conſtituta eam ob rem Chriſtianis ſupplicia,

pag. 53.

pag. 53. & 115. Vide quæ ad hæc ſingula loca diſſerimus.

Pag. 49. l. 9. *Quæ priſcis legibus prohibita eſſent, in Rempublicam introducere.* In antiquis mutandis legibus leuitatem Iuſtiniani alij notarunt, & Andreas Alciatus lib.4.Diſpunct.cap.7. Quod ſtatim ſubdit Procopius de Magiſtratuum formis abrogatis. Lege Nouellas 20. 24. & deinceps vſque ad trigeſimam primam, Iuſtinianus ipſe fatetur; *A nobis inuentos & in ampliorem formam redactos Magiſtratus.* Nouella 29. *Præconſules ergo & Prætores, & Moderatores, atque veterum huiuſmodi nominum maieſtas à nobis adinuenta eſt.* Nouella 102. idémque repetit Nouella 103. & Edicto 4. Magiſtratus ait multifariam mutaſſe παρὰ τὸ πάλαι κεκρατηκὸς, *contra veterem conſuetudinem*, quod id è re publica eſſe putarit.

lin. 15. *Statis Magiſtratuum formis abrogatis.* Eos ferè omnes *Iuſtinianos* vocauit, de quibus in ſequenti notatione dicam. Præterea Quæſitorem, & Prætorem Plebis addidit ad Magiſtratus vrbanos; lege Nouell. 13. & 80.

lin. 19. *Vt omnia noua & de ſuo nomine dicerentur.* Quatuor vrbes de Iuſtiniani nomine vocatas nonnulli recenſent, idque nimia honoris cupiditate à grauiſſimo Principe factum mirantur; quid ſi longè plures? ac præterea Oppida, Domos, Libros, Scholares, Magiſtratus, Milites eodem nomine inſignitos numeraſſent? Duodecim vrbes ab Alexandro Macedone conditas ac de illius nomine dictas Autor Chronici Alexandrini refert; & hunc numerum Iuſtinianus exceſſit.

VRBES.

Iuſtiniana Prima, antea Bederina Iuſtiniani Patria. Procopius lib.4. Ædif. Agath. lib. 5. hiſt.

Iuſtiniana Secunda, olim Vlpiana apud Dardanos Europæos. Procop. ibid.

Iuſtiniana, poſt debellatos Vandalos, appellata eſt Carthago in Africa. Nouell. 131.

Iuſtiniana in Prouincia Byzacena, olim Adrumetus. Procop. lib. 6. Ædif.

Iuſtiniana in regione Lazica, antea Petreum dicta. Nouell. 28.

Iuſtiniana in Armenia interiore, olim Bazanis, ſeu Leontopolis. Nouell. 31.

Iuſtiniana in Campo Armeniæ Maioris Zumina vocato. Procop. lib. 3. Ædif.

Iuſtiniana, quæ Sycæ quondam vocabatur, modo Galata. Nouell. 59. Chron. Alexandr. Stephan. de Vrb. Heſych.

Iuſtinianopolis noua in Inſula Cypro. Synod. Trull. can. 39.

Iuſtinianopolis in Epiro, olim Adrianopolis. Procop. lib. 4. Ædif.

Iuſtinianopolis ſeu Myloma in Pamphylia. in Prouincial. Eccleſ. Orientis.

Iuſtinianopolis ſiue Spalæa in Galatia. Ibidem.

Iuſtinianopolis, quæ & Euaria in Phænicia Libani. Ibidem.

Iuſtinianopolis in ſecunda Cappadocia. Synod. V. Conſtant.

Iuſtinianopolis dicta Cypſelon. Ibidem.
Iuſtinianopolis in Armenia. Ibidem.
Iuſtinianopolis Camulianorum. Ibidem.
Iuſtinianopolis in Bithynia. Ibidem. Quarum Epiſcopi Theodoſius, Georgius, Gregorius, Baſilius, Macedonius eidem interfuerunt Synodo.

OPPIDA.

Iuſtinianopolis Oppidum in Myſia. Procopius lib. 4. Ædif.

PORTVS.

Iuſtinianeus Portus Byzantij, ἐκεῖ Ἰουστινιανὸς κατῴκει πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι. *Ibi Iuſtinianus antequam imperaret, habitabat.* in πατρίοις C P.

DOMVS.

Iuſtinianeum Palatium, in quo Reſcripta Imperatoris vulgabat Demoſthenes Præfectus Prætorio. In Cod.

LITTERÆ.

Iuſtinianus apex I. littera dicta fuit, vt Coripp. lib. 1.

Nominis & recti Iuſtino in Principe viuit
Iuſtinianus apex. ————

LIBRI.

Iuſtinianeum Digeſtum.
Iuſtinianeus Codex. Nouell. 66. l. vnica de nou. Cod. fac.

SCHOLARES.

Iuſtiniani Noui; Iuris candidati, olim Dupondij. Procem. Digeſt.

DIADEMA.

Iuſtinianicum. Genus quoddam diadematis Imperialis. Georg. Codin. De quo dicam infrà ad pag. 63.

MAGISTRATVS.

Proconſul Iuſtinianus Cappadociæ. Nouell. 30.
Moderator Iuſtinianus Helenoponti. Nouell. 28.
Moderator Iuſtinianus Arabiæ. Nouell. 102.
Quæſtor Iuſtinianus Exercitus. Nouell. 41.
Præfectus Iuſtinianus Militum Myſiæ, & Scythiæ. Nouell. 1. Iuſtini II.
Prætor Iuſtinianus Piſidiæ. Nouell. 24.

Prætor Iuſtinianus Thraciæ. Nouell.26.
Prætor Iuſtinianus Lycaoniæ. Nouell.25.
Prætor Iuſtinianus Paphlagoniæ. Nouell.29.
Comes Iuſtinianus Phrygiæ Pacatianæ. Nouell.24.
Comes Iuſtinianus primæ Galatiæ. Nouell.24.
Comes Iuſtinianus Iſauriæ. Nouell.27.
Comes Iuſtinianus tertiæ Armeniæ. Nouell.31.

MILITES.

Vandali Iuſtiniani Stationarij, quibus poſt triumphum Vandalicum,præſidia in Oriente conſtituit. Procopius lib.2. bell.Vand.

Non ſuum modò Iuſtinianus nomen, ſed etiam Theodoræ coniugis ita ſtuduit immortalitati commendare; quod minimè referre piget.

Theodorias vrbs prope Carthaginem nouam,olim dicta Baga. Procopius 6. Ædif.
Theodorias vrbs in confinibus Colchidis.Agath.lib.5.
Theodorias vrbs in Aſia minori. Synod.Conſt.V.
Theodoropolis dicta Laodicea. Ibid.
Theodoropolis vrbs in Thracia. Procop.lib.4.Ædif.
Theodoropolis præſidium ad Danubium. Ibidem.
Theodoropolis Caſtellum in Thracia. Ibidem.
Theodora Oppidum in altera Danubij ripa. Ibidem.
Theodorianæ Balneæ in Africa. Procop.lib.6.Ædif. Vt nomina,ſic & imagines vbique in Imperio Romano extabant; idque paſſim curarunt ſubditi, cùm ſuam Iuſtinianus vel in patinis poculiſque, ac vaſis cælari vellet effigiem,vt refert Corippus libro tertio.

Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum plus grauia. Pictus vbique
Juſtinianus erat. ————

lin.20. *Vt omnia noua & de ſuo nomine dicerentur.* Veterum Imperatorum nomina aboleuit,vt ſuum induceret; nam Theodoſij Magni ſtatuâ argenteâ, vt refert Zonaras,è ſuperbiſſima columna detractâ,ſuam equeſtrem impoſuit, de qua extat Græcum epigramma. Præterea ſuũ nomen publicè ſcribi voluit,omnium ferè exterarum gentium ac populorum ſatellitio ſtipatum, Iuſtinianus *Alamanicus,Gotthicus,Francicus,Germanicus,Anticus,Alanicus,Vandalicus,Africanus,* non ſecus ac ſi de iis omnibus triumphaſſet, quamuis nõnullis nationum illarũ ipſe tributa ſolueret,alias verò nunquã deuicerit. Quare Theodebertus Francorum Rex id non ſolùm ęgrè tulit,ſed eã ob rem Longobardos alióſque populos ad inferendum Iuſtiniano bellum permouit,vt lib.1.narrat Agathias.Hunc Iuſtiniani faſtum Choſroës Perſarum Rex cùm

ad eum ſcribebat, maiore ſolebat faſtu cõtemnere, vt Menander Protector exponit. Θεῖος, ἀγαθὸς, εἰρηνοπάτειος, ἀρχαῖος Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχὴς, εὐσεβὴς, ἀγαθοποιὸς, ᾧ τινι οἱ θεοὶ μεγάλην τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν δεδώκασι, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται Ἰουστινιανῷ Καίσαρι ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Denique rerum à ſe geſtarum, ac præſertim ædificiorum multitudine, atque ſplendore omniũ obſcuraſſe Imperatorum Regúmque nomina putauit. Quare poſt abſolutũ Sophiæ Templum, vt Autor eius hiſtoriæ narrat, illa Iuſtiniani vox fuit, ΣΟΛΟΜΩΝ ΝΕΝΙΚΗΚΑ ΣΕ, VICI TE SOLOMON. Quem etiam lapide expreſſum è regione S. Sophiæ collocat, mœſtum atque κρατοῦντα τὴν σιαγόνα αὐτοῦ καὶ ὁρῶντα τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ὅτι ἐνικήθη εἰς μῆκος καὶ κάλλος, *genas dum eam Baſilicam contemplatur, carpentem, quaſi eius ædificij mole ac pulchritudine ſuum templum ſuperatum doleret.* Autor Originum C P.

lin. 27. *Quas fortunarum rapinas illicò vel prodegit Barbaris, vel in inſana ædificia inſumpſit.* Ephræmius in Chronico penè ad verbum hanc ſententiam, ab aliis licèt Scriptoribus acceptam, carmine expreſſit,

Σωρεὺς ἀπείρων χρημάτων χρυσαργύρου
ἐκ παντοδαπῶν ἠρανισμένως τρόπων,
ταῦτ' ἦν ἀφειδῶς ἐκκενῶν ὁσημέραι
εἰς βαρβάρων ἄμειψιν εἰς κτίσεις δόμων.

Aceruos infinitæ pecuniæ auri & argenti quacumque ratione aggeratos, quotidie prodigus exhauſit vel in Barbaros, vel in Ædificia. Agathias qui hæc vidit lib. 5. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζαβεργὰν οὐ πρότερον ἀποστήσεσθαι ἔφασαν πρὶν ἂν χρήματα πολλὰ παρὰ ῥωμαίων κομίσαιντο καθάπερ οἱ Κουτρίγουροι. ὁ δὲ βασιλεὺς χρυσίον αὐτοῖς ἀπέστειλεν ὁπόσον ἀποχρῆν ᾤετο, ὅπως εἰρηναῖοι ἀπαλλαγεῖεν τῆς χώρας. *Miles Zaberganæ non antè ſe diſceſſurum affirmabat, quàm multam pecuniam, quemadmodum Curtiguri acciperet. Quare Imperator tantum auri ad eos miſit, quantum ſufficere putabat, vt Barbari data pace inde excederent.* Is verò qui ad Barbaros munera detulit Valentinus fuit βασιλικὸς μαχαιροφόρος, vt Menander Protector narrat. Vide tres ſequentes Notas.

lin. 35. *Barbaros inter ſe commiſit.* Ioannes Antiochenus in Collectaneis. Λογισάμενος Ἰουστινιανὸς τὴν δαπάνην τῶν τοσούτων χιλιάδων δεῖν ἔκρινε μᾶλλον δι' ὀλίγων δώρων συμβάλλειν ἀλλήλοις τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας, ἵνα αὐτὸς μὲν μήτε τοσαῦτα δαπανᾷ εἰς τὸν στρατὸν μήτ' ὀχλεῖται πέμπων κατ' αὐτῶν, ἐκεῖνοι δὲ ἀλλήλοις αἴτιοι φθορᾶς γίνοιντο, ὃ δὴ τέως ἐπὶ τοῖς ἐκεῖθεν οὐχ ἵστρου Οὔννοις ἐποίησεν. Ἔγραψε γὰρ πρὸς ἕνα τῶν ἀρχόντων, ὅτι τῷ κρείττονι ὑμῶν πέπομφα δῶρα, καὶ ἐγὼ μὲν σὲ οἰόμενος εἶναι τὸν κρείττονα διὰ σὲ τοῦτο ἔγραψα, ἕτερος δέ τις ἀφείλετο ταῦτα βίᾳ λέγων ἐκεῖνος εἶναι κρείττων. Σπούδασον οὖν ὅτι σὺ πάντων ὑπερέχεις, καὶ λάβε τὰ ἀφαιρεθέντα τιμωρησάμενος αὐτὸν κατὰ λόγον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃς, εὔδηλον

εὔδηλον ὅτι ἐστιν ὁ μείζων, καὶ πάντως ἡμεῖς ἐκείνῳ προσκεισόμεθα, καὶ σὺ στερηθήσῃ τούτων. Ταῦτα μαθὼν ὁ Οὖννος ἐκρότησε πόλεμον κατὰ τῶν ὁμοεθνῶν. καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ μαχόμενα ταῦτα τὰ ἔθνη ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο. *Reuocans ad calculum Iustinianus quæ expendebantur in tot militum multitudinem, iudicauit magis expedire paucis muneribus concitare inter se Barbarorum Tribunos, quàm tot pecunias in exercitum, qui in eos immittendus esset, insumere, eáque curâ vexari; quò illi sui forent interitus autores. Id sanè aduersus Hunnos fecit, qui in altera sunt ripa Danubij. Nam scripsit ad vnum ex Tribunis: Munera vestrûm præstantissimo misi, te verò omnibus antecellere ratus, hæc ad te potissimùm destinaui. At alius, vt audio, vi ea diripuit se præstantissimum esse dictitans. Tuum ergo erit studium ostendere quod longè cæteris excellas. Sume tibi ablata, & illum vlciscere, vt par est. Quod nisi feceris, planè manifestum erit, illum præstare; quare nos quidem ei fauebimus, tu verò etiam muneribus priuaberis. His auditis Hunnus bellum in suos populares excitauit; sicque ea gens diuturnis & intestinis bellis deleta est.* Iisdem artibus in Sandiclum & Zaberganem Cotrigurorum Tribunos vsus est, vt explicat Agathias lib. 5. & Menander Protector in Eclogis. qui & Abares, inquit, ἠφάνισεν ἂν, *deleuisset* Iustinianus, εἴγε μὴ τῷ ὀφειλομένῳ τέλει πρότερον ἠφάνιστο αὐτὸς, *nisi ipse priùs morte deletus fuisset.*

lin. 37. *Immanes pecunias perditâ munificentiâ largitus est.* In libris ipsis, quos Iustiniano legendos Procopius tradidit, idem habet, & lib. 8. Οὖννοι δῶρα πολλὰ ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλέως κομίζονται, καὶ διαβαίνοντες ποταμὸν Ἴστρον καταθέουσιν ἐσαεὶ τὴν βασιλέως χώραν, ἔνσπονδοί τε καὶ πολέμιοι ῥωμαίοις ὄντες. *Hunni plurima quotannis à Principe accipiunt donatiua, quamquam Danubium transgressi, perpetuò in Imperatoris ditionem excurrant, semper fœdera, sempérque inimicitias cum Romanis exercentes.* Toto sui Imperij tempore id Iustinianus commisit, sed cùm senescere cœpit, atque desidiæ se dedere, hæc vna illi ad hostium vim repellendam fuit machina, vt ait Agathias lib. 5. ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου πορείαν Ἰουστινιανὸς ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει, καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἤρεσκεν ξυγκρούειν ἐν σφίσι τοὺς πολεμίους, καὶ δώροις αὐτοὺς εἴ που δεήσοι καταθωπεύειν ἐς ταύτῃ ἁμωσγέπως ἀποκρούεσθαι, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι, καὶ μέχρι παντὸς διακινδυνεύειν. *Ad vltimum suæ vitæ cursum Iustinianus à laboribus visus est abhorruisse, cùm potius haberet committere inter se hostes, & muneribus delinitos tantisper repellere quàm sibi fidere, & in apertum se inferre discrimen.* Menander, οἷς οὐκ ἐχρῆν τὸ μεγαλόδωρον ἐπεδείκνυτο. *Quibus haud conueniebat munificentissimus erat.* De hoc sæpe in reliqua historia Procopius, & nos infrà.

Pag. 50. lin. 12. *Qui actâ prædâ insuper incursionis mercedem consequerentur à munificentissimo Principe.* Quod ægro non solùm animo tulit Populus Constantinopolitanus; sed etiam publicè in Imperatorem iis vocibus inuectus est, vt scribit Agathias lib. 5. Οἱ βάρβαροι χρυσίον ἐκομίσαντο χαριστήριον, ὥσπερ

ἡμῶν ἐς αὐτοὺς πεπλημμεληκότων. *Barbari aurum dono tulerunt, quasi in eos iniurij nos fuerimus.* Qua in re cùm excusare Iustinianum Agathias nitatur, eo magis accusat.

lin.27. *Multæ Prouinciæ quinta & amplius oppressæ sint vastatione.* Plenæ sunt illius téporis historiæ; nec refert de Prouinciis dicere, quòd vna sẽsit vrbs Roma. Hanc anno sexagesimo, quàm ab Odoacro capta fuerat, Belisarius primò recuperat. Totilas deinde post secundam Belisarij in Gotthos expeditionem, pulsis Romanis occupat. Insequente anno, Belisarius dirutam, penéque vacuam ingreditur. Rursum tertio pòst anno, Totilas à Belisario refectam inuadit, suóque tenet præsidio. Tandem Narses, fusis Gotthis, profligatóque Totila, adserit Imperio Romano. ex Procopio & Agathia.

lin.35. *Pro pace cum Chosroë stabilienda.* Pecunia Chosroæ pro pace numerata fuit δέκα καὶ ἑκατὸν κεντηνάρια. Vide lib.1. de bell. Pers. Iustinianus Imperium Romanum Persis tributarium fecit; quanto id cum damno, sensit eius successor Iustinus. Nam arma in Romanos Persæ ideo sumpserunt, vt Ioannes Epiphaniensis illorum temporum Scriptor lib.1. narrat, ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος οὐδαμῆ ἠξίου χρυσίου λίτρας πεντακοσίας, ἐφ' αἷς πρότερον γεγόνασιν αἱ σπονδαὶ παρέχειν Μήδοις ἐς ἕκαστον ἔτος, καὶ τὴν ῥωμαίων πολιτείαν πέρσαις ὑποφόρον ἐσαεὶ καταστήσασθαι. *Quia Iustinus Imperator soluere Persis quotannis recusabat quingentas auri libras, quibus stabilitæ sub Iustiniano induciæ fuerant. Ne Romana Respublica Persis tributaria perpetuò fieret.* Idem de Abaribus Menander in Eclogis; quorum legatio Barbarorum hæc continebat. Χρεὼν ὦ βασιλεῦ κληρονομοῦντά σε τῆς πατρῴας ἀρχῆς, καὶ τοῖς πατρῴοις φίλοις οὐκ ἄλλως ἤπερ ὁ πατὴρ ὁ σὸς εὖ ποιεῖν, καὶ ταύτῃ φαίνεσθαι μᾶλλον διάδοχον εἶναι τετελευτηκότος τῷ μηδὲν ἐναλλάττειν, ὧν ἐκεῖνος ἔπραττε περιών, οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς ἀνθεξόμεθα γνώμης, καὶ οὐχ ἧττον τὸ τῆς εὐεργεσίας ὄνομα μεταθήσομεν, εἰ δὲ καὶ μετ' ἐκεῖνον εὐεργέτην ἀποκαλέσοιμεν πρός γε καὶ αἰσχυνθησόμεθα τῷ πεπονθέναι καλῶς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι τὸν δεδρακότα. Καὶ γὰρ πατέρα τὸν σὸν δώροις ἡμᾶς φιλοφρονούμενον ἀντεδωρούμεθα τῷ καὶ δυνάμενοι μὴ κατατρέχειν τὴν ῥωμαϊκὴν, ἀλλὰ πλέον ἐνδείκνυσθαί τι. τοὺς γὰρ ἐκ γειτόνων ὑμῖν βαρβάρους τὴν Θρᾴκην ἀεὶ περικόπτοντας ἠφανίσαμεν ἄρδην, καὶ οὐδεὶς ὁστισοῦν αὐτῶν περιλέλειπται τὰ Θρᾳκῶν ὁρίσματα καταδραμούμενος, δεδίασι γὰρ τὴν Ἀβάρων τὴν δύναμιν φιλίως ἔχουσαν πρὸς τὴν ῥωμαίων ἀρχήν. πεπείσμεθα δὴ οὖν ὡς ἐν τούτῳ μόνῳ καινοτομήσεις ἡμᾶς, τῷ πλέον παρέχειν ἡμῖν, ἢ ὁ σὸς ἐδίδου πατήρ. ἀνθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἤπερ ἐκείνῳ γενησόμεθά σοι κατὰ τὸ πλέον ὑπεύθυνοι, καὶ μείζονας ἐποφλήσομέν σοι τὰς χάριτας. πάρεσμεν οὖν ληψόμενοι τὰ κατὰ τὸ εἰωθός. γνῶθι γὰρ ὡς ἄλλως οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνα σοί τε καὶ τῇ ῥωμαίων σύνουσατον ἔσεσθαι πολιτείᾳ, εἴγε μὴ ἐγχειρισθείη πρότερον αὐτῷ τὰ ἐφ' οἷς οὐ κινεῖν ὅπλα κατὰ ῥωμαίων ἔγνω.

Huiusce

Huiuſce legationis ſententiam in illis Corippi carminibus habes.

Ad tua nos Princeps hæc ſplendida mœnia miſit
Annus, perlargi patris ſolatia veſtri
Sumere tempus adeſt. Sanctus quæ præbuit ille,
Vos etiam præbere decet, ſi fœdera pacis
Intemerata tibi, ſi mauis pacta manere,
Debita quærenti tranſmittite munera Regi.

lin. 39. *In ſocietatem pertractis Alamundaro, & Hunnis.* De Alamundaro, & Hunnis in ſocietatem vocatis, & de bello ob id recrudeſcente lege lib. 2. bell. Perſ. vbi quaſi ex aliorum ſententia hoc idem Iuſtiniano flagitium improperat. Nam ſecundum caput conditionum pacis cum Choſroë ſtabilitæ ſic habebat. Ὡς ἂν οἱ σύμμαχοι Σαρακηνοὶ ἑκατέρας πολιτείας ἐμμένοιεν καὶ οἱ τοῖς βεβαιωθεῖσι, καὶ μήτε τοὺς περσῶν κατὰ ῥωμαίων, μήτε τοὺς ῥωμαίοις ὁπλίζεσθαι κατὰ περσῶν. vt narrat Menander Protector. *Saraceni vtriuſque Reipublicæ ſocij, hæc ſtabilita capita obſeruent, vt neque Perſarum ſocij contra Romanos, neque Romanorum fœderati contra Perſas arma ſumant.*

Pag. 51. l. 15. *Hos omnes priori ſententia decedere iuſſit.* Hon damnat Procopius Iuſtiniani zelum, ſed Apoſtoli cenſurâ carpit, quod is non ſecundum ſcientiam fuerit. Primò, ob exactas ab hæreticis pœnas non tam religionis causâ, quàm pecuniæ cupiditate. Deinde, quod Samaritas & Gentiles, qui verbi prædicatione ab erroribus erant abſtrahendi, ipſe legum, & armorum vi ad pietatem cogere maluerit. Tertiò, quod non tam falſas ſectas aboleuerit, quàm Chriſtianam religionem illorum colluuie polluerit, qui legum terrore, & pœnæ formidine per ſimulationem ad Eccleſiam tranſierunt. Denique quod ea ſeueritate Romanam Rempublicam flagitioſorum hominum coniurationibus perturbauerit, ac tot populorum ſanguine, cædibúſque compleuerit. Quæ omnia prudens quiſque Imperator nullo Reipublicæ periculo, ac minimo ſubiectorum incommodo facilè obtinuiſſet. Addit Theophanes, δοὺς αὐτοῖς προθεσμίαν τριῶν μηνῶν πρὸς ἐπιστροφὴν, *conſtitutum his omnibus à Iuſtiniano fuiſſe trium menſium tempus ad conuerſionem.*

lin. 34. *Quibus nemo Principum aliquando moleſtiam intuliſſet.* Non negat Procopius ab aliis Principibus animaduerſum olim in Arianos fuiſſe, quorum exiliis, bonorum publicationibus, atque ſuppliciis plenæ ſuperiorum eſſent temporum hiſtoriæ: ſed indicat à Iuſtiniano hæreticorum fortunas oppidatim, populatímque, & ſub idem tempus confertim fuiſſe direptas; quod alij Principes nonniſi priuatim, & per occaſionem, parciúſque feciſſent. Cæterùm non ſolùm Eccleſiaſtici vltimo ſupplicio afficiendos putarunt Hæreticos; Dioſcori ſiquidem Alexandrini in hominem religionis reum ea vox eſt, οὐ μόνον τιμωρίας ἄξιός ἐστιν, ἀλλὰ πυρός, *non qualicumque*

dignus

dignus pœna est, sed igne. Et contra Eusebium Dorylæi Episcopum conclamatum est Ephesi; ἆρον, καῦσον Εὐσέβιον. οὗτος ζῶν καῇ. οὗτος εἰς δύο γένηται. ὡς ἐμέρισε, οὕτω μερισθῇ. *Tolle, incende Eusebium. Hic viuus ardeat. Hic in duo dissecetur. sicut diuisit, ita diuidatur.* Verùm etiam Constantinopolitani Imperatores, vt Constantinus in Arij librorum lectores, sectatoréſque, & Marcianus Augustus in Eutychianos capitali supplicio animaduertendum censuerunt. Hi verò neque à ridiculis tam perniciosarum pestium improperiis abstinuerunt. Nam Byzantij in publicis latrinis hæreticorum antesignani ex marmore sculpti humi iacuerũt, vt in teterrima capita ventris onera plebs egereret: quod hic satis fuerit addidisse ad sexcẽta alia, quæ docti viri hac super re ex antiquis monumẽtis collegerunt. Ἔνθα ἄρειος τὸν αἴσχιστον θάνατον ἀπέλαβεν, ὑπὸ τοῦ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου ἄρειος ἐν μαρμάρῳ ἀναγλύφῳ γειτνιῶντι τῇ γῇ ἐτέθη, καὶ σὺν ἐκείνῳ Μακεδόνιος, Σαβέλλιος, καὶ Εὐνόμιος πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν, ὡς ἂν οἱ παρερχόμενοι κόπρον, καὶ οὖρον, καὶ ἐμπλύσματα ἐνείψωσιν αὐτοῖς. *Eo in loco vbi Arius abominandam mortem subiuit, à piissimo Theodosio sculptus est ex marmore humi hærens, & vnà cum illo Macedonius, Sabellius, & Eunomius ad improperium, vt prætereuntes sputis, vrina, ac stercore eos deturparent.* in πατρίοις CP. Demum si qui Principes, vt Procopius ait, Arianis vel aliis Sectariis non intulerunt molestiam, ij verò non solùm contra Ecclesiasticas sanctiones, sed Imperiales etiam fecerunt; vt idem Iustinianus, qui lege aduersus omnes Arianos lata, immunes tamen Hexacionitas Arianos pronunciauit. Theophanes, ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀπέσπασε πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὰς τοῖς ὀρθοδόξοις, δίχα τῶν Ἐξακιονιτῶν Ἀρειανῶν. *Imperator Iustinianus abstulit omnes hæreticorum Ecclesias, eásque Orthodoxis concessit, exceptis iis, quæ Arianorum Hexacionitarum essent.* Hi nempe nobilissimi Arianorum erant, in quorum Collegium adscribi Gotthorũ Reges Italici consueuerant. Quare Autor Chronici Alexandrini, ad annum Zenonis vndecimum, Theodoricum *Hexacionitam* vocat; quem locum eruditus interpres Matthæus Raderus parum intellexit.

Pag. 52. l. 6. *A seditionum popularibus passim mactati.* In Ecclesia Sancti Mocij à Constantino exædificata, & iam inde ab Arianis occupata; eorum πολλοὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, *quamplurimi contrucidati sunt tempore Iustiniani Magni.* In πατρίοις CP. ita legimus.

lin. 13. *Cum iis temerè conflagrarunt.* Similia in historiis habentur; Salustius idem planè de Thalensibus scribit. *Hi postquam murum arietibus feriri, résque suas afflictas vident, aurum, argentúmque, & alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant; ibi vino & epulis onerati, illaque & domum, & semet igni corrumpunt, & quas victi ab hostibus pœnas metuebant, eas ipsi volentes pependere.*

lin. 16. *Lege hac latâ etiam in Samaritas.* Quid illa lex contineret, paulo antè

Procopius

Procopius dixit. *Hos omnes priore ſententia decedere iuſſit, proteruis tum alia minatus, tum & ne liberis aut propinquis bona relinquerent interdicens.* Iuſtiniani ergo Conſtitutio contra Samaritas non eſt lex nona Cod. de Hæret. vt vir doctus Cæſar Baronius opinatur. Accedit quod in Nouella 129. ſingula numerantur capita Conſtitutionis in Samaritas, quæ in lege illa nona minimè apparent. Porrò tres de Samaritis video Iuſtiniani Conſtitutiones. Prima de Religione illis interdicta, cuius hic Procopius meminit; vnde turbæ & ſeditiones in Palæſtina manarunt. Secundæ ſingula capita in Nouella 129. recenſentur, quam, vt Cyrillus Scythopolitanus ait, inſtante ſanctiſſimo viro Saba Palæſtinorum legato Iuſtinianus ſanciuit, factam ab eis rebellionem, & damna Chriſtianis illata vindicaturus. Hæc ſumma Conſtitutionis fuit. παύεσθαι τὰς τῶν Σαμαρειτῶν συναγωγὰς, καὶ πάσης τῆς πολιτείας ἀπελαύνεσθαι, καὶ μήτε κληρονομεῖν τοῖς ἰδίοις, μήτε κατὰ δωρεᾶς δίκαιον αὐτοῖς παραπέμπειν. ἔτι δὲ ἀναιρεθῆναι αὐτοὺς, μάλιστα τοὺς ἀρχηγοὺς, καὶ ἀτάκτους. *Vt Samaritarum Synagogæ clauderentur. Ipſi verò à Republica gerenda ſubmouerentur. Ne ad ſuos hæreditates, vel etiam donationis nomine tranſmitterent. Vt denique ipſorum primores & ſeditioſi occiderentur.* Tertiâ Iuſtinianus ſuperiorem reuocauit Sergij Cæſareæ Præſulis rogatu. Nam Nouella 45. quæ de Iudæis æquè ac Samaritis eſt, huc non pertinet.

lin. 21. *Chriſtianorum nomine cum ſuo permutato.* Iuſtinus Iunior Nouella de Samaritis. *Euaſerunt, inquit, in tantam nonnulli eorum veſaniam, vt vel ſalutari baptiſmo dignati, denuo ad id mali vnde diſceſſerant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in pretio, eodem cum ipſis agitari furore dignoſcantur.* Chronicon Alexand. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν φοβηθέντες προσῆλθον ἐξ ἀνάγκης τῷ χριστιανισμῷ, καὶ δεχθέντες ἐβαπτίσθησαν, καὶ ἕως τοῦ σήμερον ἐπαμφοτερίζουσιν. καὶ ἐπ᾽ αὐστηρίᾳ μὲν ἀρχόντων σχῆμα διεψευσμένῳ ὑπούλως καὶ κακούργως ὡς χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν. ἐπὶ χαυνότητι δὲ ἀρχόντων φιλοχρημάτων Σαμαρεῖται καὶ μισοχριστιανοὶ, καὶ ὡς μὴ γνόντες χριστιανισμὸν οὕτω διαπλάττονται τοὺς ἄρχοντας πείθοντες Σαμαρειτίζειν διὰ τῶν χρημάτων. *Quidam ex illis ſibi metuentes, vrgente neceſſitate, ſe ad Chriſtianam religionem contulerunt, qui recepti ſacro fonte tincti ſunt, hodiéque vtramque religionem conſectantur in ſpeciem quidem propter ſeueritatem Præſidum ſe ſubdolè & perfidè Chriſtianos mentiuntur: nacti verò Magiſtratus auaros, & in religione remiſſos, Samaritæ ſunt, peſſiméque oderunt Chriſtianos, itáque viuunt, ac ſi Chriſtum neſcirent, & Prouinciarum Procuratores pecunia corrumpunt, vt Samaritis faueant.* Ex his, vt Cyrillus Scythopolitanus ait, fuit Arſenius homo ſingularis apud Iuſtinianum & Theodoram autoritatis, de quo Procopius infrà pag. 120.

lin. 31. *Agreſtes agmine facto in Cæſarem arripiunt arma.* Huiuſce Samaritarum rebellionis omnes ferè poſteriores Hiſtorici meminerunt. Theophanes accidiſſe ait anno Iuſtiniani ſecundo, menſe Iunio. Chron. Alexandr. anno

quarto Lampadio & Oreste Consul. Vter veriùs, haud facilè dixerim. Τούτῳ τῷ ἔτει Σαμαρειτῶν στασιασάντων, καὶ ποιησάντων ἑαυτοῖς βασιλέα καὶ Καίσαρα, ἐπέμφθη Εἰρηναῖος ὁ Πενταδίας Στρατηλάτης, καὶ ἐθανάτωσε πολλούς. *Hoc anno Samaritanis tumultuantibus, sibique Regem & Cæsarem creantibus, Irenæus Pentadiæ dux exercitus missus est, qui multos interfecit.* Aliam refert Samaritarum seditionem Theophanes ad annum Iustiniani vigesimum nonum; quem locum ita vertit Anastasius Bibliothecarius. *Vigesimo nono Imperij Iustiniani anno seditionem concitauere Iudæi & Samaritæ Cæsareæ Palæstinæ, & facti quasi in ordine Prasinouenetorum irruerunt in Christianos eiusdem Ciuitatis, & multos interfecerunt, & Ecclesias combusserunt. Stephanúmque Præfectum ipsius vrbis in Prætorio peremerunt, & substantiam eius surripuerunt. Vxor verò illius ascendens ad vrbem, adiit Imperatorem, qui iussit Adamantio magistro militum descendere in Palæstinam & occisionem exquirere Stephani,* &c. In hac expeditione imperator fuit Adamantius; in priore illa Irenæum Pentadiæ Theophanes memorat, Cyrillus Scythopolitanus Theodorum & Ioannem. Sed huius, vtpote eiusdem ætatis Scriptoris integrá audire narrationem præstat, quam è scriptis Vaticanis libris decerpsimus. Οἱ κατὰ Παλαιστίνην Σαμαρεῖται τὸ ἔθνος ἅπαν κατὰ τῶν χριστιανῶν στρατεύσαντες πολλὰ ἀθέμιτα διαπράξαντες, τὰς μὲν ἐμπιπτούσας ἐκκλησίας πραιδεύοντες, τοὺς δὲ συμπίπτοντας χριστιανοὺς διαφόροις κολάσεσιν ἀφειδῶς ἀποκτείνοντες, καὶ χωρία ὁλόκληρα τῷ πυρὶ παραδιδόντες, ἐν τοῖς μάλιστα περὶ Νεάπολιν τόποις, ἔνθα τυραννήσαντες ἔστεψαν ἑαυτοῖς βασιλέα Ἰουλιανόν τινα συνέθνον αὐτῶν. Τότε δὴ τὸν μὲν ἐπίσκοπον Νεαπόλεως Σαμμωνᾶ κατέσφαξαν, τινὰς δὲ συλλαβόμενοι πρεσβυτέρους, καὶ τούτους κατακόψαντες ἀπετηγάνισαν μετὰ λειψάνων ἁγίων μαρτύρων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δεινὰ πεποιήκασιν, ὥστε τὰς βασιλικὰς καλουμένας ὁδοὺς ἀδιαβάτους τοῖς χριστιανοῖς γενέσθαι. Τούτων οὖν ἁπάντων εἰς ἀκοὰς εἰσελθόντων τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐκελεύσθησαν Θεόδωρος καὶ Ἰωάννης οἱ ἐνδοξότατοι στρατὸν συναγεῖραι, καὶ τῶν Σαμαρειτῶν καταστρατεῦσαι, καὶ συμβολῆς γενομένης ἀνῃρέθη Ἰουλιανὸς καὶ πλῆθος πολὺ Σαμαρειτῶν.

lin. 32. *Designatóque sibi Imperatore Iuliano.* Sicuti multarum gentium à se profligatarum nomina sibi Iustinianus asciuit, ita & eius Tyranni, vt habes in Edicto septimo, *Imper. Cæs. Flau. Iustinianus, Aleman. Gotth. Franc. Germ. Ant. Alan. Vand. Affr. Pius, Fœlix, Inclytus, Victor, Triumphator, semper Augustus, Iulianus.* Parum hoc animaduertit Henricus Agylæus, vel quisquis alius ad illam inscriptionem notauit: *Quod Iulianus his adiicitur, vitiosum iudico.* Num (quod modò succurrit) ibi Iustinianus rescribit Iuliano Præfecto Prætorio? de quo nos infrà ad pag. 92. Octauius à Rosberg profert huius Iuliani antiquum nomisma; sed allucinatur; nam Iuliani Apostatæ id esse cùm reliqua omnia declarant, tum auersa nomismatis facies Gentilium simulacris

cris insignita, & *Votum Cybalæ Turritæ* ac *Palladi* nuncupatum.

Pag.53. l.9. *Exactione nullo humanitatis modo imperata.* Non dissimulo Cyrilli Scythopolitani, qui hæc penè vidit, narrationem planè contrariam. Is refert Primæ Palæstinæ, vbi potissimùm Samaritarum incursio desæuierat, δώδεκα κεντηναρίων συγχώρησιν ἐποιήσατο δημοσίων, *duodecim Centenariorum ex publicis vectigalibus remissionem factam fuisse:* Scythopoli verò quæ hostium damna minus senserat, ἑνὸς μόνου κεντηναρίου συγχώρησιν δοθῆναι συνῳδὸν οἱ ἐπίσκοποι, *vnius tantùm Centenarij remissionem dandam Episcopos decreuisse.* Episcopos ait decreuisse, nempe Antonium Ascalonitam, & Zachariam Pellensem, quos pensitandis Clericorum & Ecclesiarum damnis Iustinianus præfecerat, vt idem Cyrillus narrat. Nam Sabas vir Sanctus eam remissionem non pro Clero tantùm, sed etiam pro populis Palæstinæ fidelibus fortasse petierat: Iustinianus instante tali tantóque viro Ecclesiis negare veritus est; reliquis populis concedere noluit. Hoc est de quo Procopius conqueritur. Imò ea ipsa tredecim Centenariorum remissio, si cum Cleri, Ecclesiarum, & Monasteriorum Palæstinæ multitudine comparetur, post tantam cladem minima & penè ridicula videbitur. De vectigali ab Ecclesiasticis etiam persoluto dicam infrà.

lin.11. *In Gentiles sæuitiam conuertit.* Anno Imperij sui tertio, Indictione octaua, vt scribit Theophanes, ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς διωγμὸν μέγαν κατὰ Ἑλλήνων, καὶ πάσης αἱρέσεως, καὶ τὰς τούτων οὐσίας ἐδήμευσεν ἁπάσας. *Fecit Iustinianus Imperator persecutionem magnam aduersus Gentiles, & omnes Hæreticos, illorúmque substantias publicauit.* Mirum sanè est primarios Imperatoriæ Aulæ principes, hac lata lege, Gentilitiæ superstitionis reos actos fuisse. Inter hos, vt refert Hesychius, Procopius, Theophanes & Suidas, fuerunt *Tribonianus Quæstor, Thomas magister Officiorum, Ioannes Præfectus Prætorio,* & *Phocas Patricius magister militum* conficiendo Codici à Iustiniano præfecti. His addit Theophanes *Asclepiodotum Præfectum Prætorio, Macedonium Referendarium,* & *Pegasium Heliopolitanum Patricium.* Falsò Aimoinus numerat *Belisarium:* lege quæ suprà narrat Procopius de Theodosio è sacro lauacro suscepto ab Antonina & Belisario.

lin.17. *Inter libamina, & sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt.* Hac infamia notatur Seuerus, quem vnicè amauit ac fouit Theodora Imperatrix. In Ep. Monachorum ad Mennam.

lin.19. *Quæ verò in Christianos ipsos commisit, infrà dicturi sumus.* Sæuiit etiam in Christianos; quod licèt hîc, & rursus infrà pag. 115. polliceatur, nescio tamen an obliuione promissum non fecerit. Hoc autem loco (quantum assequi coniectura possumus) dicturus erat Procopius de Christianorum cædibus, aliísque suppliciis ob tria Capita, & alias eo tempore controuersas de dogmatibus quæstiones. Id ipse Procopius innuit lib. Hist. 8. Οἱ γὰρ ἄλλοι

 ἐν Ἰλλυ

ἐν Ἰλλυριοῖς ἀμφὶ πόλιν Οὐλπιανὰν βασιλέως ἐπαγγείλαντος διατριβὴν εἶχον στάσεως ἐνταῦθα πρὸς τῶν οἰκητόρων γεγενημένης, ὧνπερ ἕνεκα ἐν σφίσιν αὐτοῖς οἱ χριστιανοὶ διαμάχονται, ἧπέρ μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ τούτων γεγράψεται. *Nam alij Vlpianæ in Illyrico Cæsaris iussu substiterunt; nempe excitata inibi à Ciuibus seditione ob eas quæstiones, quibus inter se Christiani dissident; de quibus opportuno loco dicturus sum.* Scilicet iam tum librum Ἀνεκδότων moliebatur. Vide has Notas infrà ad pag. 115.

lin. 20. *Post hæc turpes puerorum amores lege vetuit.* Duæ hac de re Constitutiones extant. 77. & 141. quarum altera cùm per aliam occasionem scripta videatur, altera verò data sit anno decimo octauo post Consulatum Basilij, haud dubito, quin prima interciderit, quam sub initium Imperij factam hîc Procopius subindicar, ac Theophanes editam anno secundo apertè dicit, & occasionem ferendæ legis ita narrat. Τούτῳ τῷ ἔτει ἠσαίας ἐπίσκοπος ῥόδου, καὶ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Διοσπόλεως τῆς Θρακης καθῃρέθησαν ὡς παιδερασταὶ εὑρεθέντες, καὶ ἐτιμωρήθησαν δεινῶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως καυλοτομηθέντες καὶ πομπεύσαντες ὑπὸ κήρυκος βοῶντος. Ἐπίσκοποι ὄντες τὸ τίμιον σχῆμα μὴ ἐνυβρίζοιτε. καὶ ἐξέθετο ὁ βασιλεὺς νόμους σφοδροὺς κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων, καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἐτιμωρήθησαν. *Hoc anno Esaias Episcopus Rhodi, & Alexander Episcopus Dispoleos in Thracia exautorati sunt, vtpote masculorum corruptores deprehensi, & ab Imperatore seuerè puniti sunt, nam exsectis veretris per vrbem ducti, præcone proclamante; Quicumque estis Episcopi reuerendam dignitatem ne dehonestetis. Quare Augustus in libidinosos seueras leges edidit, multique supplicio affecti sunt.* Seueras nominat leges quas hic Procopius refert, ac detestatur, quibúsque nescio an religiosissimus Imperator Constantinus Magnus bonum factum adscripsisset; præsertim cùm in Episcopos tam indecorè obseruarentur. Nam ille (vt Theodoretus narrat lib. 1. cap. 11.) *paludamento se obtecturum* affirmabat *eum Episcopum, quem alienæ vxori stuprum inferentem fortè vidisset, ne facinoris aspectus, eos quiid ipsum cernerent, vlla ex parte læderet.*

lin. 23. *Nullo prorsus decoro in eos facta animaduersione.* Scilicet, vt statim subdit, pudendis truncati, publicè ludibrio erant, sicuti modò ex Theophane diximus. Addit Cedrenus & Anonymus in Chronico, τοῖς δὲ καλάμοις ὀξεῖς εἰς τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων διεπείρασε. *Aliis verò acutos calamos in meatus genitalium ingessit.* Quod nescio quis detestatus, id cur faceret, ab Iustiniano quæsiuit, εἰ δὲ ἱεροσυλήκασιν οὐκ ἂν τὴν χεῖρα τούτων ἀπέτεμον; *an non,* inquit ille, *si sacrilegium commisissent, manus illis amputandæ fuissent?* Zonaras.

Pag. 54. l. 18. *Senatores verò vt ab iisdem emungi fortunis potuerint, iam dico.* Licèt de suppilatis Senatorum bonis in hac tota historia sparsim complura disserat Procopius; hoc tamen loco quasi proprio ex præcipuis Senatoribus nonnullos nominat. Inter alios fuit Iuliana nobilissima, eadémque piissima fœmina;

fœmina; à qua tamen ſingulari prudentia, atque religionis documento deluſus eſt Iuſtinianus. Longior narratio eſt, tu eam lege apud Gregorium Turonenſem de gloria Martyrum cap 133.

Pag. 55. l. 2. *Poſſeſſionem quaſi hæredes adeunt, productis tabulis, quas ab eo minime confectas fama erat.* Hoc etiam ſuprà pag. 36. & pag. 87. Horum ſcelerum miniſter fuit Anatolius domus Imperatoriæ Curator, ἄδικος ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς καὶ πολλοῖς ὅσοις τῶν οἰκείων ἀφῃρημένος γραπτὰς σανίδας, καὶ ῥάκη ὑποπόρφυρα τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλε τὴν ἐς βασιλέα εὔνοιαν προϊσχόμενος, καὶ ταύτῃ ἅπαντα ἐσφετερίζετο βιαζόμενος μὲν ἀναίδην, καὶ ἀναρρηγνὺς τὰ βουλεύματα τῶν ἀποιχομένων, χαίρειν δὲ λέγων πολλὰ τοῖς νόμοις, οἳ δὴ τοὺς παῖδας κληρονομεῖν ἐθέλουσι τῆς τῶν φυσάντων περιουσίας: *homo iniuſtiſſimus, qui quàm multorum bona expilauit, & titulorum tabellas, vel purpuræ ſegmenta diuitum domibus ſæpe affixit, prælatáque illorum in Cæſarem beneuolentia ſic omnia furatus eſt, impudenter violatis, atque abolitis defunctorum voluntatibus, necnon legibus peſſumdatis, quæ liberos paternæ ſubſtantiæ hæreditatem adire volunt.* Agathias lib. 5. Vide has Notas ad pag. 127. Vt in ære Cæſaris ea fuiſſe bona intelligerentur, ſcripti illi tituli, vel appenſa purpura declararunt. Hoc non eſt aſſecutus Chriſtophorus Perſona interpres; ad quod illuſtrandum facit locus ille Nouellæ 28. vbi Iuſtinianus ait nemini licere titulos affigere prædiis vel domibus alienis. μόνον γὰρ ἴδιον τοῦτο τοῦ τε δημοσίου, τῶν τε βασιλικῶν οἴκων, τῶν τε ἡμετέρων, τῶν τε τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, *id enim proprium eſſe Fiſci, Domorum Imperialium, noſtrarum, & piiſſimæ Auguſtæ.* ibique vocat *Titulos* σανίδας, vt hoc loco Agathias. Iuriſconſultus Græcus ſic explicat. Μηδεὶς τίτλοις ἰδικοῖς τοῖς ἀγροῖς αὐτοῦ ἐπιθήσοι ἢ τοῖς τοῦ πέτρου. οἷον ἵνα τυχὸν θήσοι ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἀγροῦ πινακίδιον, ἢ σκουτάριον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο, καὶ γράψοι ἐν ἐκείνῳ ὅτι ὁ παρὼν ἀγρὸς τοῦ Σεβαστοκράτορός ἐστιν, ἢ τοῦ μεγάλου Δομεστίκου, ἢ κρεμάσοι βῆλον βασιλικὸν, ὥστε νομίζεσθαι αὐτὸν εἶναι βασιλικόν. Vide has Notas ad pag. 128.

lin. 5. *Tatiani, Demoſthenis, Hilaræ.* Tatianus vir ditiſſimus, Magiſter Officiorum, ad quem Iuſtinus & Iuſtinianus reſcribunt. l. 5. Cod. de Mag. Offic. Demoſthenes ſub Iuſtino egit Præfectum Prætorio, atque iterum ſub Iuſtiniano, vt dicemus infrà ad pag. 92. De Hilara in antiquis monumentis nihil occurrit.

lin. 12. *Joannis Baſilij filij.* Tantæ fuerunt horum diuitiæ, vt paſſim ab Imperatoribus darentur obſides, & à Barbaris perlibenter acciperentur. Baſilius pater ab Anaſtaſio Perſis datus eſt, & anno eius Imperij quinto decimo redemptus. Theophanes. Ioannes verò filius datus iiſdem eſt à Beliſario. Procopius lib. 2. bell. Perſ.

lin. 24. *Pretium id Daram conuectum.* De huius Ciuitatis nomine neſcio quid ſomniarit Aimoinus lib. 2. de geſt. Franc. nam *Perſarum Regi captas Roma-*

norum vrbes restituere neganti, Iustinianus, inquit, *respondit, Daràs. Pro cuius nouitate sermonis Ciuitas eo loci constituta est, cui Daràs nomen est.* Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐτείχισε τὸ Δαρᾶς χωρίον τῆς μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρὸν μέσον τῶν ὁρίων κείμενον ῥωμαίων τε καὶ περσῶν, καὶ ἐποίησεν ἐκκλησίας, καὶ ἀποθήκας σίτου, καὶ κιστέρνας ὑδάτων καὶ ἐμβόλοις. ὀνομάσας αὐτὴν Ἀναστασιούπολιν, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ δίκαια πόλεως. *Anastasius Imperator Daràs Mesopotamiæ Pagum Magnum et munitum ad fines Persarum, & Romanorum situm mœniis cinxit, ornauitque Ecclesiis, horreis, cisternis, ac propugnaculis, & Anastasiopolim vocatum, donauit iure Ciuitatis.* Idem habet Procopius lib. 1. bell. Perſ. & Euagrius lib. 3. cap. 37. addítque locum illum *Daras* ob id appellatum, quod Darius ibidem ab Alexandro Rege Macedonum penitus deuictus fuerit. Chron. Alexandr. Daras, quia δόρατι, *hasta* Darius ab Alexandro confossus interierit.

lin. 34. *Sed planè difficile memoratu est, quot hominum sese vltroneos hæredes instituerint.* Etiam Euagrius lib. 4. carptim breuitérque tam vberem historiæ partem perstringere maluit. Sed lib. 5. cap. 3. liberè prodidit Ætherium Patricium, qui Iustiniano tot scelerum ac furtorum minister fuit. Αἰθέριος διὰ πάσης ἰὼν συκοφαντίας τάς τε τῶν ζώντων, καὶ τελευτώντων οὐσίας ληϊζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκείας ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προεστήκει. *Ætherius nullum calumniæ genus præteriens, tum viuos, tum mortuos nomine Aulæ Imperatoriæ, cui, regnante Iustiniano, præfuit, fortunis spoliauit.*

Pag. 56. l. 1. *Antequam seditio existeret Victoriatorum.* In Græco est, ἡ τοῦ ΝΙΚΑ στάσις, *seditio VINCE.* Euagr. lib. 4. cap. 13. ἣ προσηγορίαν τὸ σύνθημα τῶν δήμων δέδωκε. τὸ νίκα γὰρ ἐπίκλησιν ποιοῦσι τοῦτο τῶν δήμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθημα δόντες τῆς ἐς ἀλλήλοις γνώσεως. *Quæ nomen ex tessera populi accepit: quippe Nica, id est, Vince, fuit propterea appellata, quod populus inter se congressus, hanc tesseram Nica sibi præscripsit, quò alter ab altero internosceretur.* Procop. lib. 1. bell. Perſ.

lin. 1. *Seditio Victoriatorum.* Quam Procopius fusè prosequitur lib. 1. bell. Perſ. affirmátque in ea cæsa fuisse Constantinopoli triginta hominum millia. Quàm parua verò iurgij scintilla tantum incendium excitarit, Theophanes minutissimè narrat ex antiquis & publicis vrbis Constantinopolitanæ monumentis: in quibus cùm veluti in tabula videre sit eius Imperij statum, Iustiniani mores, Circi, & Theatri licentiam, alia demum, quæ ad hanc illustrandam historiam vehementer faciunt, eáque inedita sint, hîc ex manuscriptis Vat. Codd. danda curauimus cum nostra interpretatione.

Rebellio, quæ dicta est Vince, ita cõtigit. Vtraque factio in Circũ cõuenerat; magnísque clamoribus rogabãt Prasini,

Γέγονεν ἡ αὐταρσία τοῦ Νίκα, τρόπῳ τοιούτῳ. ἀνελθόντα τὰ μέρη ἐν τῷ ἱππικῷ ἔκραξαν οἱ τῶν πρασίνων,

πρασίνων, ἄκτα διὰ Καλοπόδιον τὸν κουβικουλάριον, καὶ Σπαθάριον. ΠΡΑΣ. ἔτη πολλὰ Ἰουστινιανὲ αὔγουστε, Tu viuas. ἀδικοῦμαι, μόνε ἀγαθὲ, οὐ βαστάζω. οἶδεν ὁ θεός. φοβοῦμαι ὀνομάσαι, μὴ πλέον εὐτυχήσῃ, καὶ μέλλω κινδυνεύειν. ΜΑΝΔΑΤΩΡ. τίς ἐστιν; οὐκ οἶδα. ΠΡΑΣ. ὁ πλεονέκτης με τρισαύγουστε εἰς τὰ τζαγγάρεια εὑρίσκεται. ΜΑΝΔ. οὐδεὶς ὑμᾶς ἀδικεῖ. ΠΡΑΣ. εἷς καὶ μόνος ἀδικεῖ με, θεοτόκε, μὴ ἀνακεφαλήσοι. ΜΑΝΔ. τίς ἐστιν ἐκεῖνος; οὐκ οἴδαμεν. ΠΡΑΣ. σὺ καὶ μόνος οἶδας, τρισαύγουστε, τίς πλεονεκτεῖ με σήμερον. ΜΑΝΔ. εἴτις αὖ ἐστιν, οὐκ οἴδαμεν. ΠΡΑΣ. Καλοπόδιος ὁ Σπαθάριος ἀδικεῖ με, δέσποτα πάντων. ΜΑΝΔ. οὐκ ἔχει πρᾶγμα Καλοπόδιος. ΠΡΑΣ. εἴ τίς ποτέ ἐστιν τὸν μόρον ποιήσοι τοῦ Ἰούδα. ὁ θεὸς ἀνταποδώσοι αὐτῷ ἀδικοῦντι με, διὰ τάχους. ΜΑΝΔ. ὑμεῖς οὐκ ἀνέρχεσθε εἰς τὸ θεωρῆσαι, εἰ μὴ εἰς τὸ ὑβρίσαι τοὺς ἄρχοντας. ΠΡΑΣ. εἴ τις δήποτε ἀδικεῖ με, τὸν μόρον ποιήσοι τοῦ Ἰούδα. ΜΑΝΔ. ἡσυχάσατε Ἰουδαῖοι, Μανιχαῖοι, καὶ Σαμαρεῖται. ΠΡΑΣ. Ἰουδαίοις, καὶ Σαμαρείτας ἀποκαλεῖς; ἡ Θεοτόκος μετὰ ὅλων. ΜΑΝΔ. Ἕως πότε ἑαυτοὺς καταρᾶσθε; ΠΡΑΣ. εἴ τις οὐ λέγει, ὅτι ὀρθῶς πιστεύοι ὁ Δεσπότης, ἀνάθεμα αὐτῷ, ὡς τῷ Ἰούδα. ΜΑΝΔ. ἐγὼ ὑμῖν λέγω εἰς ἕνα βαπτίζεσθαι. ΠΡΑΣ. ἀνεβόησαν ἐπάνω ἀλλήλων, καὶ ἔκραζον; ὡς ἐκέλευσεν Ἄντλας, εἰς Ἕνα βαπτίζομαι. ΜΑΝΔ. ὄντως εἰ μὴ ἡσυχάσητε, ἀποκεφαλίζω ὑμᾶς. ΠΡΑΣ.

Prasini, vt in Calopodium Cubicularium,& Spatharium ageretur ex lege. Prasini. Multos annos tu viuas Iustiniane Auguste. Iniusta patior, Optime Cæsar,nec sum ferendo;testis mihi Deus:sed nominare non audeo, ne & illi meliorem fortunam, & mihi ob id periculum pariam. Mand. Quis ille est? nã ignoro. Pras. Qui me iniuriis afficit,in Sutorum regione habitat, Auguste Maxime. Mand. Nemo vos afficit iniuria. Pras.Vnus ac solus est, qui mecũ agit iniustè. Sic ille nunquã attollat caput, ô Deipara. Mand. Quis verò ille est?planè non nouimus. Pras. Imò tu solus nosti Auguste Maxime, à quo ego his diebus premor iniustè. Mand.Quis tãdẽ sit ille nescimus. Pras.Calopodius Spatharius, Supreme Domine,ille iniuriusin me est. Mand. Atqui lædit Calopodius neminẽ. Pras. Quisquis ille est, sic vt Iudas dispereat. Homini in me iniurioso vicem Deus reddat quãtocyùs. Mand.Huc nõ spectaturi vos acceditis, sed conuiciis Principes insectaturi. Pras. Quisquis,inquã, iniuria me vexat,sicut Iudas dispereat. Mand. Quiescite Iudæi,Manichæi, Samaritæ. Pras. Iudæos,& Samaritas nos appellas?Et nobis propitia Deipara est. Mand. Quousque in vestra capita effundetis maledicta? Pras. Quisquis non rectè credere Augustum dicat, vt Iudæ, sic illi anathema sit. Mand. Si me auditis, in Vnum omnes baptizaminor. Pras. Tumultuosè exclamarunt;Sic vt Antlas iussit, in Vnum baptizor. Omnino,nisi quieueritis, capite puniemini. Pras.

PRAS. Quiſque ambit Imperium, vt ſecurus viuat. At nos qui in ærumnis verſamur, quidquid loquimur, æqui boníque conſulat Imperiũ tuum: nam & Diuinum numen ſic omnes ſuffert. Quæſtionem, Imperator, habemus, ideóque omnia hîc loquimur. Quandoquidem Auguſte Maxime, neque Curiæ, neque Reipublicæ dignitatem vllam ſupereſſe videmus; tum ſolùm prodeo in Vrbem, cùm Burdoni inſideo, vtinã Auguſte Maxime, ne tum quidẽ. MAND. Quiſquis liber, quocumque libitum illi eſt, ſecurè prodire poteſt. PRAS. Mea ſanè libertate fido, nec tamẽ mihi in publicũ venire permittitur. Quiſquis liber cui Praſinæ factionis iniecta ſuſpicio ſit, ſtatim luce palàm punitur. MAND. Deſtinata cruci capita, itáne veſtras animas deuouetis? PRAS. Scilicet de medio tollamur nos hoc inſigniti colore. Interim nullus ſit iuſtitiæ locus. Tu à cędibus abſtine; ac tum malefactorũ nos pœnas luamus. Vt illæ ex fonte ſaliũt aquæ, ita fluat illorum cruor, quos ad ſupplicium expetieris. Verùm duo illa (iniuſtitiam & crudelitatẽ) humanum ingenium planè abhorret. Vtinam in lucẽ Sabbatius nõ veniſſet, cetè filium te non habuiſſet ſanguinarium. Sexta & vigeſima nunc cædes ad Zeugma patrata eſt. Manè ille in Theatro ſpectabat; ſub veſperũ, Supreme Domine, cæſus fuit. VENETI. Apud vos duntaxat conuenientiũ in ſtadio ſunt homicidæ. PRAS. Tu verò ſine ſanguine, quando hinc abſceſſiſti? VEN. Tu verò nulla etiam de cauſa in cædes prorumpis. Nam apud vos inquam, duntaxat conuenientiũ in ſtadio ſunt homicidæ. PRAS. Domine Iuſtiniane, iſti

ΠΡΑΣ. ἕκαστος σπούδει ἀρχὴν κρατῆσαι, ἵνα σωθῇ. καὶ εἴτι ἂν εἴπωμεν θλιβόμενοι, μὴ ἀγανακτήσοι τὸ κράτος σου. τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. λόγον ἔχοντες, αὐτοκράτορ, ὀνομάζομεν ἄρτι πάντα. ποῦ ἐστιν οὐκ οἴδαμεν, οὐδὲ τὸ παλάτιον, τρισαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις. μίαν εἰς τὴν πόλιν προέρχομαι, ὅταν εἰς βουρδῶνα καθέζωμαι. εἴθε μηδὲ τότε τρισαύγουστε. ΜΑΝΔ. ἕκαστος ἐλεύθερος ὅπου ἐθέλει, ἀκινδύνως δημοσιεύει. ΠΡΑΣ. καὶ θαῤῥῶ ἐλευθερίας, καὶ ἐμφανίσαι οὐ συγχωροῦμαι. καὶ ἐὰν ἐστιν ἐλεύθερος, ἔχει δὲ πρασίνων ὑπόληψιν, πάντως εἰς φανερὸν κολάζεται. ΜΑΝΔ. ἑτοιμοθάνατοι, οὐδὲ τῶν ψυχῶν ὑμῶν φείδεσθε. ΠΡΑΣ. ἐπαρθείτω τὸ χρῶμα τοῦτο. καὶ ἡ δίκη οὐ χρηματίζει. ἄνες τὸ φονεύεσθαι. καὶ ἄφες κολαζόμεθα. ἴδε, πηγὴ βρύουσα, καὶ ὅσοις θέλεις κόλαζε. ἀληθῶς δύο ταῦτα οὐ φέρει ἀνθρωπίνη φύσις. εἴθε Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἔσχεν υἱὸν φονέα. εἰκοστὸς ἕκτος φόνος ἐστὶν ὁ γενόμενος εἰς τὸ ζεῦγμα. τῇ πρωΐας ἐθεώρει, καὶ τῇ δείλῃ ἐσφάγη, ὦ δέσποτα πάντων. ΒΕΝΕΤ. τοὺς φονεῖς ὅλου τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. ΠΡΑΣ. πότε οὐ σφάζεις, καὶ ἀποδημεῖς; ΒΕΝΕΤ. σὺ δὲ σφάζεις, καὶ διακενῆς. τοὺς φονεῖς γὰρ τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. ΠΡΑΣ. δέσποτα Ἰουστινιανὲ αὐτοὶ

αὐτοὶ παρακαλοῦσι, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς φονεύει. Νοήσει ὁ μὴ θέλων. τὸν ξυλοπώλην τὸν εἰς τὸ ζεῦγμα τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; ΜΑΝΔ. ὑμεῖς αὐτὸν ἐφονεύσατε. ΠΡΑΣ. τὸν υἱὸν τοῦ Ἐπαγάθου τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; ΜΑΝΔ. καὶ αὐτὸν ὑμεῖς ἐφονεύσατε, καὶ τοὺς Βενέτους πλέκετε. ΠΡΑΣ. ἄρτι Κύριε ἐλέησον. τυραννεῖται ἡ ἀλήθεια. ἤθελον ἀντιβάλαι τοῖς λέγουσιν, ἐκ θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ πράγματα. πόθεν αὕτη ἡ δυστυχία; ΜΑΝΔ. ὁ Θεὸς κακῶν ἀπείραστος. ΠΡΑΣ. Θεὸς κακῶν ἀπείραστος. καὶ τίς ἐστὶν ὁ ἀδικῶν με; εἰ φιλόσοφός ἐστιν, ἢ ἐρημίτης τὴν διαίρεσιν εἰπάτω τῶν ἑκατέρων. ΜΑΝΔ. βλάσφημοι, καὶ θεοχόλωτοι, ἕως πότε οὐχ ἡσυχάζετε; ΠΡΑΣ. εἰ θεραπεύεται τὸ κράτος σου, σιγῶ, καὶ μὴ θέλων τρισαύγουστε. ὅλα, ὅλα οἶδα, ἀλλὰ σιωπῶ. Σώζου δίκη, οὐκέτι χρηματίζεις. μεταβαίνω, καὶ τότε ἰουδαΐζω. μᾶλλον δὲ ἑλληνίσαι συμφέρει, ἢ μὴ βενετίσαι, ὁ θεὸς οἶδε. ΒΕΝΕΤ. τὸ μισῶ, οὐ θέλω βλέπειν, καὶ ὁ φθόνος παρενοχλεῖ μοι. ΠΡΑΣ. ἀνασκαφείτω τὰ ὀστέα, τῶν θεωρούντων. καὶ κατῆλθον οὗτοι, καὶ εἴασαν τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ.

iſti alios irritant, & à nemine trucidãtur. Hoc, & qui nolit, intelligit, puto. Fabrum lignarium ad Zeugma quis interfecit, ô Imperator? MAND. Vos illum occidiſtis. PRAS. Filium Epagathi quis interemit, ô Imperator? MAND. Et illũ vos; in cauſam verò Venetos trahitis. PRAS. Hem modò, propitius ſis Deus, vt veritas cõculcatur. Penè nũc velim cum iis diſſerere, qui diuino nutu res humanas gubernari cõtendũt. Vnde hæc infortunia? MAND. Deus intentator malorũ eſt. PRAS. Ita ſanè, Deus malorũ eſt intentator. At quis iniuſtè me opprimit? Age quiſquis es Philoſophus, vel Eremita: cedò vtriuſque diſtinctionem. MAND. Blaſphemi, impij, quando demum quieſcetis? PRAS. Dum tibi Auguſte Maxime ita cordi eſt, vel inuitus quieſco. Omnia, ſingula noui, at obmuteſco. Iuſtitia vale. Nullus iam tibi locus reliquus eſt. Diſcedam hinc, vt nomina Iudæis dem. Omnino præſtat, & Gentilium ritibus initiari; obteſtor Deum, quàm cum Venetis conuenire. VENET. Tantum ſcelus non videam. Veſtri tamen odium me vt id velim ſtimulat. PRAS. Effodiantur illorũ poſt mortem oſſa, qui hoc in ſpectaculo ſubſederint. Sic Praſini abierunt, Cæſare ac Venetis in Circo relictis.

lin.16. *Mihi, & mei ordinis pleriſque.* Nempe primariis viris illuſtribus & ordinis Senatorij; nam & Vrbanam Præfecturam geſſit Procopius, vt in præfatione dixi. Medicum fuiſſe ſomniant Blondus & Sabellicus.

lin.18. *Pernicioſi Dæmones, & funeſtæ hominum peſtes.* Hanc fuiſſe conſuetam hominum ſui ordinis, hoc eſt, Senatorum vocem, affirmat Procopius. Nam ex quodam vſu, & communi conſuetudine, qui Rempublicam atrociùs vexarint Principes, id ipſum olim etiam audierunt. Infrà pag. 84. explicatiùs.

Alij genio huius hominis comiti adſcriberent, pars dictitaret iratum mortalibus Numen, Romanorúmque exoſum Imperium pernicioſis furiis poteſtatem feciſſe tantorum malorum. Et Ioannes Cappadox Præfectus Prætorio omnium ſceleratorum poſtremus, id ipſum à Senatu, populóque Conſtantinopolitano audiuit, vt idem Procopius indicat lib. 1. bell. Perſ. extremo. Syneſius Epiſt. 57. Ἀνδρόνικος δαίμων ἀρήιος ἄπληστος συμφορῶν. *Andronicus Martius Dæmon calamitatum inſatiabilis.* Et rurſus, δαίμοσιν ἑαυτὸν ἄρτι προσένειμε. *Dæmonum ſe numero aggregauit.* Et Epiſt. 78. Οἷς αὖ καὶ ὅστις ὠμότατος δαιμόνων ἠλέησεν, ἐξῃρήσθων τοῦ λόγου Θόας τε καὶ Ἀνδρόνικος. *Quorum vel crudeliſſimus quiſque Dæmonum miſertus eſſet, excipio Thoantem, & Andronicum, qui ſoli Dæmonum implacabiles.* Denique eius gentis, ex qua fuit Procopius, nempe Syrorum Palæſtinorúmque, id proprium eſt, homines notæ improbitatis Dæmoniis comparare. Sicarij 3. Reg. cap 21, Magus Act. 13. *filij Diaboli* vocantur. Imò Chriſtus Dominus ſi quid non ad gratiam loquitur, ſtatim Iudæis, apud Ioannem, *Dæmoniacus* eſt, & appellatur. Chriſtus de Iuda parricida. *Et vnus ex vobis Diabolus eſt.* Ioannis 6. De Theodora ita Theophilus in Vita Iuſtiniani. *Duxit Juſtinianus Theodoram egregiam puellam, licèt reclamante matre Bigleniza, quippe quæ indolem puellæ alioqui ſcitiſſimæ & eruditiſſimæ, ſed leuioris & arrogantioris ingenij aliquando obfuturam fortunæ & pietati filij pertimeſceret, præſertim quia vetula quædam diuinationibus addicta Theodoram futuram Dæmonodoram Romano Imperio, inflexurámque rectitudinem Iuſtiniani ex ſortium augurio conſulenti Biglenizæ prædixerat.*

Pag. 57. l. 6. *Sabbatij coniugis.* Hic fuit Iuſtiniani Imperatoris pater. Arnoldus VVion gradu Aniciano vigeſimo alium ita comminiſcitur: *Anicius Germanus Probus, Anicij Iuſtiniani Probi filius. V. C. nulla alia re clarus memoratur, niſi quod ex .... Anicia ſorore Anicij Juſtini Imperatoris, quæ ei vxor fuit, filios tulerit Vitalianum, Germanum, & Juſtinianum Imperatorem, & filiam Biglentiam. Nomen eius in hiſtoriis quidem non reperitur; addidimus tamen illud nos, tum filij Germani coniectura, tum etiam quod omnino arbitremur illum Germanum eſſe, ad quem extat Hormiſdæ Papæ Epiſtola 54. tom. 1. Ep. Decret. in qua Illuſtriſſimus vocatur, hortatúrque ad defenſionem tam Eccleſiæ quàm aliquot etiam Epiſcoporum. Si quis tamen aliter repererit, contentioni cedo.* Ita ſanè. Nam & Iuſtinianus, eiúſque parens, & auunculus ex albo Aniciorum delendi. Germanus fratruelis Iuſtiniani dicendus, vt ſuprà ad pag. 23. probauimus. Hormiſdæ Epiſtola Germano viro Conſulari reddenda. De Vitaliano ſentiendum, vt ad pag. 30. diximus. Iuſtiniani pater nō Germanus, ſed Sabbatius appellandus. De Biglentia rectiùs quàm Panuinius, qui Iuſtiniani filiam eſſe credit: ἀδελφήν, *ſororem* vocat Procopius lib. 2. bell. Vand. licèt Græcorum more *Biglantiam* dixerit, quam Latinè *Vigilantiam* nominamus; ſic apud Mauritium in Strategicis βίγλα & βιγλίζειν, *vigilia, vigilare.* Corippus de Iuſtino Iuniore;

Mater

Mater conſilij placidis Vigilantia veſtris
Semper ineſt oculis; quamquam omni pectore geſtas
Alma Auguſta tui conſors Sapientia Regni.

Nempe alludit ad nomina *Vigilantiæ* matris, & *Sophiæ* vxoris Iuſtini Iunioris. Quanquam *Vigilantiæ* nomen Latinè inflexum puto ex Illyrico nomine *Bigleniza*, quod Iuſtiniani Imperatoris matris vocabulum fuit. Huius Vigilantiæ maritum facit Arnoldus Dorotheum Conſulem; bene Victor Tunnenſis in Chronico, *Iuſtinus Iunior Vigilantiæ ſororis Iuſtiniani Auguſti filius, patre Dulciſſimo natus.* Sed ne ſingulos errores, quos in Iuſtiniani Imperatoris genealogia texenda commiſerunt Arnoldus, Panuinius, Trithemius, & alij, ſingillatim enumeremus, eam tibi ob oculos in diagrammate ponimus, eò ſane veriorem, auctiorémque quò ex pluribus autoribus, iiſque antiquioribus, nempe eiuſdem ætatis, illam collegimus.

1 N.. = N..
7 Sabatius = 6 Bigleniza
2 Iuſtinus Imp. = 3 Euphemia Aug.
9 Theodora = 8 Iuſtinianus
15 Vigilãtia = 16 Dulciſſ.
29 N.. = N..
4 Eutharicus
11 Ioannes Arabs
10 Theodorus Zirus
5 Athalaricus
12 N.... filia
19 Sophia = 17 Iuſtinus
25 Marcellus
30 N.. = 31 Boraides
33 Iuſtus
13 Anaſtaſius = 14 Ioannina
24 Badurius
32 N... filia
40 Mathaſuenta = 34 Germanus = 35 Paſſara
28 Ioannes = 26 Proiecta = 27 Areobindus
41 Germanus
20 Iuſtus.
21 Arabia = 22 Baduarius
23 Helena
18 Tiberius = Anaſtaſia
36 Iuſtinus
37 Iuſtinianus
38 Iuſtina = 39 Ioannes
Germanus = Charitona
Conſtantina = Mauritius.

1. N. N. Parentes Iuſtini Imperatoris in hiſtoria prorſus obſcuri.

2. 3. *Iuſtinus* Imperator, *Euphemia* Auguſta coniuges. Procopius hîc pag. 29. Victor Tunnenſis in Chron. Theodorus Lector.

4. *Eutharicus* Cillica Amalaſuntæ maritus, filius adoptiuus Iuſtini Imperatoris. Caſſiodorus lib. 8. Var. Epiſt. 1. *Deſiderio quoque concordiæ factus eſt per arma filius, quamuis vobis penè videbatur æquæuus.*

5. *Athalaricus* Rex Gotthorum. *Tunc mihi dediſtis gratiam Nepotis, quando meo parenti adoptionis gaudia præſtitiſtis.* Caſſiod. ibidem. nam ea Epiſtola eſt ad Iuſtinum, vt probauimus ad pag. 28.

6. *Bigleniza* ſoror Iuſtini, mater Iuſtiniani Imperatoris, de qua hîc Procopius

i 2 nomine

nomine dissimulato, Iornandes lib. de success. Marcellinus ad Cons. Mauortij. Nomen *Biglenizæ* Theophilus in vita Iustiniani prodidit.

7. *Sabatius* Iustiniani pater, cuius nomen bis legimus, semel hîc apud Procopium: iterum apud Theophanem, quem paulo antè citauimus. *Istokus* etiam appellatus est ab Illyriensibus. Theophilus in vita Iustiniani.

8. *Iustinianus* Imperator Iustini ex sorore Nepos, & filius adoptiuus; quare in Nouellis patrem sępius eum appellat. *Vprauda* à suis gentilibus dictus est. Idem Theophilus.

9. *Theodora* Iustiniani Imperatoris vxor. Procopius lib. 1. bell. Pers. 1. Vand. 3. Gotth. Euagr. lib. 4. Victor Tunn. in Chron. Perperam Aimoinus lib. 2. de gest. Franc. *Antoniam* vocat.

10. *Theodorus Zirus* Iustiniani filius naturalis, quem extincta Theodora, suscepit; Theophanes Byzantius apud Photium. Vide has Notas ad pag. 20.

11. *Ioannes* Theodoræ filius naturalis ex patre Arabe. Procop. hîc pag. 76.

12. N. filia Iustiniani, & Theodoræ Anonyma. Procop. hîc pag. 20. & 2. bell. Vand.

13. *Anastasius* Iustiniani & Theodoræ ex filia Nepos. Procopius hîc pag. 20.

14. *Ioannina* Belisarij & Antoninæ filia Anastasio desponsa, & cum illo clanculùm à Theodora coniuncta; deinde ab Antonina post obitum Augustæ ab eius amplexu abstracta, Procop. ibidem.

15. *Vigilantia* soror Iustiniani Imperatoris, Iustini secundi mater. Procop. lib. 2. bell. Vand. Victor Tunn. in Chron. fortasse ex Illyrico nomine *Bigleniza*.

16. *Dulcissimus* Vigilantiæ maritus. Victor ibidem.

17. *Iustinus* Iunior Augustus Iustiniani Imperatoris Nepos ex sorore Vigilantia. Victor ibidem. Corippus, Euagr. lib. 5. Ioannes Scholast. Epiphanensis lib. 1. Ioachimus Camerarius malè vertit apud Nicephorum *fratris filium*. Menander Protector lib. 1. Iustinianum Iustini μητράδελφον appellauit, quasi τῆς μητρὸς Iustini ἀδελφόν.

18. *Tiberius* à Iustino est adoptatus. Qui vxorem habuit *Anastasiam*, ex ea duas filias susceperat antequam Cæsar renunciaretur, *Charitonam*, quam Germano in matrimonium collocauit; & *Constantinam*, alij *Constantiam* Mauritio desponsam, qui à Tiberio Cæsar creatus eidem in Imperio successit. Euagr. Theoph. in Chron.

19. *Sophia* Theodoræ Neptis, Iustini Secundi Imperatoris vxor. Victor Tunn. Corippus.

20. *Iustus* Iustini filius ex Sophia, antequam Imperium parentes cepissent, natus ac mortuus. Theoph.

21. & 22. *Arraba* seu *Arabia* filia Iustini Iunioris, & Sophiæ, cuius maritus *Baduarius* Curopalates. Corippus lib. 2. sed nomen quidem ipse reticet; in πατρίοις C P. nos inuenimus

similísque

——————— *ſimiliſque parenti,*
——————— *nomen diſtabat & ætas,*
Non tam egregiæ diſtabat gratia formæ.

Græci tamen hiſtorici Sophiam Imperatricem λωβὴν fuiſſe narrant.

23. *Helena* filia Baduarij & Arrabæ Neptis Iuſtini Imperatoris.in παλατίοις C P.

24. *Badurius*, aliàs Bidurius ſecundus Vigilantiæ filius, Iuſtini Imperatoris frater, & Comes Imperatorij ſtabuli. Theophanes ad annũ Iuſtini octauum.

25. *Marcellum* Iuſtini Imperatoris fratrem vocat Corippus lib.2.

Fratris in obſequium gaudens Marcellus abibat.

26. *Proiecta* Vigilantiæ, & Dulciſſimi filia, Iuſtiniani Imperatoris Neptis. Procopius lib.2.bell.Vand. & 3.bell.Gotth.

27. *Areobindus* Præfectus Prætorio Orientis, & Africæ, primus Proiectæ maritus. Marcellinus P. C. Baſilij 6. Procop.lib.2.bell.Vand.

28. *Ioannes* Pompei filius, Anaſtaſij Imperatoris Pronepos, ſecundus Proiectæ maritus. Procop.lib.3.bell.Gotth.

29. N. N. Iuſtiniani Imperatoris frater, & eius vxor à nullo Hiſtoricorum nominantur, licèt eorum filij paſſim recenſeantur à Procopio & aliis.

30. N. vxor Boraidis Iuſtiniani Imperatoris Nepotis, cuius & filiæ diſſimulatis vocabulis, meminit Procopius lib.3.bell.Gotth.

31. *Boraides* fratris Iuſtiniani Imperatoris filius primus. Procop.ibidem.

32. N. filia Boraidis, Iuſtiniani Neptis, de qua Procopius ibidem.

33. *Iuſtus* fratris Iuſtiniani Imperatoris filius ſecundus. Procop. lib.2. bell.Perſ.

34. *Germanus* fratris Iuſtiniani Imperatoris filius tertius; paſſim de hoc Procopius: Marcellinus, Iornandes de rebus Get. lib. extremo.

35. *Paſſara* vxor Germani prior. Procop. lib.2. bell.Gotth.

36. *Iuſtinus* primus Germani filius ex Paſſara. Procop. ibidem. Marcell. in eius Conſulatu.

37. *Iuſtinianus* ſecundus Germani filius ex Paſſara. Procop. ibidem.

38. *Iuſtina* filia Germani ex Paſſara. Procopius hîc pag.23.

39. *Ioannes* Vitaliani Conſulis Nepos, Iuſtinæ Germani filiæ maritus. Procop. ibidem, & lib.3. bell.Gotth.

40. *Mathaſuenta* Eutharici, & Amalaſuntæ Reginæ filia Vittigis Gotthorum Regis relicta, poſterior Germani vxor. Iornand. lib. de rebus Geticis extremo. Procopius lib.3. bell.Gotth.

41. *Germanus* Germani filius poſthumus ex Mathaſuenta. Iornand.ibidem.

Legimus apud Theophanem in Chron. *Marciani* & *Marcelli* Iuſtiniani Imperatoris Nepotum nomina, quorum hic contra Perſas duxit exercitum, anno Auunculi trigeſimo quinto: ille anno trigeſimo ſexto miſſus eſt in Africam contra Mauritanos, qui neſcio an alius ab eo ſit, quem Theophanes alter Byzantius Iuſtini Imperatoris Patruelem nominat. De *Marciano*

ita Ioannes Epiphanienſis lib. 1. Ἰουστῖνος ἐς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς τεταγμένον, αὐτῷ τε πρὸς γένος συνημμένον τῶν τε πολεμικῶν κινδύνων οὐκ ἄπειρον, καὶ ἄλλως ἀνδρεῖον ὄντα τε καὶ δοκοῦντα. *Iuſtinus in Orientem Marcianum mittit imperatorem, qui inter Patricios & Senatores conſcriptus erat, & ſibi ſanguine propinquus, belli verò periculorum minimè expers, qui & vir ſtrenuus fuit, & eam apud alios opinionem eſt conſequutus.* Hos in diagrammate non poſuimus, quorum incerti parentes ſunt. Legimus præterea in πατρίοις C P. ad portã æneam ſeptem Iuſtiniani συγγενῶν, *conſanguineorum* poſita fuiſſe ſigna, quorum ſilentur nomina. Pſeudogordianus in Epiſtolis quas Theodoræ ac Iuſtiniano falsò adſcribit, *Tertullum* Patricium Romanum Iuſtiniani *Exadelphum*, & Sanctum Placidum *nepotem* mentitur. Sed facile eſt fraudem Autoris detegere. Plures Theodoræ liberos iſte memorat; ſed præter vnam fœminam, nulli eidem fuerant. Sancti Sabæ precibus ne vel vnum quidem, vt infrà dicemus, impetrare potuit marem regni ſucceſſorem. Ea ipſa fœmina præmaturè obiit, atque etiam Theodora vitam amiſit quinquennio antequam Quinta Synodus Conſtantinopoli celebraretur, cuius Patres à Pſeudogordiano illo vitam Theodoræ liberíſque eius precantes inducuntur. Sed infrà plura de illarum Epiſtolarum impoſtura.

lin.39. *Monachum Deo inſigniter gratum.* Zoſimus vir eximius, cuius diuerſa ſanctitatis monumenta exponit Euagrius lib. 4. cap. 7. è Lycia deſtinatus eſt ad Iuſtinianum, vt in Nouell. 5. cap. 2. Sabas homo celebris ſanctimoniæ à Palæſtinis ad eundem eſt allegatus, vt ſcribit Cyrillus Scythopolitanus; item alij. Euthymius, Theodoſius, aliíque ſanctiſſimi Monachi ſub Iuſtiniano floruerunt: nullius tamen fixum nomen expreſſit Procopius.

Pag 59 l.31. *Manſuetiſſimum hominis ingenium.* Cùm in reliquis pertractandis negotiis, tum maximè in diſputationibus, quando temperare calorem ingenij, impetum reprimere, ſibíque imperare perquàm difficile eſt. Ipſe de ſe Iuſtinianus apud Innocentium Maronianum æqualem ſuum. *Cognouiſtis,* inquit, *quantis propoſitionibus rationabilibus, & pacificis cum omni manſuetudine & patientia prolatis à nobis Epiſcopus Philoxenus perſuaſus eſt.* Qua manſuetudine adeò præſtare ſibi ipſe videbatur, vt Epiſcopos inter diſputandum ad eam hortari veritus non ſit; quod idem Maronianus Epiſcopus refert.

Pag.60. l.1. *Sacerdotibus indulgebat.* Non ſolùm aliena occupantibus, vt hîc narrat, & infrà Emeſſenorum Clericorũ exemplo explicat: ſed etiam Conſtantinopolitanis Patriarchis *Oecumenici* nomen per ſummam Romanorum Pontificum iniuriam aucupantibus. Quod cùm primus Ioannes Cappadox auſus fuiſſet, ipſe qui tum Iuſtino Aunculo ſuperſtite Rempublicam adminiſtrabat ęquo animo tulit, deinde Imperium adeptus, ratum gratúmque habuit, ſuíſque legibus perniciosum nomen inſcripſit. Quare Iuriſconſulti

ſulti multis parcant interpretationibus, cùm *Oecumenici* nomen in Iuſtiniani conſtitutionibus offendunt.

lin.5. *Si quando huiuſmodi cauſas cognoſceret.* Eadem licentia cauſas Eccleſiaſticorum Iuſtinianus cognouit, qua iiſdem leges præſcribere auſus eſt; nec ſolùm ciuiles cauſas, ſed etiam religionis & controuerſias de fide ſibi ſumpſit, *gaudebátque*, vt Liberatus ait, *ſe de talibus cauſis iudicium ferre*; adeò vt ab Epiſcopis ſæpenumero ſcriptis, grauiſſimíſque verbis, & aliorum Cæſarum exemplo monitus nihil ceſſerit. Facundus Herminianenſis duodecimum eius operis librum quod de Tribus Capitibus Iuſtiniano nuncupauit, in hoc argumentum inſumit. ex quo libro paucula delibare ad hanc hiſtoriæ partem illuſtrandam operæpretium duximus. *Cognouit Marcianus quibus in cauſis vteretur Principis poteſtate, & in quibus exhiberet obedientiam Chriſto, & ideo ne impius atque ſacrilegus videretur, poſt Sacerdotum ſententiam opinioni ſuæ nihil reliquit.* Et ſtatim. *Ob hoc itaque vir temperans, & ſuo contentus officio Eccleſiaſticorum Canonum executor eſſe voluit, non conditor, non exactor.* Deinde adlatis exemplis Regis Oziæ, Dathan, Abiron, Ozæ, & aliorũ qui ſe ſacris audacter ingeſſerunt: *His autem*, ait, *atque huiuſmodi rationibus & exemplis auguſtæ memoriæ Marcianum commonitum & edoctum fuiſſe credibile eſt, ne Imperij ſibi commiſſi decorem alieni officij vſurpatione fœdaret. Quod ſi etiam minus eius animo quæ memorauimus occurrerunt, modeſtum virum ſua procul dubio ratio temperauit, qua noſſe facilè poterat Chriſti ſolius eſſe regnum cum Sacerdotio ſimul habere, & quæ propria ſunt Sacerdotij Regibus interdixiſſe.* Et infrà profert exemplum Leonis Imperatoris. *Idcirco*, inquit, *piæ memoriæ Leo quietem non conturbauit Eccleſiæ, quia non ſuo arbitrio ac poteſtate præſumpſit doctrinæ Dominicæ decreta ſtatuere, nec quidquam ſolis creditum Sacerdotibus vſurpauit. Neque ſolùm non extorquere, ſed nec præire tentauit ſententiam Sacerdotum.* Et paulo pòſt ita concludit. *Si quis ergo horum periculorum neſcius, cùm videri doctus appetit importunè ac nulla vtilitate ſuadente ſpontaneis quæſtionibus Eccleſiam turbat, hic non diſpenſator familiæ Dominicæ, ſed diſſipator eſt, & myſteriorum Dei diſperſor. Quæ illi Principes eſſe timuerunt, & idcirco non tantùm quia vires eorum ſuperabat tanti negotij magnitudo; verùm etiam quia non acceperant, non ſibi aſſumpſerunt huius diſpenſationis officium.*

lin.11. *Malè parta aliorum bona templis addixit.* Euagr. lib. 4. cap. 29. narratis Iuſtiniani rapinis ſubdit. ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν ὥστε πρᾶξαί τε ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν τὸ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφορεῖεν. *Erat & prodigus ita, vt alia infinita exequeretur opera, ſanè pia, Deóque accepta, ſi modò vel ille, vel alij qui talia moliuntur, de ſuis ipſorum bonis efficienda curarent, ſuáſque actiones vacuas à ſceleris labe, tanquam hoſtias Deo offerrent.*

lin.18. *Illud etiam pugnauit, vt in vnam omnes conuenirent de Chriſto ſententiam.* Etiam in hiſtoria de bell. Gotth. ægrè ferre videtur Procopius eam legationem

tionem qua Hypatius Ephesinus,& Demetrius Philippopolitanus hac ſuper re functi ſunt apud Romanum Pontificem. Has de fide quæſtiones non ſolùm inutiles eſſe,verùm etiam publicæ quieti non parum officere Procopius exiſtimauit. De hac eius abſurda ſententia fusè diſſeruimus, cùm de hiſtoria hac quid ſentiremus, pronunciauimus. Iuſtinianus verò non ideo vituperandus quod pugnauerit, vt in vnam omnes conuenirent de Chriſto ſententiam; ſed quia id vt Antiſtes & Eccleſiæ doctor egiſſe viſus eſt, non vt Imperator;ſicuti manifeſtum erit ex iis quæ infrà ad pag. 83. notabimus, & paulo antè ex Facundo Hermianenſe oſtendimus.

lin.22. *Haud eſſe homicidium ratus, quod in alienæ opinionis populares committeretur.* Hæreticos extremo etiam ſupplicio puniendos perperam hîc negat Procopius,vt ex iis quæ ad pag. 51. notauimus perſpicuum eſt. Fortaſſe de Catholicorum cædibus dicere voluit, qui diſcreparent à Iuſtiniani opinione de incorrupto Chriſti corpore, de Tribus Capitibus, antequam Quinta Synodus celebraretur, vt infrà dicemus ad pag. 115.

Pag.61. l.1. *Tribonianus vereri ſe vehementer affirmabat, ne ob ſingularem pietatem in cœlum improuisò ſurriperetur.* Heſychius Mileſius Procopij æqualis in libello de Viris illuſtribus. Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἔπειθεν αὐτὸν ὡς οὐκ ἀποθνήσκεται, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς ἕλλην τε καὶ ἄθεος. *Tribonianus adulando perſuadere Iuſtiniano Imperatori conabatur, eum non moriturum, ſed in cœlum aſſumptum iri. Erat quippe Tribonianus Gentilis,& Atheus.* Idem refert Suidas:meritò Agapetus Diaconus illud Iuſtiniano ſæpe ſæpius inculcat, vt aſſentatores caueret. Scilicet ingenium hominis longa conſuetudine didicerat Agapetus.

lin.2. *Ob ſingularem pietatem.* Scilicet blandiebatur Cæſari Tribonianus in ea maximè re, qua ipſe ſummopere ſibi Cæſar placebat. Inde omnia conſilia ducere,ad eam omnes à ſe ſancitas leges referre non eſt vbi Iuſtinianus non dicat ac repetat.Suas ad Deum preces pro Hæreticorum conuerſione apud Epiſcopos prædicare non deſinit, vt Innocentius Maroniæ Præſul qui eum coràm audiuit in Epiſtola ad Thematem narrat. *Ingreſſus ſum* (aiebat Iuſtinianus) *in Oratorium glorioſi Michaëlis Archangeli,quod eſt in Cochilo,& rogaui Dominum dicens. Quia ſi in veritate vniri habent nobis,compunge eos velociter conſentire,* &c. *Et cognouiſtis quantis propoſitionibus rationabilibus, & pacificis cum omni manſuetudine & patientia prolatis à nobis vir Reuerendiſſimus Epiſcopus Philoxenus perſuaſus eſt,* &c. Denique in ipſo illo communi Imperatorum nomine, PIVS, licèt adſcititio gloriam pietatis quæſiuit Nouella 78. Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας καθήκει. *Antoninus qui à pietate nomen inuenit, à quo eiuſdem nominis decus ad nos vſque pertingit.* Sed Chriſtiani Imperatores inde à Conſtantino Magno quaſi teſſeram religionis quã colerent, Pij nomen ſibi vindicarunt. A Gentilibus

illa se accepisse fatentur. FLAVIVS. AVGVSTVS. CÆSAR.

lin.3. *In cælum improuisò surriperetur.* Consecrationem & ἀποθέωσιν, suo more, hoc est, Gentilium, significare Tribonianus volebat, huiusmodi raptus in Cœlum etiamnum in Imperatorum nomismatis & in fornice Arcus Titi Romæ videmus, & in suo ludo Senecas deridet. Sic quidem nugator & ἄθεος Tribonianus. Verùm ex Christianis non defuit Ioannes Calcedonij filius Constantinopolitanus Patriarcha, qui (vt Nicephorus ait) abhinc annis quadringentis solemni ritu inter missarum religiones Iustiniani quasi Cœlo recepti memoriam celebrauit. In quo facto Græculi Schismatici leuitatem vides; nam in Ecclesiasticis Romanis tabulis, & in ipsis Græcorum Menologiis nullum Iustiniani nominis vestigium apparet. Si vnquam à quopiam Græcorum inscriptum, & deinde abrasum, & obliterarum est; hoc ipsum temerarium illius Patriarchæ factum explodit. Patres Concilij Trullani in Præfatione suorum canonum τῆς θείας λήξεως Iustinianum dixêre; & Patres Concilij Sexti C P. etiam Theodoram. Sed ea dicendi forma omnium Christianorum Cæsarum memorias prosequi Scriptores solent. etiam Anastasium Imperatorem Hæreticum ita nominatum suprà notaui. Patres Concilij Sexti Constantinopolitani, vt in quibusdam manuscriptis Codicibus est, Iustinianum ἐν ἁγίοις vocant. Sed quid est? etiam Andreas Ephesinus Antistes Actione decima Synodi Chalcedonensis Theodosium Iuniorem ἐν ἁγίοις semel atque iterum nominat, & Autor vitæ Sancti Nili Theodosium Seniorem ἐν ἀγγέλοις, & Concilium Romanum, Gotthorum Regem Theodoricum *Sanctum Principem* dixit; quorum nullus in album Sanctorum relatus est, & Theodoricus Arianus fuit. Quid plura? Imperatores passim SACRATISSIMI, & DIVINISSIMI appellantur; ipsi de se, NOSTRVM NVMEN; eorum diplomata SACRÆ, DIVINÆ LITTERÆ; Aula SACRVM PALATIVM, DOMVS DIVINA; ipsa Imperatorum VESTIGIA SACRA nuncupantur. Orbiculari illo diademate, quod Diis olim Gentilitas, nos sanctis viris tribuimus, redimita Imperatorum capita in eorũ nummis nónne videmus? Ea porrò non meriti, sed Imperialis & Regiæ dignitatis prærogatiua est. Nam sanctissimus martyr Dionysius Alexandrinus, vt autor est Eusebius, etiam Valerianum & Gratianũ gentiles Principes, *Sanctissimos* nuncupauit. Idque omnino est obseruandũ apud Ecclesiasticos Scriptores eas dicendi formas, ὁ ἐν ἁγίοις, ὁ ἐν ὁσίοις, ὁ ἐν ἀγγέλοις, honoris tãtùm gratiâ nonnunquam vsurpari. Quare nimis cautus est Interpres Octauæ Synodi C P. qui PIVM, SACRVM Imperatorem quàm Sanctũ dicere mauult. Anastasius antiquus Interpres bene retinuit SANCTVM, & Adrianus Pontifex Ambrosij testimonio ad Gratianum eam vocem tributam Imperatoribus fuisse demonstrat in resp. ad Carolum Magnum pro Concilio Niceno Secundo.

lin. 31. *A quibus nullus eum cohibere vnquam potuit.* Scilicet Romani Pontifices, qui tum sæpe Byzantium appulerunt, Ioannes, Agapetus, Syluerius, Vigilius, Pelagius Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, aliíque Orientis Episcopi diuino zelo succensi: de his non dubito; nam Agapeti Diaconi Constantinopolitani etiamnum libellus extat, censor Iustiniani morum ac vitæ.

Pag. 62. l. 8. *Hoc Romanorum Principe nulla firma de Deo fuit sententia, vel fides.* Id Ecclesiasticæ illius temporis historiæ loquuntur. Nam tum vel priores hæreses inualuerunt, vt *Manichæorum, Sabbatianorum, Monophysitarum*, & aliorum. Vel aliæ tum primùm extiterunt, *Monothelitarum, Seuerianorum, Theodosianorum, Gaianitarum, Agnoëtarum, Theopaschitarum, Aphthartodocitarum.* Victor Tunn. *Theodosius Sugas* (lego *Sycas*) *relegatus totum penè Palatium, & maximam regiæ vrbis partem sua perfidia maculauit. Quæ occasio cunctis penè hæresibus licentiam tribuit, ita vt non solùm Theodosianitæ, sed & Gaianitæ Monasteria atque Oratoria apud vrbem regiam construxissent.* Sed præstat de vno Iustiniano hîc dicere. Sensit ille cum Eutychianis, antequam Byzantium veniret Agapetus Pontifex; à quo post diuturnas altercationes, recta est imbutus sententia. Anastasius in Agapeto, Paulus Diaconus in Iustiniano. Theodoram coniugem multarum licèt hæresum labe contaminatam, vt ad pag. 121. dicemus, & à summis Pontificibus semel atque iterum religionis ream ob id pronunciatam, nunquam Iustinianus coërcuit. Euagr. lib. 4. Ipse denique in Aphthartodocitarum impietatem lapsus, Eutychio Præsule Constantinopolitano à quo redarguebatur in exilium pulso, conscriptóque Edicto pro eadem hæresi statuenda, moritur. Euagr. lib. 4. Victor Tunn. Eustathius Presbyter in Vita Sancti Eutychij, qui Iustiniani æquales fuerunt; præterea Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, & alij.

lin. 8. *Nullum stabile ius.* Quamobrem tot videmus ANTINOMIAS in Iustiniani Constitutionibus.

lin. 34. *Cibus, potúsque illi nunquam ad satietatem.* Idem habet libro 1. de Ædif. οὐ μὲν τι οὐδὲ τούτοις κατακορὴς γέγονε πώποτε, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα διαῖτα αἱρεῖτο, ἀπογευσάμενος τούτων δὴ τῶν αὐτοῦ ἐδωδίμων, εἶτα μεθίει, οὔπω ἐδηδοκὼς τὰ αὐτάρκη. *Neque is vnquam ad satietatem se expleuit; sed cùm cibum sumeret, delibata tantùm fercula statim omittebat, nondum cibariis pro necessitate comestis.*

Pag. 63. l. 1. *Sæpe vnum atque alterum diem, noctémque cibo abstinuit.* Narrat idem fusiùs ibidem, eámque fuisse morbi causam asserit, de quo nos egimus ad pag. 43.

lin. 5. *Horam somno indulgens.* Ibidem hoc etiã tangit Procopius, πόῤῥω γὰρ τῆς νυκτὸς εἰς κοίτην ἰὼν ἐξανίστατο αὐτίκα μάλα, ὥσπερ χαλεπῶς ἔχων τοῖς στρώμασι. *Post multam noctem cubitum iuit, paulóque pòst surrexit, quasi cubili indignatus.* Hæc de vigiliis, atque ieiuniis ibi Procopius fusè atque luculenter,

quod

quod Iustiniano gratum id futurum non dubitaret, cùm id ipse sæpius, & ambitiosè repetat; Nouell.8. *Omnes nobis dies, ac noctes contingit cum omni vigilantia & cogitatione degere, &c. Et non in vano vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes, & noctibus sub æqualitate dierum vtentes.* Et Nouella 30. *Neque quicquam detrectamus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigiliis simul & inediis, cæterísque laboribus iugiter pro subditis nostris vltrà quàm naturæ modus patitur, vtentes.* Nescio quis illius ætatis Poëta ἀκοίμητον βασιλέα, *Imperatorem insomnem* Iustinianum dixit, vt est in epigrammate, quod suprà ad pag.47. dedimus.

lin.21. *Nulla rebus agendis erat opportunitas, nullum vestigium antiquitatis.* Ex his illud etiam est, quod statim subdit, *exinde iam turba frequens compleuit tribunal postulatura quæstionem, sed apud quos Iudices institueret, non habuit.* Hæc in Theatro magnis clamoribus Iustiniano plebs improperabat. Est apud Theophanem, quem suprà laudauimus ad pag.56. λόγον ἔχοντες αὐτοκράτορ ὀνομάζομεν ἄρτι πάντα. ποῦ ἐστιν; ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν, οὐδὲ τὸ παλάτιον, τελσαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις. *Quæstionem, Imperator, habemus; ideóque omnia hîc loquimur: quandoquidem, Auguste Maxime, neque Curiæ, neque Reipublicæ dignitatem vllam superesse videmus.*


lin.25. *Nihil quod Imperatoriam deceret Maiestatem vel habuit, vel curauit.* De hoc argumento complura hîc enumerat Procopius; sed longè plura in reliqua historia, quam eidem Iustiniano legendã tradidit; ex multis vnum recitasse sit satis ex lib.2. bell. Pers. τοῦτον μέντοι τὸν Ἰσδιγούναν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς μάλιστα πρέσβεων ἁπάντων, ὧν ἴσμεν, ξύν τε πολλῇ φιλοφροσύνῃ εἶδε, καὶ διὰ τιμῆς ἱκανῶς ἤγαγεν, ὥστε καὶ ἡνίκα δὴ αὐτὸν ἑστιώη Βραδουκίωνα, ὅσπερ αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἵπετο, ξὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα οὔποτε γεγονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. ἑρμηνέα γὰρ οὐδὲ τῷ τινι καταδεεστέρων ἀρχόντων, μήτι γε δὴ βασιλεῖ ὁμοτράπεζον γεγονότα οὐδείς ποτε εἶδεν. ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ κατὰ πρεσβευτὴν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐδέξατό τε, καὶ ἀπεπέμψατο, καίπερ ἐπ᾽ οὐδενὶ ἔργῳ τὴν πρεσβείαν (ὥσπερ μοι εἴρηται) πεποιημένον. *Chosroæ legatum Isdigunen ea humanitate & honore Iustinianus, quo nullum antehac legatum excepit; cùm enim ille secum epulabatur, Braducionem eius assectatorem, ac interpretem, in mensa apud se decumbere voluit; quod nunquam ex omni anteacti temporis memoria vsurpatum fuit. Nam interpretem, cum vel infimi ordinis Magistratu, nedum cum Imperatore, ad mensam considere, nemo est qui viderit. Quin & Isdigunen ipsum longè honorificentiùs, quàm pro legati conditione, excepit, ac remisit; licèt nullam, vt dixi, rem eius legatio contineret.* Hæc minus accuratè, vt sæpè alia, interpretatus est Raphaël Volaterranus. Cæterùm Chosroës Braducionem interpretem, post reditum, egit in crucem, iure suspectam habens immodicam, & effusam in eum Iustiniani beneuolentiam. Procop. lib.8. hist.

lin.26. *Ad Barbarorum morem se citiùs comparauit sermone, habitu, ingenio.* Fortasse sermonem, habitúmque patrium indicat, hoc est, Illyricum; nam passim Procopius eam gentem Barbaram vocat, & hic pag. 94. Romanus sermo in Rescriptis, & mandatis Principis aliquandiu perdurauit, in priuatis verò collocutionibus apud Orientis Imperatores longè ante Iustinianum desueta res erat. In publicis conuentibus Latinè & Græcè iidem orabant; vt Marcianus in Concilio Chalchedonensi: Constantinus Magnus in Nicena Synodo post Romanam orationem, licèt Græcam linguam calleret, Græco tamē est vsus interprete, vt autor est Eusebius lib.3.de Vit.Constant. cap.13. Qua itidem ratione Rescripta, legésque nonnunquam vtraque lingua proponebantur. Rei causam reddit Iustinianus Nouella 66. Græcè quidem διὰ τὸ τῷ πλήθει κατάλληλον, Latinè verò διὰ τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας. In publicis inscriptionibus, præsertim Ecclesiasticis, passim Iustinianus Græcam linguam admiserat. In nummis integrum seruauit locum Romanis vocibus; ex quibus primi Mauritius, & Heraclius eas cœperunt expungere. Quod ait de corporis habitu, curiosam in primis rem breuitate occultauit potiùs, quàm explicauit Procopius; nam ex antiquis Iustiniani nummis nonnisi Imperialem eius ætatis cultum obseruare est. En tibi Iustinum ipso penè Iustiniani ornatu ac supellectile vestitum apud Corippum lib. 2.

Egreditur, tunicáque pius inducitur artus,
Aurea se veste tegens.————
Purpureo suræ resonant fulgente cothurno,
Cruráqut puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.
Augustis solis hoc cultu competit vti,
Sub quorum pedibus Regum est cruor.——
Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro
Balteus effulgens lumbos præcinxit heriles,
Substrictóque sinu vestis diuina pependit
Poplite fusa tenus, pretióso candida limbo.
Cæsareos humeros ardenti murice texit
Circumfusa chlamys, rutilo quæ ornata metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra,
Aurea iuncturas morsu præstrinxit adunco
Fibula, & à summis gemmæ nituêre catenis,
Gemmæ quas Getici felix victoria belli
Præbuit, atque fauens dominis Rauenna reuexit,
Quásque à Vandalica Belisarius attulit aula,
Signa triumphorum pie Iustiniane tuorum.

Verùm

Verùm in Iustiniani veste nescio quid peculiare fuisse indicare Procopius videtur, quod vel à Barbaris mutuatus sit, vel excogitarit ipse Iustinianus. Certè Ι'ουςινιανεῖον, *Iustinianeum*, Diadematis quoddam genus dictum fuisse Georgius Codinus est autor. Quod eius Interpres *Doctorale* fuisse *capitium* diuinat, vt sæpè in eo libello diuinare solet. Cedò in veste Imperatoria huiuscemodi capitij formam & vsum. Iacobus Gretserus vir doctus inuenisse se putat, profértque æneum nomisma Iustiniani huic aureo nummo persimile, quem princeps vtriusque linguæ Cardinalis Barberinus ex musæo suo aureis, argenteísque nomismatis refertissimo mihi dedit; cristatámque illam, quam vides galeam,



IVSTINIANEAM dictam Gretserus existimat. Verùm ante Iustinianũ Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius, & Iustinus eandem πλερωτλὼ, *cristam* in galea gestarunt, vt in eorum nomismatis apparet; atque illa est quam τεϛπαυχίαν vocatam idem Codinus affirmat. Deinde illud Iustinianeum diadema non bellicum aut castrense fuit, sed ciuicum, & quo in sacris, & in Ecclesiis vtebatur. Quare eius formã hanc fuisse nõ dubito, quam nemo ante Iustinianum vsurpasse videtur, & in sacris & dum in Ecclesiis munera Antistiti offerebat, eum gestasse hæc ex musiuo tabula Rauẽnæ testatur.





Num *habitus corporis* indicat capillitium à fronte detonsum? Venetorum,

quibus fauebat Iustinianus, is erat habitus, vt suprà docuit Procopius. Quare Cedrenus, τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψαλλισμένην, *capite ad comæ pulchritudinem nonnihil detonso*; nam lego ἐψαλλισμένην, non vt habent impressi libri, ἐψιλωμένην: nemo enim est, qui Iustiniani caluitium in antiquis nummis viderit, vt ad pag.37. dixi.

lin.28. *Quæ sibi rescripto respondenda forent, hæc non vti mos est, Quæstori committebat.* Hinc liquet munus fuisse Quæstoris edendarum legum formas componere, & pleraque in Senatu ore tenus pronunciare. Cassiod. Var. lib. 6. Epist. *Quæsturam toto corde recipimus, quam nostræ linguæ vocem esse censemus.* Spartian. in Adriano; *Quæsturam gessit, in qua orationem Imperatoris in Senatu agrestiùs pronuncians risus est.* Hinc etiam liquet, complures Nouellarum Iustiniani, quas habemus, ab eo conscriptas esse. Certè illam, quam, instante Saba Palæstinorum legato, contra Samaritas tulit, cuius in 129. mentio est, cum Triboniano in aula nuncupata Magnaura Iustinianus sub horam diei tertiam condebat, vt Cyrillus Scythopolitanus prodit. De numero & editione Iustiniani Nouellarum hoc Iurisconsulti scholium in calce τοῦ ἑξήκοντα βίβλου τῶν βασιλικῶν legi. Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτὼ νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα μία ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους τίτλους τῶν ἑξήκοντα βασιλικῶν βιβλίων. αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἤγουν. α. β. ϛ. ζ. θ. ια. μ. μϛ. ν. νδ. νε. νϛ. νη. ξη. οδ. οε. οϛ. οθ. πγ. πδ. ϟη. ρϛ. ρκζ. ρκθ. ρλζ. ρμ. μα. Hunc numerum si cum editis Nouellis conferas, multo plures Iustinianum scripsisse inuenies. Argumento sint eæ, quas eruditi Iurisconsulti nuper offenderunt, quásque nos partim integras legimus in Codice Vaticano manuscripto, ex quo Rescriptum illud ad omnes Episcopos de Scenicarũ nuptiis decerpsimus, quod suprà cum Iustini Constitutione collatum primi vulgauimus. Quod verò non omnino compta Iustiniani esset oratio, sed barbarè sonaret, id aliquando deprehendere est in Nouellis, quamquam eruditæ alioqui sint, nihílque magis te in illis offendat, quàm verbosa sententia, & sanè Asiaticum dicendi genus.

lin. 33. *Turba frequens compleuit tribunal.* Nam Iustinianus sibi plerumque sumebat munus non solùm Quæstoris, vt dixit, sed etiam Iudicum, atque pro tribunali sedebat, audiebátque litigantes, & sententias ferebat. Hoc ipse disertè narrat Nouella 88. *Litem nuper audientibus nobis (id quod publicè in Regia rarò non facimus) orta est controuersia*, &c. Vide etiam Nouella 92. initio, & 73.

Pag.64. l.24. *Ea, de quibus consulendum esset, Imperator ac Theodora sibi sumerent.* Argumento sit octaua Constitutio, quæ licèt de re grauissima sit, non sententiam Senatus, sed vnius Theodoræ rogasse se Iustinianus affirmat. *Hæc omnia apud nos cogitantes, & hîc quoque participem consilij sumentes eam, quæ à Deo*

data est nobis piissimam coniugem. Lege quæ ſuprà notauimus ad pag.47.

Pag.65. l.4. *Referendariis vix erat locus opportunus ſupplicum libellos Cæſari miniſtrandi.* Quale fuerit Referendariorum munus explicat. En tibi vnum ex Iuſtiniani Referendariis ob oculos ponimus ſuum munus exequentem in Synodo Quinta Conſtant. act.1. *Theodorus circunſpectus Tribunus, Notarius, & Referendarius Piiſſimi D. N. dixit. Præſentes Venerabiliſſimi Monachi ſupplicationes porrexerunt Diuiniſſimo, ac Sereniſſimo, & Victorioſiſſimo Imperatori noſtro, & ipſas ſanciri Imperium ſuum dignè iudicauit, & me accipere ac portare ad veſtram Sanctitatem, doceréque Venerabiles Monachos, vt cùm vos edocti eritis, quæ ab ipſis facta ſunt, canonicè formetis ea, quæ veſtræ Beatitudini videntur bene habere. Has itaque cùm ad manus habeam, veſtræ Beatitudini porrigo ad legendum.* De Referendariorum numero ac dignitate vide Nouellam 10.

lin.17. *In Regia Curia conuentis Iudicibus.* Nam in porticibus Imperatoriæ domus erat Præfectorum Prætorium, Quæſtorum tribunal, Iudicum ſubſellia, Referendariorum ſedes, Tabellionum archiua. Vide Procopium lib.1. Ædif. extremo, & Agathiam lib.3. initio. Quare Palatij ſeu Curiæ nomine Iudicia, Tribunalia, Cauſæque forenſes notantur. Sic in Theatro plebs inclamabat Iuſtiniano, τὸ παλάτιον ποῦ ἐστιν οὐκ οἴδαμεν. *Palatium, ſeu Curia, vbi ſit neſcimus.* Hoc eſt, nulla ſupereſt Iudiciorum forma.

lin.22. *Erat Reſpublica quaſi laſciuientium puerorum Regina.* Hæc ſententia, & conſimiles huic aliæ fortaſſe dictæ ὑπερβολικῶς videantur, & oratoriè potiùs, quàm ad hiſtoriæ, ac veritatis modum expreſſæ. Sed æqui rerum æſtimatores, vti grauiora, quæ in hoc libello legunt, aliorum Hiſtoricorum teſtimoniis comprobata vident; ita & leuiora illa viderent, quæ ob ſepultam tenebris antiquitatis hiſtoriam, inuenire teſtimonium idem non potuerunt. At verò vt has ipſas ſententias, quæ veritatem excedere videntur, ab ea minimè abhorrere lector intelligat; illud, velim, legat hiſtoriæ fragmentum, quod ex Theophane ad pag. 56. produximus; in eo ſanè velut in tabula adumbratam contempletur Rempublicam Romanam, quaſi laſciuientium puerorum Reginam fuiſſe Iuſtiniani temporibus.

lin.27. *Leo quidam genere Cilix.* Hic erat Imperatoris Referendarius, vt habes infrà pag.129.

Pag.70. l.23. *In maritima ſuburbana, præſertim in Heræum ſecedebat.* Præcipua deliciarum loca ſub vrbe Byzantio hæc Imperatoribus fuerunt; Ἕβδομον, *Septimum:* non ſeptima Byzantij regio, vt opinatur Heribertus Roſueydus in not. ad vit. Pat. ſed ſuburbanum ſeptimo ab vrbe lapide diſtans. Ita Socrates, & Sozomenus, Idatius in Faſtis, *Valens Auguſtus Conſtantinopoli in miliario ſeptimo leuatus eſt;* & infrà. *His Conſulibus leuatus eſt Arcadius Auguſtus Conſtantinopoli in miliario ſeptimo.* Pleraque alia loca ſunt, quæ ex menſura certæ ab vrbibus diſtantiæ nomẽ acceperunt. Id explicat Procopius in conſimili

nomine

nomine lib.4. Ædif. φρούριον δὲ ἄλλο διαφερόντως ἐχυρὸν ἀνέστησε Σιγγιδόνος ὀκτὼ σημείοις διέχον, ὅπερ Ὀκτάβον λόγῳ τῷ εἰκότι καλοῦσι. *Præsidium aliud apprimè munitissimum excitauit, quod ab vrbe Singidone octo fermè milliaribus distat; quare Octauum apposité vocatur.* Ad rem modò. Βρυιά, de quo Constantinus Porphyr. de Adm. Imper. cap. 51. Πηγαὶ, *fontes*, quem locum primus exornauit Iustinianus; describit Procopius l.1. Ædif. Ηρία, *sepulcra*, de quibus statim. Ob aëris salubritatem, Heraclius, vt ait Suidas, πειθόμενος ἀποθανεῖν ἐν τοῖς εἰς τὰ ἠρία παλατίοις διέτριβε: *instare sibi mortem audiens in Erianis palatiis se continuit.* Sæpè Chalcedonem Iustinianus & Theodora animi causâ secesserunt, vt ex Rescriptis, primis Imperij annis indidem datis, colligere est. Longiùs verò ab vrbe Regia semel Theodora digressa est ad Thermas Pythias. Theophanes, Τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδώρα ἡ εὐσεβεστάτη αὐγοῦστα ἐξῆλθεν εἰς τὰ θερμὰ τῶν πυθίων θερμῆσαι, καὶ συνεξῆλθεν αὐτῇ ὅ, τε πατρίκιος Μηνᾶς ὁ ἔπαρχος, καὶ ὁ πατρίκιος ἠλίας ὁ κόμης τῶν λαργιτιώνων, καὶ ἄλλοι πατρίκιοι, καὶ Κουβικουλάριοι, καὶ Σατράπαι χιλιάδες τέσσαρες, καὶ πολλὰ ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ πτωχείοις, καὶ μοναστηρίοις. *Hoc anno, nempe Iustiniani sexto, Theodora piissima Augusta egressa est ad Thermas Pythiorum calefaciendi se causâ; quam comitati sunt Menas Patricius & Præfectus Prætorio, Elias Patricius & Comes largitionum, aliique Patricij, Cubicularij, & Satrapæ; in comitatu verò fuerunt ferè quatuor millia hominum, multáque dona largita est Ecclesiis, Ptochiis, & Monasteriis*, scilicet recuperandæ sanitatis ergo.

lin. 24. *Præsertim in Heræum secedebat.* Procopius vti maluit prisco eius loci nomine Ἡραῖον, *Heræum*, in quo Ἥρας, id est, *Iunonis* phanum olim fuerat. Nam alij, vt Suidas, & Cedrenus ἠρία, hoc est, *sepulcra*, quod, vt in πατρίοις C P. legimus, τὸ πάλαι ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται. *Olim ibi ciuium monumenta forent.* Alij ἱερεῖον, & ἱέρεια. Quare Maximus Planudes, vel quisquis εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἱερείας, *in ingressum Hieriæ* titulum fecit epigrammati, quod Iustinianus inscripserat Regiis ædibus in Heræo à se constructis.

Εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἱερείας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον
Ὕδασι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

Ioannes Brodæus lib. 4. Anthologiæ ad hoc epigramma ἱέρειαν dictam falsò credidit Ædem D. M. Virg. à Iustiniano constitutam. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in Hist. ηὐλίζετο ἐν τῷ παλατίῳ τῷ καλουμένῳ τῆς ἱερείας, *in Palatio quod Hieriæ dicitur mansit.* Sozomenus lib. 7. cap. 5. Demophilum Episcopum Arianum à Theodosio Vrbe expulsum ad ἱέρειαν cum suis secessisse narrat. Hunc locum, in quo sine interpellatoribus Iustinianus ac Theodora se oblectarent, tot instruxerũt deliciis, vt Poëtis etiam illius celebrandi causam dederint. Extant etiamnum Pauli Silentiarij, & Agathiæ Scholastici nobilium eius ætatis Poëtarũ epigrammata 4. Anthol.

lib.

lib. quamquam Philologos, de quo potissimùm suburbano in iis mentio sit, adhuc ignorare sciam: sed videant vnam illorum esse sententiam, & inscripti foribus distichi, de quo modò dicebam. His multam lucem affert locus Procopij libri primi Ædif. extremi.

PAVLI SILENTIARII.

Πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἕδραν ἄπλωτα δὲ χέρσου
Νῶτα θαλασσαίοις ἄλσεσι τηλεθάει.
Ὡς σοφὸς ὅστις ἔμιξε βυθὸν χθονί, φυκία κήποις,
Νηϊάδων προχοαῖς χεύματα νηρεΐδων.

EIVSDEM.

Ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος
Νύμφαι νηϊάδες, νηρεΐδες, ἀδρυάδες.
Ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη χάρις. οὐδὲ δικάζειν
Οἶδε, ἐπεὶ ξυνὴν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Εἶξον ἐμοὶ Δάφνης ἱερὸν κλέτας ἔκτοθι πόντου
Κείμενον, ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνας.
Ἐνθάδε γὰρ νύμφαι δενδρείτιδες, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ
Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην.
Ἀμφ' ἐμὲ γὰρ μάρναντο, δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
Καί με παρ' ἀμφοτέρας μέσσον ἔθηκεν ὅρον.

lin. 30. *Jrrumpentis Ceti periculis.* *Porphyrionem*, Cete illud, appellarunt Constantinopolitani; quod ex interuallo, annos fermè quinquaginta, ad vtrumque Bospori sinum, magnas nautis, atque ciuibus clades intuli[t]. Vide quæ fusè de illo narrat Procopius lib. 3. bell. Gotth.

Pag. 71. l. 15. *Veræ tunc locus narrationi non fuit.* Nimirum adhuc Theodora supererat, cùm historiam de bello Gotthico Procopius lucubrabat, vt in præfatione Lectorem monuimus.

lin. 23. *Theod[a]tum rationibus mihi quidem obscuris in Amalasunthæ cædem impell[i]t.* De hac cæde audire penè mihi videor submussitantem cum Theodora Theodatum, in ep. 20. lib. 10. Var. Cassiod. *De illa persona, de qua ad nos aliquid verbo titillante peruenit; hoc ordinatum esse cognoscite, quod vestris credidimus animis co[n]uenire. Desiderium enim nostrum tale est, vt interueniente gratia non minus in Regno nostro, quàm in vestro iubeatis Impe[r]io.* De quo tamen nihil statuo.

lin. 25. *Exinde Petrus ad Magistri dignitatem euehitur.* Ad quem extant duæ Iustiniani Nouellæ 123. 137. hoc titulo. *Petro Gloriosissimo Magistro diuinorum*

Officiorum

Officiorum. Venit cum aliis Imperij Primatibus Vigilium Papam ad Synodum Constantinopolitanam euocaturus, vt est ibidem Collat.2. Alius est Petrus Præfectus Prætorio, de quo infrà. Hic erat Illyriensis patria Thessalonica, ex Aduocatis ordinariis vrbis Constantinopoleos, homo singulari prudentia & mansuetudine, & ad persuadendum comparatus, vt Procopius ait lib.1. bell. Gotth. & Cassiod. lib.10. Var. epist.19. *Vir eloquentissimus Petrus Legatus Serenitatis vestræ, & doctrina summus, & conscientiæ claritate præcipuus.* Vide epist.22. eiusdem libri 23. sed profundâ auaritiâ. Post reditum ex Italica legatione ad Theodatum, Magister Officiorum creatur: tandem in Persidem legatus ad Chosroëm mittitur. Scripsit historiam & de Republica, vide plura apud Suidam verbo πέτρος, & verbo ἐμβελθής. eius historiam non vidi, sed quædam fragmenta legi in Bibliotheca Vaticana in Eclogis de Legationibus. Iterum eius mentio est infrà pag.107. Huius filius Theodorus anno Iustiniani trigesimo quarto perduellionis insimulatus est. Quod illi manus altera esset breuior, Κονδοχέρην appellarunt.

lin.28. *Erat Iustiniano ab Epistolis Priscus.* Idem de Prisco ita refert Theophanes, sed ex alio autore, quemadmodum tute Lector intelliges; quare non frustra dolemus tot veterum autorum iacturam, qui eadem, quæ Procopius de Iustiniano ac Theodora narrarunt. Τούτῳ τῷ ἔτει πρίσκος ὕπατος ἀπὸ νοταρίων τοῦ βασιλέως ἀγανακτηθεὶς ὑπὸ θεοδώρας τῆς βασιλίσσης ἐδημεύθη, καὶ διάκονος Κυζίκου ἐχειροτονήθη κελεύσαντος τοῦ βασιλέως. *Hoc anno,* nempe Iustiniani septimo, *Priscus Consul, & olim Notarius Imperatoris, qui in se Theodoræ indignationem conuerterat, publicatis fortunis, Diaconus Cyzicenus initiatus est, iubente Cæsare.*

Pag.72. l.5. *Detondet, inuitúmque adigit ad sacerdotium.* Mos fuit Orientalium Imperatorum minimè commendandus, vt quibus viam ad dignitates præcludere vellent, eos vel inuitos sacris initiandos curarent. Ioannes Cappadox hac eadem arte à Theodora circumuentus, à sacris faciendis abstinuit, ne ad Imperium quod sibi vanè pollicebatur, impedimento id foret. Primus, quorum mihi modò venit in mentem, hoc egit Theodosius iunior, qui Cyrum Prætorio Præfectum, ob eam populi vocem, Κῦρος καὶ εἰς ἄλλο νικήσει. *Alia te manet Cyre victoria;* quam in tyrannidem Theodosius interpretatus est, Smyrnæ fecit Episcopum: posteriorum deinde Græcorum Cæsarum nullus ferè est, qui in rebelles amicos, vel consanguineos absurdam hanc rem non commiserit.

Pag.74. l.17. *Neruo bouino à fronte ad aures circumacto.* Hoc genus crudelitatis & in Bassum Patricium exercuisse Theodoram, in πατρίοις C P. olim legimus. Τὰ δὲ βάσσου ἀνήγειρε βάσσος πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ. εἰς ἔχθραν δὲ ἐλθούσης μετὰ τοῦ βάσσου Θεοδώρας τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως, ἔσφιγξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ κόρδας καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἔξω ἐπήδησαν.

δήσαν. *Ecclesiam, quæ ad Bassum appellatur, ædificauit sub Iustiniano Bassus Patricius: in quem Theodora Imperatoris uxor indignata, eidem caput chorda iussit astringi, quamobrem oculi eius exilierunt.* Is fortasse Bassus est, qui prætorianam gessit Præfecturam, vt infrà pag. 92. narrat Procopius. Eodem supplicio & Carpianum Patricium affecit, vt Autor explicat in πατρίοις C P. vberioribus. Cod. Vat. 162. Simile genus carnificinæ Anthemio interminata est Theodora; *Per viuentem in sæcula excoriari te faciam, nisi vinctum Vigilium Pontificem Constantinopolim perduxeris.* Anastas. in Vigilio.

lin. 28. *Duo factiosi Cilices.* Euagr. lib. 4. cap. 31. idem narrat, edicítque nomina duorum Venetorum, quos hîc Procopius omisit; vt hinc Hubertus Giphanius intelligat, non ex hac historia Euagrium accepisse, quæ de Iustiniani flagitiis memoriæ prodidit. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλίκων ἡγούμενος δύο ἀδελφόνε Κίλικε παῦλον καὶ φαυστῖνον ἐπελθόντε τε καὶ διαχρήσασθαι βουλομένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν ἀνεσκολοπίσθη, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων ταύτην λαβών. *Callinicus porrò Præfectus Ciliciæ, cùm duo Cilices Paulus & Faustinus, homicida vterque, in eum impetum facerent, occideréque in animo haberent, quoniam pœna ex legibus constituta eos mulctauit, in crucem actus est; hoc quoque supplicio pro recta conscientia, & legum obseruatione affectus.*

Pag. 75 l. 12. *Retrusitque in monasterium.* Nomen fecit Monasterio, μετάνοια, *Pœnitentia*; in quo fœminæ degerent, quas anteactæ vitæ pœnituisset. Fusè hoc prosequitur lib. 1. Ædif. laudátque Iustiniani ac Theodoræ pietatem: hic tamen vituperat violentiam illatam mulierculis minus ad meliorem frugem paratis.

Pag. 76. l. 8. *Vt paulo pòst edisseram.* Vbinam? Infrà enim licèt nonnullos Magistratus subiectis exosos enumeret; de illarum tamen fœminarum maritis nihil apertè. Ex quo & furtim conscriptam, & non omnino absolutam hanc historiam intelligas.

Pag. 77. l. 9. *Hac tempestate omnium ferè mulierum mores corrupti.* Ità vt soror Sophiæ Augustæ Iustini vxoris, & Theodoræ neptis adulterij manifesta publicè facta sit. Nam vt in πατρίοις C P. obseruauimus, erat Byzantij inde à Constantini temporibus Veneris statua; ad quam παρθένοι ἐν ὑποψίᾳ οὖσαι ὅτε ἐπλησίαζον, εἰ μὲν ἄμεμπτοι, διήρχοντο ἀβλαβεῖς, τῶν δὲ διεφθαρμένων ἀθρόα ἐσηκοῦντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐδείκνυον τὸ αἰδοῖον. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἔχουσαι ἄνδρας ἐὰν λαθραίως ἐμοιχεύοντο τοῦτο ἐγίνετο. ἐκεῖναι γὰρ εὐθὺς ὡμολόγουν. ἡ δὲ γυναικαδελφὴ Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν συνέτριψε τὴν στήλην διὰ τὸ καὶ αὐτῆς φανῆναι τὸ αἰδοῖον μοιχευθείσης ἐκεῖθεν διερχομένης ἐφ' ἵππῳ ἐν τῷ λούσματι τῶν βλαχερνῶν: *Virgines vitij suspectæ cùm accederent, siquidem illibatæ essent, securè discedebant, at verò corruptarum statim vestis reducebatur patefactis pudendis. Nuptis etiam fœminis, quæ*

clandeſtinis adulteriis ſe fœdaſſent, idem planè accidit, ipſæque ſtatim rem faſſæ ſunt. Cæterùm ſoror vxoris Iuſtini, qui poſt curam Palatij Imperium cepit, eam Veneris ſtatuam comminui iuſſit: quod & eius, poſt adulterium, pudenda detecta ſint, cùm inde præteriret, & equo vecta, ad Balneas Blachernianas proficiſceretur. Sic etiam adulteras vitiatáſque virgines deprehenſas Iuſtiniani tempore Canis indicio, quem ex Italia Andreas quidam per Prouincias circunduceret, narrant Theophanes, Anaſtaſius, Cedrenus, Hiſtoria Miſcella, & Paulus Diac.

lin. 13. *Adita ſtatim Imperatrice.* Cuius fauorem certò ſibi pollicerentur: nam vt eſt lib. 3. bell. Gott. ἡ βασιλὶς ἐπεφύκει ἀεὶ δυστυχούσαις γυναιξὶ βοηθεῖν. *Imperatrix quodam naturæ inſtinctu comparata erat ad ſuſcipiendum afflictarum mulierum patrocinium.*

lin. 32. *Ipſa Magiſtratus & Sacerdotes crearet.* De Magiſtratibus à Theodora conſtitutis, infrà Procopius. De Sacerdotibus: plenæ ſunt hiſtoriæ. Primarias Eccleſiás tantùm nomino. Byzantij Anthimum Eutychianum, Alexandriæ Theodoſium Hæreſiarcham fouit: Seuerum Antiochenæ Eccleſiæ inuaſorem Acephalorum Anteſignanum reſtituendum curauit: Romæ, eiecto Syluerio, Vigilium, Beſilarij, Antoninæque ſtudiis præfecit; quem ad euertendum Chalcedonenſe Concilium, & Anthimum reuocandum, fore paratum ſperauit.

lin. 36. *Connubiale ius totum penes ſe eſſe voluit.* Lege lib. 3. de bell. Gotth. Artabanem virum Conſularem, Comitem Præſentum, ac fœderatorum Principem, vt repudiatam pridem vxorem acciperet, inuitum nolentémque coëgit. Proiectam Iuſtiniani Imperatoris neptem Artabani deſponſam, Ioanni Pompei filio coniungit.

Pag. 78. l. 12. *Leontium Referendarium, & Saturninum,* &c. Omnes, quos hìc nominat, viri ſunt primarij. De Leontio lib. 3. bell. Gotth. qui ad Theodebertum à Iuſtiniano legatus eſt. Deſtinatus cum aliis ad compilationem Digeſtorum. Conſt. de conf. 9. Fortaſſe hic eſt ille Scholaſticus (ex his enim erant Referendarij) cuius extant elegantiſſima Epigrammata. Alius eſt, qui ſub Iuſtiniano ſcripſit de Sectis; & Monachus, cuius Cyrillus meminit ſub eodem Imperatore. Hermogenes fuit Quæſtor Vitaliani Tyranni ſub Anaſtaſio, deinde Magiſter Officiorum, ad quem extant Iuſtiniani Reſcripta. De Cyrillo Magiſtro militum, vide libros de bell. Perſ. & Vand.

lin. 32. *Puellam duxiſſe ſe haud imperuiam,* Cui (vt Plinius loquitur lib. 7. cap. 16.) *concretum genitale non erat.* Vel, vt ait Cornelius Celſus lib. 7. cap. 28. *Cui naturalia inter ſe minimè conglutinatis oris concubitum non admitterent.* Has puellas Aëtius & Græci vocant ἀτρήτους, *imperfoſſas.* Scitè Saturninus notauit vitiatam Chryſomallæ filiam.

lin. 36. *Sublatum (ceu pueros in ludo litterario) Saturninum cæderent.* Viros illuſtres hac affectos ignominia ante Theodoræ tẽpora non legi. Theodoram

imitatus

imitatus est Stephanus Ætarij Præfectus, qui Iustiniani Iunioris matrem ἐν σχήματι ὥσπερ τοὺς παῖδας οἱ γραμματισταὶ (vt S.Nicephorus loquitur) *quemadmodum apud Magistros pueri solent*, vapulare iussit. Si hunc cum aliis huius historiæ locis conferas, quid *catomis*, vel *catomo cædi* sit videbis, quod sæpe in Martyrum vitis legimus. Neque enim est demisso capite suspendi, vel sublatum in humeros cædi, vt viri docti explicarunt. Nam pag. 13. & 54. Photius & Astrologi neutro modo affecti sunt, qui tamen κατ' ὤμοις καὶ νῶτα vapulasse dicuntur, vt Saturninus hic. Ex nostra ad hæc loca interpretatione, quid *catomis cædi* sit intelliges.

Pag.79.l.1. *Quo supplicio Ioannem Cappadocem affecerit, libris aliis diximus.* Lib. 1. bell.Pers. extremo Cappadocis ruinam fusè prosequitur, Theodoræque insidias, & crudelitatem, ac Iustiniani conniuentiam. Ibidem de Antistite hoc Cyziceno, quem Eusebium nominat: is Concilio Constantinopolitano interfuit.

Pag.80.l.1. *Belisarium euocauit insimulatum tyrannidis.* Falsa perduellionis suspicio ter in Belisariũ sparsa est. Semel cùm in Perside contineret exercitum, Iustiniano grauiter ægrotante, vt est suprà pag.17. Marcellinus; *Belisarius de Oriente euocatus in offensam periculúmque incurrens graue, & inuidiæ subiacens, rursus remittitur ad Italiam.* Iterum in Africa post deuictum Gelimerem; quod hîc indicat, & vberiùs docet Procopius lib. 2. bell. Vand. Tertiò cùm iam senex ageret Constantinopoli. Σέργιον ἀνέπεισαν ὁμολογῆσαι, ὡς καὶ ἰσαάκιος ὁ ἀργυροπράτης, καὶ παῦλος ὁ κουράτωρ βελισαρίου ἐγίνωσκον τὴν σκέψιν. συσχεθέντων ἀμφοτέρων καὶ ἐκδοθέντων προκοπίῳ τῷ ἐπάρχῳ κατέθεντο καὶ κατεῖπον βελισαρίου τοῦ πατρικίου. Αὐτίκα ὁ βασιλεὺς γέγονεν ὑπὸ ἀγανάκτησιν βελισαρίου. Τῇ πέμπτῃ τοῦ δεκεμβρίου μηνὸς ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σιλέντιον ἐνέξας καὶ τὸν ὁσιώτατον πατριάρχην Εὐτύχιον κελεύσας ἀναγνωσθῆναι τὰς αὐτῶν καταθέσεις, καὶ ἀκούσας βαλισάριος ὁ πατρίκιος μεγάλως ἐβαρύνθη. καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἔλαβε πάντας τοὺς ἀνθρώπους αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ὃ εἶχεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ παραφυλαττόμενον. *Suaserunt Sergio, vt Isaacium Numularium, & Belisarium gloriosissimum Patricium conscios coniurationis indicaret, necnon Vitum Numularium, & Paulum Belisarij Procuratorem. Hi comprehensi, traditique Procopio Vrbis Præfecto Belisarium Patricium accusarunt. Quare Belisario Cæsar iratus quinta die Decembris indixit Senatum, vocatóque Sanctissimo Patriarcha Eutychio confessiones illorum legi iussit; quod Belisarius iniquissimè tulit; nam iussu Imperatoris omni satellitio spoliatus, domi sub custodia detentus est.* Insequente verò anno τῇ δεκάτῃ ἐννάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐδέχθη βελισάριος ἀπολαβὼν πάσας τὰς ἀξίας, *decima nona die mensis Iulij conciliatus est Belisarius, & in pristinum gradum restitutus.* Anno demum trigesimo octauo Iustiniani μηνὶ μαρτίῳ τελευτᾷ βελισάριος ὁ πατρίκιος ἐν βυζαντίῳ, καὶ ἡ τούτου περιουσία ἦλθεν εἰς τὸν δεσποτικὸν

οἶκον τὸν Μαρίνης: *decima tertia mensis Martij moritur Belisarius Patricius Byzantij, cuius fortunæ addictæ fuerunt Augustæ Domui Marinianæ.* Idem habet Vaticanum Chronicon Anonymum, & Zonaras. Hæc paulo fusiùs, vt falsæ de Belisario Historiæ tandem facessant; neque in posterum fabellæ de Belisarij obolo credamus, vel Aimoino, qui lib. 2. de gest. Franc. Belisarium contrucidatum à Francis somniauit.

lin.7. *Censitores Prouinciæ mittere.* De his, déque Arianis, ritibus interdictis, singulísque aliis capitibus, quæ hîc enumerat, agit autor lib. 2. bell. Vand. Porrò quæ de Arianis dicuntur, vt suprà ad pag. 51. explicauimus, accipienda sunt.

lin.17. *Jtalia triplo licèt Africa maior.* Africa & λιβύη, vt Græcis, sic & Latinis autoribus nunc quidem est pars, in orbe terrarum tripartito, secunda; nunc verò Regio eidem terrarum parti cognomen, in qua est Carthago vrbs nobilissima. De hac modò intelligit. Quæ sequuntur de variis Prouinciarum, & populorum deuastationibus, fusiùs habentur in aliis historiæ Procopianæ libris.

Pag.83. l 10. *Jndicto bello inconsultè recidere.* Ob id, atque ob auxilia neglecta, sunt à Chosroë deuastata complura Orientis Oppida, ipsáque Antiochia; cuius miserandum excidium non tam narrat Procopius, quàm deplorat, priore parte lib. 2. bell. Pers.

lin.12. *Animum ad sublimia traducere, Dei naturam curiosiùs perscrutari.* Breuissimè, sed clarè Procopius indicat Iustiniani studia Theologica. Omnino illiteratum, seu analphabetum non fuisse ad pag. 28. probauimus. Adde ex Anastasio in Ioanne II. misisse Iustinianum *fidem suam chirographo scriptam proprio ad Sedem Apostolicam.* Quod autem de rerum diuinarum studio dixi: sic totus in illud Iustinianus incumbebat, vt Artabanes & coniurati hîc eum neci opportunissimum se habituros sperarent. Procopius lib. 3. bell. Gott. Κάθηται ἀφύλακτος ἀεὶ ἐπὶ λέσχης τινὸς ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ὁμοῦ τοῖς τῶν ἱερέων ἐσχατογέρουσιν, ἄχετον ἀνακυκλεῖν τὰ χριστιανῶν λόγια σπουδὴν ἔχων: *perpetuò sine custodibus desidet ad multam noctem in Musæo cum senioribus quibusque Sacerdotibus attentissimo studio arcana Christianorum dogmatum inuestigans.* Malè Procopium Antonius Concius redarguit; id Procopius hic vituperare videtur, quod Imperator neglectis Reipublicæ negotiis apprimè necessariis, Ecclesiasticis rebus sese immisceret, quod per summam ambitionem nunquam non factitauit. Liberatus in Breuiar. cap. 23. *Annuit Imperator facillimè, gaudens se de talibus causis iudicium ferre;* nēpe de Ecclesiasticis. Qui disputantem de Theologicis quæstionibus Iustinianum audire vult, & videre inter Episcopos considentem, modò Hæreticos, modò Catholicos Præsules monentem, docentémque, & penè exultantem, suis non modò disceptationibus, sed etiam fusis ad Deum precibus Hæreticorum conuersionem adscribentem,

bentem, legat Epiſtolam Innocentij Maroniani Epiſcopi ad Thematem Preſbyterum, in fine. Cùm fortè Agapetus Pontifex Romanus nondum Anthimi damnatione pronunciata diem obiiſſet; non defuerunt Epiſcopi qui cum Paulo Apameæ Iuſtiniano ſic adulati ſunt. *Agapetum* ὁ Κύριος μετέστησεν, ἵνα τὸ πλήρωμα τῆς κατορθώσεως τῇ ὑμετέρα φυλάξῃ γαληνότητι, *Dominus tranſtulit, vt operis conſummationẽ Veſtræ Serenitati reſeruaret.* Verùm antequam Imperium caperet, à Theophilo Abbate præceptore ſuo his erat iam ſtudiis imbutus: nam cum Sanctiſſimo Pontifice Agapeto diu atque pugnaciter pro Eutychiana hæreſi diſputauit. Anaſtaſius. Paul. Diac. In qua diſputatione magiſtrum Catholicæ fidei Agapetum Romanum prauæ de Religione ſententiæ inſimulare non erubuit inflatiſſimus ſcientia Iuſtinianus, quod ex Autore Appendicis ad Marcellinum colligere eſt. *Ipſe Agapetus*, inquit, *extremum diem obiit in Domino; in nullo tamen ſicut ei à Principe obiiciebatur, ſentiens contra fidem.* Imò quadriennio ante aduentum Agapeti Conſtantinopolim libros de Incarnatione Dominica edidit, & Illyricianos Epiſcopos ad ſubſcribendum coëgit. Victor Tunn. De his & aliis eiuſdem libris eorum temporũ æqualis Iſidorus: *Iuſtinianus Imperator quoſdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diuerſas miſit Prouincias. Condidit quoque & Reſcriptum contra Synodum Illyricianam, & aduerſus Africanos Epiſcopos, in quo tria capitula contendit damnare.* Libelli Confeſſionis fidei à Iuſtiniano editi, meminit lib. 1. Facund. Hermian. lib. verò 2. ſecernit ab hoc ſimilem alium, Iuſtiniani nomine ab Hæreticis prænotatum: ex his monumentis vnum (quod ego ſciam) tantummodò ſupereſt, nempe libellus pro Tribus Capitibus Græcè & Latinè editus; de quo Liberat. cap. 24. Meminit aliarum Iuſtiniani diſputationum cum Victore Tunnenſi, aliiſque Africanis Epiſcopis idem Victor in Chronico ad annũ Iuſtiniani trigeſimum octauum. Refert eiuſdem Theologicas diſputationes cum Seuerianis Epiſcopis Innocentius Maronianus in Epiſtola ad Thematem Preſbyterum. Euſtathius in vita Sancti Eutychij. Ἐπίστασθε πάντες οἱ μεμνημένοι τὸ ζητητικὸν τῶν θείων δογμάτων τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ λήξει Ἰουστινιανοῦ, πῶς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φροντίδα ταύτην εἶχεν ἀεὶ ὡς μίαν καὶ μόνην, τοῦ μετὰ πάντων τῶν αἱρετικῶν συζητεῖν, καὶ συναίρειν λόγον, ὃν κατίσχυεν ὡς τὰ πολλὰ διὰ συλλογισμῶν πιθανῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, καὶ γραφικῶν μαρτυριῶν τρεπόμενος αὐτούς. *Noſtis omnes quotquot meminiſtis quàm curioſè piæ memoriæ Iuſtinianus in diuinorum dogmatum inueſtigatione verſaretur; quodque diu noctuque poſthabitis omnibus aliis curis, illam vnam & ſolam nunquam intermitteret, qua ad diſputandum omnes prouocabat Hæreticos, & rationes in medium proferendas, quibus ille valde præualebat; cùm vt plurimùm eoſdem Hæreticos probabilibus modò ratiocinationibus, modò demonſtrationibus, modò denique ſacrarum teſtimoniis litterarum confutaret.* Hac ſcilicet diuinarum rerum ſcientia inflatus

Ecclesiæ tot leges præscribere, nouáque dogmata tradere ausus est. De studiis verò Philosophiæ Agapetus Iustiniani contubernalis, & Ecclesię Constantinopolitanæ Diaconus in Parænesi. ἐφ' ἡμῶν ἀνεδείχθη τῆς εὐζωΐας ὁ χρόνος, ὃν προεῖπέ τις τῶν παλαιῶν ἔσεσθαι, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. καὶ γὰρ φιλοσοφοῦντες ἠξιώθητε βασιλείας, καὶ βασιλεύσαντες οὐκ ἀπέστητε φιλοσοφίας. *Nostris temporibus ostensum est prosperæ vitæ tempus; quod prædixit quidam ex veteribus futurum, cùm vel Philosophi regnarent, vel Reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti Regno estis, & regnando à Philosophia non desciuistis.* Tres tum orbis terrarum habuit Reges Philosophos, *Iustinianum*, *Chosroëm*, de cuius eruditione agit Agathias lib. 2. & *Theodahatum*, cui hanc laudem tribuit Procopius lib. 1. bell. Gotth. Cassiod. lib. 10. Var. De Iurisprudentia, qua præterea Iustinianus pollebat, diximus ad pag. 63. De Musicæ peritia Theophanes profert Græcum Troparium, id est, hymnum, quem de Christi Diuinitate & œconomia ad Ecclesiasticos modulos concinnauit, hodiéque Græci canunt inter Missarum solemnia. Architecturam ita callebat, vt multorum ædificiorum ichnographias, & sciagraphias ipse delinearit, & modum artificibus præscripserit: de templo Sanctæ Sophiæ, de regiis ædibus Heræanis & portu testatur Procopius lib. 1. Ædif. de Ciuitate Dara lib. 2. de templo Deiparæ Hierosolymis lib. 5. & de aliis alibi. Ergo Iustinianum tot disciplinis ornatum meritò Theodahatus Rex Gotthorum modò *sapientissimum Imperatorem*, modò *Principem doctum* appellauit apud Cassiodorum lib. 10. Var. Epist. 9. & 22. Et in vetustissimo manuscripto Cod. Vat. 1342. legi. *Quinta sancta Synodus Constantinopolitana temporibus Iustiniani* DOCTISSIMI *Imperatoris.* Genuinos Iustiniani libros paulo antè numerauimus, vt spurios reiiciamus hic locus postulare videtur. In calce Chronici Cassinensis circumferuntur nomine Iustiniani notatæ Epistolæ ad Vigilium Papam, ad Placidum Martyrem, & Priuilegiũ Cassinensi Cœnobio concessum; prę terea Theodoræ ad eundem Placidum, & Vigilij ad Iustinianum, & si quæ aliæ ibi sunt Pseudogordiani litteræ, qui Iustiniani iussu Sancti Placidi vitam scripsisse se mentitur. Is ergo Tertullum Patricium Romanum Iustiniani *exadelphum*, & Theodoræ *cognatum*, Placidum verò vtriusque *nepotem* vocat. Quid Tertullo cum Iustiniano Bederinæ nato Iustini agricolæ nepote? Quid cum Theodora meretricula scenica Acacij Vrsarij filia? Quam prolem, quos liberos suos Iustinianus ac Theodora identidem commemorãt, qui Sancti Sabæ precibus ne vel vnum obtinere sibi successorem Imperij potuerunt? Quî potest Vigilius & Quintæ Synodi Patres vitam Theodoræ precari, quæ vitam cum morte quintum iam annum ante eam Synodum commutarat? Sedet autem Vigilius in eo Concilio, ad quod nec sponte accessit, & rogatus venturum se negauit? Ex Patriarchis vnus in eadem Synodo defuit Eustochius

Hiero

Hieroſolymitanus; Pſeudogordianus malè cautus cum reliquis Patribus eum numerat, Domnum verò Antiochenum, qui conuentui intererat, excludit. Ait Epiſtolas Iuſtiniani & Theodoræ ad Placidum in Siciliam per Beliſarium miſſas fuiſſe anno Imperij duodecimo; tum ſcilicet cùm Beliſarius Romæ à Vitige, Gotthíſque dira obſidione premebatur. Quid de Notis Conſulum, quid de ipſis Conſulibus dicam, quibus eæ litteræ conſignatæ habentur? In his nihil integri vel ſani eſt. Priuilegium Caſſinenſibus Monachis datum iiſdem illis ſubſcriptionibus exploditur, quibus munitum illud voluit Pſeudogordianus. Primus ſubſcribit Iuſtinianus ex ſtirpe Æneada. Quid ais? niſi planè nihil ſapis, rem omnibus Scriptoribus nouam & planè inauditam narras. Secundus Iuſtinus Cæſar. Iuſtinianum nullum Imperij habuiſſe ſocium quis neſcit? *par curis* Iuſtinus fuit ſeni iam & penè diliro Iuſtiniano, ſed *diademate diſpar*; neque eius filius, ſed Dulciſſimi & Vigilantiæ. Tertius Theodoricus Rex Gotthorum, qui ante id tempus quo datum fuit illud Priuilegium, viginti & amplius annos diem obierat. Quartus Beliſarius, qui tum Romæ, vt dixi, vallo ſeptus tenebatur. Quintus Mauricius Comes excubitorum. Hunc gradum Tiberio Principe eſt conſecutus; anno verò illo Iuſtiniani duodecimo planè puer, nec primæ militiæ ſtipendia meruerat. Sextus Tiberius gener iam dicti Iuſtini. Id anno duodecimo Iuſtiniani? Deinde gener Iuſtini? vnica filia Iuſtino fuit Arabia, hæc Baduario nupſit. Tiberij vxorem quis neſcit Anaſtaſiam? filias verò Charitonam, & Conſtantinam? Ex his reliqua; quæ ſingillatim refellere nihil nunc mihi tanti eſt.

lin.13. *Dei naturam curioſiùs perſcrutari.* Hæc Iuſtiniano curioſitas obfuit, nec minus obfuit Eccleſiæ. Fœlices fortaſſe ſunt Reſpublicæ quarum Reges philoſophantur; ſed planè infœlix Eccleſia eſt, cùm ſeculares Principes ita Theologiæ vacant vt Iuſtinianus. Diſputauit ille de rebus diuinis cum Eccleſiæ Doctoribus, ac tandem dirimere quæſtiones imperiali faſtu & tyrannica vi licere ſibi putauit. Agapeto Romano Pontifici duas in Chriſto naturas aſſerenti contra Monophyſitas quibuſcum Iuſtinianus ſenſit, ita minatus eſt; *Aut conſenti nobis, aut exilio te deportari faciam.* Anaſt. in Agap. Poſt Theologicas diſquiſitiones cum Eutychio Conſtantinopolitano Patriarcha, vt eius temporis Scriptor Euſtathius refert, προέβαλεν ὁ βασιλεὺς ὃν ἐποίησε χάρτην περιέχοντα τὴν βλάσφημον ἐκείνην δογματοποιΐαν λέγων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως ἄφθαρτον. ἀναγνοὺς δὲ πᾶσι τὸν τοιοῦτον λόγον, ἠνάγκαζε τὸν Εὐτύχιον δέξασθαι, καὶ σύμψηφον αὐτῷ τῆς βλασφημίας ταύτης γενέσθαι. *Protulit Imperator à ſe compoſitum Edictum, quo blaſphemum illud dogma de incorruptibili, poſt vnionem, Domini humanitate continebatur, quod cùm omnibus perlegiſſet, Eutychium id ratum habere, ſibique in tanta blaſphemia conſentire cogit. Id illum reſpuentem deportari iuſſit.* Cæteros

m Epiſcopos,

Epîſcopos, qui in diſceptationibus de fide ac religione à ſe diſſentirent, vel coniecit in vincula, vel cruciatibus aut nece affecit; experto credamus Victori Tunnéſi Africano Epiſcopo in Chronico. Vide has Notas ad p.115. lin.30. *Quod alterius partis populares magis Cæſari ſtuderent.* Nempe Veneti, quibus & Cæſar ipſe magis ſtudebat, quàm Praſinis: quod ſtudiũ placuit Euagrio nominare μανίαν, *dementiam*, & θηριώδη γνώμην, *belluinam immanitatem.* De qua cum Procopio & aliis ſæpe in his Notis diſſeruimus. Vnum hîc addam, Iuſtini Imperatoris illuſtre teſtimonium, quod penè me præterierat. Theophanes. ἱπποδρομίας ἐπιτελεσθείσης, καὶ φιλονεικούντων τῶν μερῶν πρὸς ἀλλήλοις ἔπεμψε Μανδάτωρα εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη ὁ βασιλεὺς λέγων, εἰς μὲν τοὺς βενέτους, ὅτι Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς παρ᾽ ὑμῖν ἐτελεύτησεν, εἰς δὲ τοὺς πρασίνους, ὅτι παρ᾽ ὑμῖν Ἰουστινιανὸς ἔτι ζῇ, καὶ ἀκούσαντα τὰ μέρη ἐσίγησαν, καὶ οὐκέτι ἐφιλονείκησαν. *Aurigarum curriculo abſoluto, factioſi inter ſe tumultuabantur; quare Iuſtinus vtrique factioni per Mandatorem ſic interminatus eſt. Vobis defunctum iam eſſe Iuſtinianum ſcitote Veneti: ſupereſſe etiamnum vobis Praſini Iuſtinianum credite. Quo illi audito quieuerunt, neque amplius altercati ſunt.* Vide Mandatoris officium ac munus, qui Cæſaris nomine tumultus ſedaret in Circo, quid facto opus eſſet præſcriberet, Imperatoris veluti vox in Theatro erat, quemadmodum Quæſtor in Senatu. Suidas, Μανδάτωρ εἶδος ἀξιώματος. *Mandator eſt genus dignitatis.* Lege Caſſiodorum lib.7. Var. Epiſt.10. de Tribuno voluptatum. Et Theophanis fragmentum ſuprà ad pag.56.

Pag.84. l.22. *Ad vrbem Edeſſam Scyrtus exundauit.* De hac, atque aliis fluminũ eluuionibus, vrbium ruinis, terræque motibus, vide lib.3. bell. Gotth. Euagr. lib.4. Theoph. Zonar. Cedr. & alios. Non *Scyrtus*, vt habet Codex Vat. ſed *Scirtus*, quaſi à σκιρτῶ, quod eſt *ſalio*, huc enim Sibyllinum carmen alludit, quod, ſubſidẽte fluuio, lapidi inciſum Ciues inuenerũt, vt ait Theophanes,

Σκιρτὸς σκιρτήσει τε κακὸν σκίρτημα πολίταις.
Saltabit Ciui ſaltum ſaltator acerbum.

De hac inundatione fuſè lib. 2. Ædif. & ibidem lib. 5. de Cydno.

Pag.85. l.22. *Iuſtinianum in medio extantem freto, totámque ingurgitantẽ maris vim.* Amicus ille Procopij per ſomnium id vidit; Agathias verò quod vigilans obſeruarat, eadem verborum tranſlatione declarauit lib. 5. extremo. Καθάπερ ἐν παλιρροίᾳ ὑδάτων, αὐτὸ δὴ τὸ μέτρον τῆς παραχεθείσης τοῖς τάγμασι δασμοφορίας. οὐκ οἶδ᾽ ὅντινα τρόπον ἐς τοὔμπαλιν μετωχετεύετο, καὶ ἐπανήει ὅθεν δὴ καὶ ἐρρύη. *Hæc tota ſumma ſtipendiorum quæ militibus numerabatur, quod ſolet in fluxu aquarum atque refluxu contingere, retrorſum manabat, ac tandem eò vnde defluxerat refluebat.*

Pag.86. l.5. *Marinis minimè neceſſariis ſubſtructionibus.* Alia Iuſtiniani ædificia mirè Procopius celebrauit, hoc vnum ſæpiſſimè in hac hiſtoria vituperat, quod

quod infinitam vim pecuniarum in illud Iustinianus insumpserit, voluptat potiùs, atque deliciis, vt suprà diximus ad pag. 70. quàm publicæ vtilitati Nam aliis adhuc integris portubus, *huius* (quippe non necessarij) *ad hanc vsque diem molium & brachiorum vestigia quidem extant, magna tamen ex parte diruta, quæ nullam stationem nauibus accommodent*, vt refert Petrus Gillius lib.3. de Bosporo Thracio. Cæterùm huius & aliorum omnium suburbanorum luxum, quæ sibi extra vrbem Byzantium Magnates ædificabant, aliam ob causam vituperare Procopius videtur lib.4. Ædif. quod nimirum ea referta cùm essent immensis diuitiis & pretiosissima supellectile, incitamenta Barbarorum erant, qui quotidie ad vicinorum oppidorum deprædationem excurrebant.

lin. 14. *Tercentum & viginti millia auri pondo.* Idem de C. Caligula narrant Tranquillus & Dio, lib. 59. *Thesauros maximos breuissimo tempore exhausit: quippe vicies ter millies sestertium (alij tradunt vicies semel millies sestertium, ac* CCCXX. *insuper sestertia) cùm accepisset, in thesauris nullam eius summæ partem in tertium annum seruauit.*

lin. 17. *Iustino etiamnum superstite, ea Iustinianum profudisse.* In alios & Ildericum Vandalum familiarissimum. Procop. lib. 1. bell. Goth. Ἰλδέριχος φίλος ἐς τὰ μάλιστα Ἰουστινιανῷ καὶ ξένος ἐγένετο χρήμασί τε μεγάλοις ἀλλήλοις ἐδωροῦντο. *Ildericus hospes Iustiniani, eidémque familiarissimus, magnis se mutuò pecuniarum largitionibus augebant.*

lin. 34. *Falsorum criminum reos egit.* Multa criminum capita hîc Procopius enumerat; quæ ita breuiter complexus est Euagrius lib. 4. cap. 29. Ὁ Ἰουστινιανὸς τῶν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοῖς δὲ καὶ ἀναριθμοις τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχέων, ὅσας τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσε. *In Iustiniano verò tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis rerum alienarum appetitio, vt omnium subiectorum bona ob auri amorem vendiderit iis, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant. Complures, imò verò innumerabiles, qui multa bona possidebant, causa falsa, commentitiáque conficta, omnibus fortunis mulctauit.*

lin. 39. *Quosdam scelerati coïtus.* Tam indignis modis pecuniam Iustinianum ærusçasse, penè Procopio non crederetur, nisi eiusdem temporis Scriptores id comprobarent. Euagr. lib. 4. cap. 29. τῶν δὲ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμίσασά τῳ ὁμιλίαν τινὰ ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους ὅλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος οἴκοι μετεσκευάζετο. *Quod si quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciens consuetudinem se vllam cum eo, vel coniunctionem* (adde ex Procopio illicitam) *habuisse simularet, statim omnia*

iura, ac leges, modò Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causâ euersæ iacuerunt, facultatésque omnes illius, qui falsò in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translatæ.

Pag. 87. l. 11. *Barbarorum gentes, quæ ad ortum & occasum.* Reges Barbaros, vel eorum legatos, qui ex vniuerso terrarum orbe Byzantium sub Iustiniano venerunt, & publica pompa excepti sunt, & magnificentissimis (vt subdit) lautiis onerati, in antiquis monumentis hos inuenio, scilicet ex multis paucos. Gretes Erulorum Rex anno Iustiniani primo, magno suorum comitatu Byzantium appulit, è sacro Baptismi lauacro ab Imperatore susceptus est, & ex illius propinquis, atque principibus viris duodecim vno fonte lustrati sunt. Eodem anno Gordas Rex Hunnorum, qui Bosporo adiacent, Constantinopolim ingressus, dedit Christo nomen, firmatáque cum populo Romano societate munificétissimè à Iustiniano dimissus est. Anno octauo Rex Iberorum Zamanarsus cum vxore & sui Regni primatibus Byzantij acceptus, Romanorum societatem petiit. Subdit Theophanes. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τοιαύτην προαίρεσιν ἀποδεξάμενος πολλὰ αὐτὸν ἐφιλοτιμήσατο καὶ τοὺς αὐτοῦ συγκλητικούς, ὁμοίως καὶ ἡ αὐγοῦστα τῇ αὐτοῦ γυναικὶ κόσμια παντοῖα διὰ μαργάρων ἐχαρίσατο. *Iustinianus gratam rem habuit, eumque ac illius Principes magnis largitionibus cumulauit. Theodora verò Zamanarsi vxori quamplurima donauit ornamenta gemmis distincta.* Anno decimo tertio Mundus Gepædarum Rex à Iustiniano non solùm ciuili Romanorum societate, sed etiam magna auri copia auctus Byzantio discessit. Anno trigesimo primo Rex Abarorum ad eandem societatem adiungitur à Iustiniano humanissimè habitis eius legatis: de quibus (quod hîc innuit Procopius) Theophanes ait. Εἰσῆλθον ἔθνος ἐν Βυζαντίῳ παράδοξον τῶν λεγομένων Ἀβάρων, καὶ πᾶσα ἡ πόλις συνέτρεχεν εἰς τὴν θέαν αὐτῶν, ὡς μηδέποτε ἑωρακότες τοιοῦτον ἔθνος. εἶχον γὰρ τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ δεδεμένας πρανδίοις, καὶ πεπλεγμένας. ἡ δὲ λοιπὴ φορεσία αὐτῶν ὡς δὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐστιν Οὔννων. *Gens Abarorum nunquam antea visa, ingressa est Byzantium, totáque vrbs ad eius conspectum confluxit. Habebant ad humeros valde promissas comas, brandeísque colligatas atque compexas: reliqua veste Hunnis similes.* Anno decimo sexto Adadij Regis Azumitarum legati magnificentissimè accepti cum Ioanne Episcopo dimittuntur, vt ab eodem Christianorum sacris initiarentur. Anno trigesimo sexto Regis Ermechiorum legati publicè recepti. De Persarum legationibus, quæ penè quotidianæ fuerunt, nihil attinet dicere; ἢν γάρ τις τάς τε δαπάνας διαριθμήσαιτο καὶ τὰ δῶρα ὅσα ἐνθένδε κεκοσμημένος Ἰσδιγούνας ἀπιὼν ᾤχετο, πλέον αὐτὰ κατατείνοντα ἢ ἐς χρυσοῦ κεντηνάρια δέκα εὑρήσει. *Nam expensas pro vno legato Isdigune, atque munera eidem discedenti collata, ad calculum si quis reuocet, excedere inueniet decem auri centenaria.* Procopius lib. 2. bell. Pers. Has publicas celebrésque pompas, & populi equitationes

tationes & occurſus innuunt Praſini cum in Theatro illud obiiciunt Iuſtiniano, μίαν εἰς τὴν πόλιν προέρχομαι ὅταν εἰς βουρδῶνην καθίζομαι. εἴθε μηδὲ τότε τελσαύγουστε. *Tum ſolùm prodeo in vrbem, cùm burdoni inſideo, vtinam, Auguſte Maxime, ne tum quidem.*

Pag.88.l.31. *Præfectus Vrbis.* Eſt in Græco, ἡ τῷ δήμῳ ἐφεστῶσα ἀρχὴ, *Magiſtratus plebi Præfectus.* Quod verò in Vrbe omnẽ quæſtionem haberet, Iuſtinianus vocauit πολιαρχίαν. Nouell. 13. & Leontius in Epigram. Καί σε σοφὲ πολίαρχε γράφει γαβριήλιε τέχνη. eadem ratione alij πολιούχον. Iuſtinianus ibidem ἔπαρχον τῆς πόλεως. ſic paſſim diſtinguitur ab ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων. Sæpiſſimè verò per excellentiam ἔπαρχος à bonis autoribus appellatur.

Pag.89. l.1. *Horum alterum Prætorem plebis vocauit.* Quem Romani Prætorem, ſiue Præfectum Vigilum, Græci νυκτέπαρχον. Caſſiod. lib. 7 Var. Epiſt. 7. De huius Magiſtratus inſtitutione extat Nouell. 13. Ante Iuſtiniani tempora curam, quæ Prætori plebis demandatur, geſſerunt Vicomagiſtri, & Collegiati, qui ſingulis vrbis Byzantij regionibus præfecti erant, vt Autor Deſcriptionis Conſtantinopolis indicat. *Collegiati, qui ex diuerſis corporibus ordinati incendiorum ſolent caſibus ſubuenire. Vicomagiſtri, quibus per noctem tuendæ vrbis cura mandata eſt.* Hos primus Auguſtus, vt Suetonius ait, inſtituit.

lin.3. *Alterum Quæſitorem.* Antonius Auguſtinus ad Nouell. 80. pro *Quæſitore* legendum cenſet *Quæſtorem.* Et Iacobus Cuiacius à *Quæſtore Palatij*, & *Quæſtore exercitus* hunc nititur diſtinguere. Nos retinuimus Codicum Vaticanorum lectionem Κυαισίτωρα, cui Iulianus Anteceſſor adſtipulatur Nouell. 74. Rem ipſe Iuſtinianus euincit Nouell 80. Τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ καὶ τῷ ταύτην παραλαμβάνοντι τὸ τοῦ Quæſitoris ἐπιτίθεμεν ὄνομα. οὕτως γὰρ δὴ καὶ οἱ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν εὑρόντες, φαμὲν δὴ καὶ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἐρευνάδας ἐκάλουν τοὺς ἐς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. *Huic ergo Magiſtratui, & illum capeſſenti Quæſitoris nomen imponimus, ſic enim qui hunc Magiſtratum inuexerunt priſcis temporibus, Ereunadas, id eſt, Quæſitores vocarunt eos, qui ad hoc munus perueniſſent.* Lege Harmenopolum lib. 6. de variis legibus tit. 1. Virgilius 6. Æneid.

Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentum
Conciliúmque vocat, vitámque & crimina diſcit.

Emendandæ ſunt etiam editiones Schringeriana & Conciana. Illud hic habet difficultatem; quod in Nouell. 80. de Quæſitoris inſtitutione, nulla mentio ſit criminum, ad quæ cognoſcenda hunc inſtitutum Magiſtratum fuiſſe Procopius docet. At de acceptis, non ſcripto, ſed verbo, Principis mandatis Procopius loquitur; vt liquet ex iis, quæ ſtatim de Prætore plebis, & vrbi Præfecto narrat.

lin.33. *Quæſturæ munus.* Alij ſunt Quæſtores Vrbani, & Caſtrenſis ærarij Præ-

fecti. Hoc verò munere fungebantur viri legum consultissimi, eósque Principis παρέδροις, *Assessores* passim vocat Procopius; qui, quod ex legum præscripto faciendum esset, Principem monerent. lib. 1. bell. Gotth. Ὃς δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε πρότερον, Κυαισίτωρα τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι ῥωμαῖοι. *Athalarici Assessor; hanc verò dignitatem Romani Quæstorem appellant.* Euagr. lib. 4. cap. 12. Ὃς παρήδρευεν Ἰουστινιανῷ (lego Ἰουστίνῳ) Κυαίστωρ καθεστηκώς. Hic perperam Christophorsonus: *qui assiduus cum Iustiniano fuit.* Iustini *Assessor* & *Quæstor* fuit. Hunc primus Constantinus Quæstorem vocauit. Zos. libro 5. Σάλβιος ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κυαίστορα καλεῖν ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. *Saluius, cuius munus erat, Imperatoris sententias pronunciare. Hic vocari Quæstor cœpit tempore Constantini.* Et tamen apud Spartianum in Hadriano legimus: *Quæsturam gessit; in qua orationem Imperatoris in Senatu agrestiùs pronuncians, risus est.* Vnde Quæstor στόμα βασιλέως dicebatur, *os Imperatoris*, vt est in Epigrammate Græco, quod citaui ad pag. 28. Theophylact. Simocatta apud Photium, Κυαίστωρ ὃς πρὸς τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ τάξιν ἐτάχθη πληρωῦν τοῦ βασιλέως. Sunt & minorum Magistratuum Quæstores & πάρεδροι, vt Proconsulis Cappadociæ, Comitis Isauriæ, Prætoris Pisidiæ, & aliorum in Nouellis; Procopius Belisarij fuit.

Pag. 90. l. 7. *Primùm Quæsturæ Tribonianum præfecit.* Nam sub Iustino, & aliquandiu sub Iustiniano Quæstorem egit Proclus, de quo plura diximus ad pag. 28. Huic sufficitur Tribonianus, cui propter Victoriatorum seditionem exautorato, succedit Basilides in paucos dies: sedatis turbis, iterum Tribonianus: ab eius obitu Iunilus Affer; deinde Constantinus. Τριβωνιανὸς ἔτη πολλὰ ἐπιβιοὺς τῇ ἀρχῇ ἐτελεύτησε νόσῳ. *Tribonianus in ea dignitate, vbi vixit complures annos, morbo periit.* Quot annos? coniiciamus. Constantinus anno Iustiniani sexto & vigesimo cum dignitate erat, vt habes coll. 2. Synodi Quintæ Constantinopolitanæ; septennium Iunilus in eo gradu exegit, vt hîc affirmat Procopius: quare ad annum Iustiniani vndeuigesimum, vel circiter, obiisse Tribonianum verosimile est. Quo potissimùm tempore vrbanam gesserit Præfecturam, non liquet; fortasse ante Quæsturam.

lin. 29. *Constantinus legum haud imperitus.* Quem tali elogio Iustinianus in Constitutione de Digestorũ confirmatione commendat. *Constantinum virum illustrem Comitem sacrarum largitionum, & Magistrum Scrinij libellorum sacrarúmque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit.* De eodem lege coll. 2. Synodi Quintæ Constantinopolitanæ.

Pag. 91. l. 14. *Præfectus Prætorio.* Græcè est, ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων, *Principis Prætoriorum.* lib. 1. bell. Vand. & alibi sæpe ἔπαρχον τῆς αὐλῆς, *aulæ Principem* eundem vocat. Mirum quanta sit veterum librorum inconstantia, modò ἔπαρχον, modò ὕπαρχον eâdem paginâ legas. eam varietatem secutus est

est Schringerius in editione Nouellarum. Putarim ἐπάρχοις hos dictos fuisse, penes quos summa autoritas, & legum condendarum ius esset, & ad quos Prouinciales prouocarent à suis Præfectis; qui quasi minorum gentium Iudices ὕπαρχοι vocarentur. Rem tamẽ in medio relinquo. Sed omnino distinguendi sunt *Præfecti Prætorianorum*, qui deinde vocati sunt *Comites Aulicorum*, vt suprà ad pag. 28. diximus, & tandem circa Iustiniani tempora *Curopalatæ*. Nam ex Latinis Scriptoribus Corippus, ex Græcis Euagrius primi extulerunt eam vocem. Euagr. lib. 5. cap. 1. Ἰουστῖνος τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος ὃν Κουροπαλάτην ἡ ῥωμαίων λέγει φωνή. *Iustinus, cui credita erat Aulæ cura, quem Romano sermone Curopalatem appellamus. Præfecti* verò *Prætoriorum* dignitas, ab Euagrio lib. 3. cap. 42. Κορυφαία ἀρχὴ dicitur *summus Magistratus*; & ab Eunapio in Proæresio βασιλεία ἀπόρφυρος, *Imperium, cui purpura deest*; à Cassiodoro lib. 6. Var. epist. 3. *Pater Imperij.* Hæc distinctio sensim post Constantini tempora increbuit. Lege Zosim. lib. 2. Cùm verò audis Simocattam, & Sanctum Nicephorum in historia, πρώτην μετὰ βασιλέα ἀρχὴν, *primam post Imperatorem dignitatem Curopalatæ*, id est, *Comitis*, seu *Præfecti Prætorianorum* fuisse à Iustini temporibus, id cœptum intelligas necesse est, vt ad pag. 28. monuimus.

lin. 20. *Aërium.* Vectigal, seu tributum à Iustiniano excogitatum. Ioannes Mercerus in editione sui Harmenopoli lib. 1. tit. 4. meminit Tituli περὶ ἀερικῶν ζημιῶν, *de multis aëricis*, qui aliquam huic loco dare, & hinc accipere lucem fortasse poterat. Sed ille rem, quam se fatetur non intellexisse, omisit. nos diu perquisitam in Vaticanis Codicibus manuscriptis, nusquam offendimus: fortasse hoc illud est tributi genus, quod iam olim abolitum reuocauit deinde Michaël Paphlago Imperator, de quo vide Cedrenum.

Pag. 92. l. 1. *Duos excipio, Phocam & Bassum.* Alios infrà nominat Præfectos Prætorio, qui ob Imperij Iustiniani diuturnitatem, & rerum vicissitudinem frequentes sub eo fuerunt: illorum autem notitia multam & huic historiæ lucem affert, & Iustiniani Constitutionibus, qua nonnullorum Iustiniani atque Iustini Rescriptorum ψευδεπιγραφίας, *falsas inscriptiones* suprà obseruauimus: quare in hac tabella Prætorum eius temporis nomina diligenter conquisita, & ad notas Consulum digesta proponenda tibi Lector curauimus.

IVSTINVS IMP.

CONSVLES	PRÆF. PRÆT.
Iustinus Aug. Eutharicus.	MARINVS Syrus, iterum; nam fuit primùm sub Anastasio. Euagr. lib. 3. cap. 42. Auctor vectigalis χρυσαργύρου ἐπιβολῆς, Cyrill. Scythopolit.

Vita

APPI

Consvles	Præf. Præt.
Vitalianus Rusticus.	Appion Ægyptius in exilium ab Anastasio pulsus, reuocatus à Iustino licèt Sacerdos Prætorio præficitur. Theoph. Procop. lib. 1. bell. Pers.
Iustinianus Valerius.	Demosthenes. De quo hîc Procopius pag. 55. l. 8. Cod. qui testam. fac. poss.
Symmachus Boëtius.	
Maximus.	
Iustinus Aug. II. Opilio.	Theodorvs Archelavs. { extant ad vtrumque Constitutiones falso nomine Iustiniani. l. 7. C. de Aduoc. Fisc. & l. 8. C. eod.
Polyxenus Probus.	
Olybrius.	Theodorvs. iterum ad quem Iustinus anno Imperij octauo rescripsit de Sepulchris non violandis.
Mabortius.	
	IVSTINIANVS IMP.
Iustinianus Aug. II.	Menas Patricius, qui Præfecturam gessit vsque ad mensem Augustum sequentis Consulatus. Atarbivs ex Constitutione ab Ant. Concio edita.
Decius.	Demosthenes iterum.
Lampadius Orestes,	Demosthenes Ivlianvs Ioannes Cappadox. { Tres eodem anno. Mirum est, eodem die, Kal. Mart. (nisi mendum sit) extare rescripta ad Iulianum & Ioannem. l. 3. C. de Verb. sign. l. 29. de Testam.
P. C. Lampadij & Orestis I.	Ioannes Cappadox. Ab hoc anno Procopius incipit numerare decennalem Præfecturam Ioãnis, nempe ad Consulatum Basilij. lib. 1. bell. Pers.

P. C. Lam

Seditio

CONSVLES	PRÆF. PRÆT.
P. C. Lampadij & Oreſtis II.	Seditio Victoriatorum; in qua Ioannes remouetur ab officio menſe Ianuario, Indictione decima, & ſubſtituuntur ad paucos menſes
Iuſtinianus Aug. III.	PHOCAS, & BASSVS. } Procop. lib.1. bell. Perſ. & hîc pag.92.
Iuſtinian. Aug. IV. Paulinus.	IOANNES CAPPADOX. iterum; nam hoc anno cœpta eſt expeditio Africana; à qua cùm in dignitate eſſet, reuocare Iuſtinianum Ioannes nitebatur. Procop. lib.1. bell. Vand.
Beliſarius.	
P. C. Beliſarij.	
P. C. Beliſarij II.	
IOANNES.	Idem Conſul, idémque Præf. Præt.
Apion.	
Iuſtinus Iun.	
Baſilius.	Ioannes, Theodoræ factione, inſimulatus perduellionis, exulat; Procop. ibid. ſuccedítque
POST. CONS. BASILII.	THEODOTVS ad paucos mēſes. Procop hîc. Deinde PETRVS Barſames Syrus. ibid. Poſt Baſiliū quoniam nulli fuerunt Conſules, non libuit ordine numerare Præfectos Prætorio Barſamæ ſucceſſores; eorum tantùm nomina tibi Lector damus ex hiſtoriis. AREOBINDVS, qui & Orientis fuit Prætor & Africæ, vbi diem obiuit. GABRIEL, de quo extat Græcū epig. lib. 4. Anthol. BASSVS, iterum. PETRVS Barſames ſecundò. DIOMEDES, de quo mētio eſt in Conſtitutionibus. DOMNICVS, ad hūc extat Iuſtiniani Nouella 162. πε. ASCLEPIODOTVS, de quo Theophanes. ADDÆVS, vt in Cod. Vat. 1185. legebā. De aliis huius officiis Procopius hîc pag.110. & Euagr. lib.5. cap.3.

lin.15. *Perquàm maximi Præfecturas locauit.* Euagr. lib. 4. cap.39. τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου ἐπίπρασκε τοῖς τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσιν. *Subiectos omnes ob pecuniam iis vendebat, qui Præfecturas administrabant.*

lin.26. *Acceptis mutuò Præfecturarum pretiis.* Iustinianus Nouella 8. *Plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit: & hoc non de suo fortè præbere, sed mutuatum, & vt mutuare possit damnificatum, & computare apud se, quia conuenit eum tantum ex Prouincia percipere quantum liberet quidem ei debita, sortes & vsuras, & damna pro ipso mutuo: computabit autem & in medio expensas largiores.*

Pag.93. l.7. *Legem scripserat.* In hac edenda lege (est autem Nouella 8.) multum ipse sibi plausit Iustinianus; diebus Paschatis, ceu rem populis gratissimam, euulgari voluit; incisam lapidibus, in Ecclesiarum porticibus, publicè haberi; exemplum in membranis descriptum seruari cum sacra supellectile in omnibus Ecclesiis Orbis Romani; ad gratias Deo agendas vniuersos populos excitari. Illud planè iactanter; *dedignantes imitari eos, qui ante nos imperauerunt, qui pecuniis ordinabant administrationes.* Nam in vniuersum, quàm verum sic nescio; Theodosius enim legem eadem super re scripsit: idémque de Marciano testatur Theodorus Lector, ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι ἐκέλευσε, *Magistratum pretio creari vetuit;* & de Anastasio, τὰς ἀρχὰς ὠνίους οὔσας προῖκα παρέχειν, *Magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit.*

lin.9. *Sacramento profiterentur.* Etiamnum extat Iuramenti forma ad calcem Nouell. 8. Quod ait, *Diris omnibus more maiorum deuouerentur:* eas intelligit; *si verò non hæc omnia ita seruauero, recipiam hîc & in futuro sæculo in terribili iudicio Magni Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, & habeam partem cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain.*

lin. 28. *Qui omnes ad eum locorum prouentus conueherent.* Hos indicat Euagrius lib.4. cap.29. Τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου ἐπίπρασκε τοῖς τοὺς φόρους ἐκλέγουσιν. *Subiectos omnes auro vendebat iis, qui colligebant tributa.*

lin.39. *Vt quique sine controuersia sceleratissimi rebus præessent.* Tribonianus, Ioannes Cappadox, Addæus, Petrus Barsames, Ætherius, in summis gradibus Iustiniano semper charissimi fuerunt, quorum flagitia omnes loquuntur historiæ. Si verò ab his numerandi principium ducas, aliósque his addas, quos Euagrius, Agathias, Procopius in reliquis historiæ libris, Theophanes, Suidas, aliíque Scriptores commemorant, explorata planè res erit.

Pag.95. l.21. *Theodotum in eo gradu collocant.* Ad hunc extant aliquot Iustiniani Nouellæ, nempe 112. De litigiosis, & quinque huic proximæ; quæ datæ sunt IVST. AVG. Ann. XV. BASILIO. V. C. CONS. Eodem scilicet anno, quo Ioannes Cappadox in exilium pulsus est, qui fuit decimus eius Præfecturæ, vt habet Procopius lib.1. bell. Pers. Ἰωάννης δέκατον ἔτος τὴν ἀρχὴν ἔχων, *Joannes decem in dignitate annos exegit:* totidem enim numerabis

ab

ab anno primo post Consulatum Lampadij & Orestis, quando cœpit Ioannes Præfecturam, ad Consulatum Basilij.

lin.26. *Petrus quidam genere Syrus cognomento Barsames.* Habemus ad hunc plurima Iustiniani Rescripta. De eodem ita legi in πατρίοις C P. τὸν παλαιὸν πέτρον πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν. ἐλέγον δὲ αὐτὸν Βαρσαμιανὸν τὸν Σύρον πολλὰς ἀρχὰς τῷ τότε χρόνῳ ἀνύσαντα. *Veterem Ecclesiam Sancti Petri tempore Justiniani Magni Petrus quidam Patricius ædificauit; cui cognomen erat Buarsimiano Syro, qui tunc multos gessit Magistratus.* Præfecturam Ærarij eundem administrasse paulo pòst Procopius commemorat. Bis Præfectum Prætorio, bis Comitem largitionum fuisse, diuersi Nouellarum tituli demonstrant.

Pag.96. l.26. *Nomine Collector.* Locus in Græco est corruptissimus, ὄνομα τιθεὶς τὴν πρᾶξιν τὴν συλλογὴν, *nomen imponens rei Collectionem.* Suidas, Συλλογὴ ὄνομα ἀρχῆς. *Collectio nomen est Magistratus.*

Pag.98. l.5. *Hoc onus vocari Annona consueuit.* Codex manuscriptus Græcus habet συνωνεῖν, & infrà συνωνὴ: sed vtrumque quid est? Nos ἀννώνην, seu ἀννῶναν legimus, & interpretati sumus, apposité ad rem. Ille librariorum est lapsus, qui Latinam vocem non sunt assecuti. Miror Suidam in suo Codice mendum non animaduertisse; nam in Dictionario in littera Σ posuit vocem συνωνὴ, hac integra huius historiæ descripta pericopa. Vide Notam ad pag. 102.

Pag.99. l.13. *Nulla propinquis, vel amicis in illo firma certáque spes ostenderetur.* De propinquis & consanguineis nullo loco habitis à Iustiniano, lege coniurationem Arsacianam, quam Procopius describit lib.3.. bell. Gotth.

Pag.100. l.5. *Imminuta pecunia, quæ subleuandis multorum rebus quotannis impartienda erat.* Fortasse hoc est quod Theophanes narrat ad annum Iustiniani trigesimum quintum. Τῷ δὲ μαρτίῳ μηνὶ ἐπανέστησαν αἱ σχολαὶ τῷ Κόμητι αὐτῶν διά τινας συνηθείας ἃς ἐλάμβανον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτάς. *Mense Martio insurrexerunt scholæ in suum Comitem ob largitiones quasdam consuetas sibi dari, quæ sublatæ fuerunt.*

Pag.101. l.23. *Septennalem, vt Anastasius.* Procopius lib.1. bell. Pers. φόρους γὰρ σύμπαντας ἐπετείους ἐς ἔτη ἑπτὰ ἀφῆκε τῇ πόλει: *tributa annualia ad septennium omnia dimisit ciuitati Amidæ Anastasius.*

lin.27. *Cabades enim sartis tectis focis arisque.* Procop. lib.1. bell. Pers. notat solùm templum Sancti Simeonis incensum sub Cabade fuisse.

Pag.102. l.18. *Vbi miles stationem habet conuehendi.* Non militaris Annonæ pensionem, sed exigendi modum subditis perniciosum damnat Procop. Sanè superiores Imperatores non ita subditos oppressisse, testatur Libanius in Epist. ad Aristænetum. Σταθμός τις ἐστὶ περὶ τὸν Εὐφράτην Καλλίνικος ὄνομα αὐτῷ. τοῦτο τὸ χωρίον ἔχει στρατιὰν ἱδρυμένην, ἣν δεῖ τρέφεσθαι

περὶ ἡμῶν οὐκ ἐκεῖσε κομιζόντων, ἀλλ᾽ ἑτέρωσε τὴν τροφήν. ἐκεῖθεν δὲ εἰς Καλλίνικον ἄγειν νόμος τὸν ἄρχοντα τὸν περὶ τὸν Εὐφράτην. Nam alimenta pro militibus qui Callinici stationem habebant, Euphratesię Præfectus à subditis accepta Callinicum conuehenda curabat.

lin. 19. *Exercitus Optionibus.* Erant & Optiones domestici, quorum meminit Procopius lib. 1. bell. Vand. Ὃς ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, Ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι: *qui familiarium expensarum curam gerebat, hunc Romani Optionem vocant.* Exercitus Optionum dignitatem Nicolaus Pepugomenus in Panegyrico Sancti Isidori declarat, & ab Optionibus fisci distinguit; sic enim ibi legendum φίσκον, non φύσιν. De Optionibus exercitus vide Nouellam 130.

lin. 20. *Annonam hanc rem appellant.* Mendosè in Græco habes συνωνὴ, vt ad pag. 98. monuimus. Nos quàm rectè ἀννώναν legamus, videre est ex Nouella 130. vbi Iustinianus de hac ipsa re agit.

lin. 31. *Impositio quædam est veluti improuisa pestis.* Græcè est ἐπιβολή. Quid illa sit, quis eius autor, quæve eius instituendæ occasio, Simeonis Metaphrastæ locus declarat, quem nondum Iurisconsulti viderunt. Λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς, τὰ δύο ταῦτα κακὰ, καὶ ἀναιρεῖν ὁμοίως δυνάμενα πσὶ τῶν κειμένων ὑπὸ τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ χωρίων ἐνσκήψαντα, πολλοῖς μὲν οἴκοις ἀνθρώπων ἐκένωσε, κώμας δὲ ὅλας καὶ συνοικίας, καὶ ἀγροὺς ἐρήμους τῶν οἰκούντων εἰργάσατο. Σκεψάμενοι τίνυν οἵ τε τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς, ὅπως μὴ τὸ κοινὸν τοῦ δι᾽ ἔτους ἐκείνων φόρους ζημιωθῇ, ψηφίζονται τοὺς πλησιοχώρους καὶ αὐτὰ τὰ ἐκτελευτέντων τέλη καὶ οἰχομένων εἰσπράττεσθαι, καὶ τοῦτο κατὰ πάσης ἐκράτει τῆς ὑπηκόου, καὶ πᾶς ὁ ἐκ γειτόνων οἰκῶν καὶ τοὺς τῶν πλησίον παρέχειν ἠναγκάζετο φόρους, εἴτε ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ καὶ τῆς ἐνδείας ἐκτελευτέντες ἦσαν, εἴτε τῶν οἰκιῶν ἀνάστατοι διὰ τὴν ἀνάγκην γεγενημένοι. *Pestis & fames; duo hæc mala æquè perniciosa grassabantur in quasdam partes Imperio Romano subiectas; vnde multæ domus sine hominibus erant, necnon Pagi, integræque familiæ, ac Villæ habitatoribus vacabant. Quamobrem Reipublicæ Curatores, necnon Imperator ipse præcauentes ne publicum Ærarium annuis istorum vectigalibus priuaretur, decreuerunt à vicinis exigere tributa illorum, qui deperissent. Idque in vniuerso Imperio obtinebat, & quisque vicinus cuiusque propinqui pendere tributa cogebatur, siue illi ob pestem, atque indigentiam deleti fuissent, seu à propriis sedibus excessissent ob necessitatem.* Hoc iniquum tributum, Sabæ viri sanctissimi rogatu tollere volentem Anastasium repressit Marinus Præfectus Prætorio, vt scribit Cyrillus Scythopolitanus. Is affirmat Ecclesiis idem tributum impositum fuisse. Rem non editam placet hîc in gratiam Iurisconsultorum describere. Οἱ κατὰ καιρὸν Τραχλοῦται, καὶ βίνδικες τῶν κατὰ παλαιστίνην δημοσίων, ἑκατὸν χρυσίου λίτρας ἐξ ἀπόρων προσώπων καὶ δυσπράκτων ἀνυσθῆναι μὴ δυναμένας εἰσπραττόμενοι ἠναγκάσθησαν

θησαν ἐπιῤῥίψαι τὴν τούτων εἴσπραξιν τοῖς κατὰ ἱεροσόλυμα συντελεσταῖς κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου δυνάμεως. Τῶν τοίνυν ἑκατὸν χρυσίου λιτρῶν καθ' ὃν εἴρηται τρόπον διανεμηθεισῶν περισσοπρακτία, ἀπεγράφησαν ἥτε ἁγία Ἀνάστασις καὶ οἱ λοιποὶ σεβάσμιοι τόποι καὶ οἰκήτορες. πλὴν ὅτι μέρος μὲν αὐτῆς συνεχωρήθη ὑπὸ τοῦ εὐσεβῶς βασιλεύσαντος Ἰουστίνου ἀναφορᾶς γενομένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Σάβα καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἐρήμου ἡγουμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ αὐτῆς τελεία συγχώρησις γέγονεν ἐπὶ τῆς παρούσης βασιλείας Ἰουστινιανοῦ διὰ τῆς τοῦ παπᾶ Εὐσεβίου μεσιτείας. *Qui pro tempore in Palæstina publicorum tributorum Tractatores, & Vindices fuerunt, cùm auri centum libræ exigendæ sibi relinquerentur à personis egenis quæ soluendo non essent, coacti sunt eam imponere exactionem Tributariis Hierosolymitanis pro cuiusque facultate. Ergo illo Centum auri librarum residuo, eo quo diximus modo, singulis imposito, Ecclesia etiam Sanctæ Resurrectionis, & reliqui venerabiles loci, eorúmque habitatores descripti sunt. Cæterùm tempore pij Imperatoris Iustini supplicantibus Patre nostro Saba, & reliquis Eremi Hegumenis pars eius tributi remissa fuit. Tandem reliquæ partis absoluta remissio rogatu Eusebij Presbyteri ab hodierno Imperatore Iustiniano condonata est.* Condonata est Ecclesiasticis Hierosolymæ duntaxat, de his enim Cyrillus loquitur. nam alioqui longè secus se res habet; extant enim formæ Præfecti Prætorio sub Iustiniano περὶ ἐπιβολῆς; eius verò exactionem Prouinciarum Præfectis inculcat idem Iustinianus. Lege Nouellam 17. & 128. Corrige Suidam, qui ante Iustiniani tempora nullum ἐπιβολῆς vsum fuisse, ex hoc Procopij loco videtur colligere in voce ἐπιβολή.

Pag.103.l.27. *Militem pulchrioribus,* &c. Hæc vel militum erat effrenata licentia, vel indulgentia Principis, contrà quàm ab eo cautum lege erat Nouella 130.

Pag.104.l.10. *Censitores (hos Logothetas vocauit.)* Λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι ῥωμαῖοι. *Eum qui publicarum rationum curam gerit, Logothetam Græco vocabulo Romani vocant.* Procop. lib. 3. bell. Gotth. In Edicto 12. legimus λογοθέσιον πολιτικῶν πόρων. Quod Theophanes vocat γενικὸν λογοθέσιον. S. Nicephorus δημοσίων λογιστὴν, *publicarum rationum ministrum*, quem vulgò nominari dicit λογοθέτην.

lin.14. *Duodecima quaque parte ipsis constituta.* Vt eo auidiùs inhiarent lucro, militémque expilarent. Et Optionibus, qui Annonam militibus erogabant, πέντε καὶ δεκάτην μοῖραν, *quintam decimam partem*, vt est in Nouella 130. constituerat Iustinianus.

Pag.105.l.2. *Exercitus numero exiguus esset.* Ioannes Antiochenus in Collectaneis; Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως σὺν Οὔννοις ἑπτακισχιλίοις διαβὰς τὸν Ἴστρον Ζαβεργὰν ἐγγὺς τῆς βασιλίδος ἔφθασε λεηλατῶν τὰ μεταξὺ, ἅτε μὴ στρατιᾶς που φρουρούσης, ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἑξακοσίας καὶ τεσσαράκοντα πέντε χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ὁ τῶν ῥωμαίων ἐκορυ-

φόρου στρατός. Ἰουστινιανὸς δὲ μόλις εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα περιέστησεν. ὥστε μηδὲ δύνασθαι ἐξαρκεῖν ἔντε λαζικῇ καὶ ἀρμενίᾳ καὶ λιβύῃ, καὶ γότθοις, καὶ ἰταλίᾳ. *Sub Iustiniano Imperatore Zaberganes cum septem millibus Hunnorum traiecto Danubio vsque ad Regiam vrbem peruenit, interiecta omnia deuastans, quippe cùm militum præsidio destituta essent. Siquidem tempore priorum Cæsarum Romanus exercitus reducebatur ad summam sex millium, & quadraginta quinque bellatorum. Iustinianus verò vix ad centum & quinquaginta reduxit: ita vt satis non essent ad præsidia Colchidis, Armeniæ, Africæ, Gotthorum, & Italiæ.* Idem testatur Agathias lib. 5. idque factum ait τῇ τοῦ κρατοῦντος ὀλιγωρίᾳ, *Imperatoris negligentia.*

lin. 9. *Damnis milites afficerentur.* Totum hunc locum de militibus, eorúmque damnis, & de corruptela militaris disciplinæ illustrabit alter Agathiæ locus libro quinto extremo; quæ omnia mala Iustiniani ῥᾳθυμίᾳ, *desidiæ*, eiusdémque, & ministrorum auaritiæ ille adscribit.

lin. 13. *Græcúmque nomen vt probrum aliis obiectaretur, quasi nullum Græcia ferret strenuum militem.* De qua Græcia dicit? Num de tota illa orbis parte, quæ Græcè loquitur, an de ea, in qua, vt Aristoteles 1. Meteor. cap. vlt. ait, ᾤκουν οἱ Σελλοί, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν γραικοί, νῦν δὲ ἕλληνες, *habitabant Selli, & qui olim Græci, nunc verò Hellenes vocantur?* Horum fines ponit Constantinus Porphyr. lib. 1. Them. 17. hinc Sestum, Abydum, & Propontidem; inde verò Cyzicum & Granicum fluuium. Græcorum & Græciæ nomine rarò, vel nunquam veteres autores Græci, frequẽter Romani vsi sunt; seculis posterioribus etiam illi vocem vsurparunt, & vniuersæ quæ Græcè loqueretur genti accommodarunt, vt est apud Iulianum Apostatam, Athenæum, Theodorum Studitam in epistolis, & alios. Sic accipiendum hic arbitror. Et hoc sensu primùm Iustiniani tempore Romanum Imperium Græcorum dici Imperium cœpit à Romanis, quod eius gentis dominationem & fastum stomacharentur. Anast. Biblioth.

Pag. 106. l. 1. *Alexander, qui eò Censitor missus est.* Hic Alexander est Psallidius, siue Forficula, de quo infrà Procopius, & fusè ac liberè de eius moribus lib. 3. bell. Gotth. initio, ab accisa moneta & forfice detonsa vulgò Forficula vocatus.

lin. 21. *Limitaneos.* Zosimus lib. 2. à Constantino Magno Limitaneorum numerum diminutum fuisse narrat. Lege quæ paulo antè notauimus ad p. 105.

lin. 23. *Quadriennalia & quinquennalia stipendia illis à Quæstoribus differrentur.* Ob id Milites Berrhææ Præsidiarij ad Chosroëm defecerunt. lib. 2. bell. Pers. Dagistæus de eadem re queritur per epistolas ibidem circa finẽ libri.

lin. 35. *Quos vocant Scholarios.* Quasi σχολάζοντας, bellico ab opere *vacantes*, & veluti feriatos milites. Nam, vt ait Agathias lib. 5. Οὗτοι στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἐγγεγράφαται τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ

ἀστικοί τε

ἀστικοί τε καὶ φαιδρείμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὅπως τοῦ βασιλέως ἕνεκα, καὶ τῆς ἐν ταῖς προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. *Hi milites quidem nominantur, & in albo conſcripti ſunt, verùm quamplurimi eorum vrbem colunt, & veſtium ornatu gaudent, atque vt reor ad pompam duntaxat Principis, eiúſque in proceſſibus maieſtatis adinuenti fuerunt.* Horum in Palatio vti munia diuerſa, ſic nomina; *Prætoriani milites, Cuſtodes Palatij, Excubitores, Corporis Cuſtodes,* de quibus ſuprà ad pag. 106. Horum alij erant qui ſtipendia merebantur, alij Codicillares: quare mirum non eſt ad tria millia & quingentos fuiſſe, atque iis Supernumerarios à Iuſtiniano additos eſſe, cùm honoris ergo eum gradum atque nomen ambirent quamplurimi. Horum denique Ordines modò appellantur *Officia*, atque ab horum Præfectura dicitur *Magiſter Officiorum*; quem Græci μάγιστρον τῶν ἐν παλατίῳ τάξεων: modò *Scholæ*, σχολαὶ, atque inde σχολάριοι. Procopius lib. 8. οἱ περὶ τὴν τοῦ παλατίου φυλακὴν λόχοι, οὕσπερ σχολὰς ὀνομάζουσι. *Militum manipuli qui ad Palatij cuſtodiam deſtinati ſunt; hos Scholas vocant.*

Pag. 107. l. 6. *Inerti & imbelli cuique nomen id ſibi adſciſcere licuit.* Scilicet tempore Zenonis; adſtipulatur Agathias lib. 5. & rem exactè narrat. nam à Zenone γνώριμοι, & συνήθεις, *noti* ac *familiares* ea militia donati ſunt. Deinde alij οὐ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς χάριν, *non pro dignitate eligi cœperunt, ſed ad gratiam.* Denique à Iuſtiniano εἰς ἐμπορείαν μετέστη τὸ χρῆμα, *ad negotiationem redacta res eſt.* ὡς μηκέτι ἄλλως ἐν τοῖσδε τοῖς στρατεύμασι καταλέγεσθαι σφᾶς βουλομένους πρὶν ἂν χρυσίου τι μέτρον καταθεῖεν: *ita vt nullus in iis numeris inſcriberetur, niſi qui priùs certam auri ſummam ſoluiſſet.*

lin. 25. *Certa ſtipendia Cæſari condonarunt.* Sæpiſſime in reliquis ſuæ hiſtoriæ libris hoc Procopius repetit. Nec mirum, quando & militi in ſtationibus & in caſtris degenti eadem ſtipendia Iuſtinianus negauit. Lege lib. 1. & 2. bell. Perſ. & lib. 8. hiſtoriæ.

Pag. 108. l. 1. *Sunt in Imperatoria domo dignioris ordinis milites.* Nominat hîc *Domeſticos*, & *Protectores*, infrà pag. 117. *Silentiarios*: iique omnium digniſſimi fuerunt, quippe qui ab intimo Imperatoris cubiculo eſſent, ob idque *Cubicularij* etiam appellati. Porrò cubiculum anterius ex quo ſtatim in ipſum Imperatoris ibatur cubiculum, ob ſilentium quod Principis reuerentiâ ſeruabatur, vocatum fuit *Silentium*, & Græci corrupto vocabulo Σιλεντιαρίκιον: & intimi illi Cubicularij, *Silentiarij*, quamobrem ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς, *Præpoſitos ſilentij quod Imperatoribus impenditur*, hos Agathias nuncupauit. Cyrillus Scythopolitanus, εἰς τὸ λεγόμενον Σιλεντιαρίκιον φθάσαντας οἱ ἐπὶ τῶν θυρῶν Σιλεντιάριοι ἔνδον εἰσεδέξαντο. *Qui cùm ad ſilentium perueniſſent, à Silentiariis oſtio præpoſitis introducti ſunt.* Hic locus dicebatur *ad ſecundum Velum*; nam *primum Velum* erat in primis ipſis, & exterioribus cubiculis, quod *Conſiſtorium* vocabatur à conſiſtente multitudine,

& Prin

& Principis audientiam præstolante. hæc ibidem Cyrillus declarat. Silentiariorum dignitas & honor præcipuus fuit, vt eorum tituli ostendunt. Magnus Silentiarius, Θαυμασιώτατος, in Actis Concilij Chalcedonensis, & in antiquissimo volumine ex corticibus arborum ita legi; *Ego Romulus V.C. Silentiarius his instrumentis testis subscripsi.* Cùm Zonaras ergo χαμαίζηλον ἀξίωμα dixit, ad Præfectos Vrbis & Prætorij, Patriciósque & Senatores, & huiusmodi superiores gradus respexit; inter quos tamen numerare Silentiarios Dorotheus non dubitauit Doct. 23. Τὴν Σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, Στρατηλάτας, ὑπάρχους, Σιλεντιαρίους, εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατιαί. *Senatum, Patricios, Præfectos, Silentiarios, quæ omnes sunt honestissimæ militiæ.*

lin. 13. *Sed plura de his ad hoc vnum caput reuocemus.* Quæ Procopius prætermittit lege apud Agathiam lib. 5. extremo; licèt & ille quæ præterit, duobus verbis complectatur. περιεώρα Ἰουστινιανὸς τὰς τάξεις διαφθειρομένας, ὡς δὴ τὸ λοιπὸν ἥκιστά γε αὐτῶν προσδεησόμενος. *Militarium ordinum exitium & corruptelam perinde Iustinianus negligebat, ac si nunquam in posterum illi futuri sibi essent necessarij.*

lin. 24. *Duo iam & triginta excurrunt anni.* Iterum ac tertiò idem in hac historia repetit. Imperium autem Iustiniani perdurauit nouem & triginta totos annos, ita vt extremo eius anno Narses Pontem Salarium tertio ab Vrbe lapide refecerit. sic enim ibi legimus. IMPERANTE. D. N. PIISSIMO. AC. TRIVMFALI. SEMPER. IVSTINIANO. PP. AVG. ANN. XXXVIIII. Hos annos Iustinianum integros exegisse testatur illorum temporum Scriptor Ioannes Epiphaniensis Scholasticus, quem Euagrius lib. 5. extremo ciuem suum atque cognatum nominat. Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐννέα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι ῥωμαίων ἄρξας ἐτελεύτα τὸν βίον. *Iustinianus Imperator nouem & triginta integros annos cùm Romanum Imperium tenuerit, vita functus est.* Vnde Zonaram, Chronicum Alexandrinum, aliósque corrigas. Verùm cùm Idibus Nouembris diem Iustinianus obierit, ad trigesimum nonum annum septem præterea menses, ac dies tredecim addamus oportet. Nam anni Imperij Iustiniani numerandi sunt à Calendis Aprilis Consulatus Mabortij, quando Cæsar & Imperij Collega à Iustino renunciatus est; quod non solùm Marcellinus Comes, & Euagrius tradunt, sed etiam Cyrillus Scythopolitanus Iustiniani æqualis, qui anno secundo post Consulatum Lampadij & Orestis sextum Iustiniani computat. Ipse Iustinianus Nouella 47. Imperij sui annum vndecimū in secundum P.C. Belisarij annum incidere affirmat; publicásque eius anni tabulas ita notari iubet. *Imperij Iustiniani Diuinissimi Augusti, & Imperatoris anno vndecimo P. C. FL. Belisarij V. INL. anno secundo.* Ergo ad quadragesimum annum Imperij Iustiniani defuerunt menses quatuor, dies decem & septem.

lin. 33. *Suo quique in ordine perpetuò succedunt.* De Asterio Scriba prætoriano

Synesius

Synesius Epist. 61. τῆς συμμορίας τῶν ταχυγράφων Ἀστέριος εἰς οὐκ ἔσχατος, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τρίτος ἢ τέταρτος, νῦν δὲ κἂν πρῶτος εἴη. *Ex ordine Scribarum Asterius, in quo non postremus est, sed tertius fermè vel quartus, nunc fortasse primus.* Nam ex quo tempore illinc Synesius discesserat, coniicit Asterium gradum aliquem in suo ordine fecisse.

Pag. 110. l. 13. *Ad vtrumque fretum publicanorum ordines instituti.* Theophanes de Irene Imperatrice, τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ ἱεροῦ τὰ λεγόμενα κουμέρκια ἐκούφισε. *Abydi & templi vectigalium, quæ Commercia vocantur, modum statuit.* Templi Blacherniani scilicet, quod est ad ostia Euxini maris, vt suprà dixi ad p. 15.

lin. 23. *Addæum gente Syrum.* Aliis est Audius. Euagr. lib. 5. cap. 3. *Non longo tempore pòst, Ætherium, & Addæum vtrumque ex ordine Senatorio, qui principem locum apud Iustinianum diu tenuerant, in iudicium ob piaculum quoddam adducit Iustinus. Quorum alter, Ætherium dico, confessus est se animo instituisse, Imperatorem veneno conficere, habuisséque Addæum illius conatus socium, & in omnibus adiutorem. Verùm Addæus graui cum iureiurando affirmat, se istius rei prorsus ignarum esse. At vterque tamen securi percussus est: atque Addæus, cùm iam caput abscinderetur, dixit ingenuè, se licet falsò de iis rebus esset accusatus, iusta tamen, debitáque à Deo facinoris cuiusque contemplatore & vindice sibi inflicta supplicia. Theodotum namque aulæ præfectum se præstigiis quibusdam è medio sustulisse. Cæterùm ista ita ne se habeant, an secus, non possum equidem pro certo affirmare: attamen vterque scelestus fuit: quippe Addæus insano puerorum amore exarsit: Ætherius autem nullum calumniæ genus præteriens, tum viuos, tum mortuos nomine aulæ Imperatoriæ, cui regnante Iustiniano præfuit, fortunis spoliauit.*

Pag. 112. l. 24. *Vnciam serici sex aureis dabat.* Ante Iustinianum cariùs. Nam sub Aureliano, vt Vopiscus ait, *libra auri, libra serici fuit*, & in lege Rhodia est, ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ, *Sericum & aurum tantundem valent.* Ex his locis corruptissimum hunc Procopij locum emendauimus. Nam quod in Græco est τὴν οἰκίαν, restituimus τὴν οὐγκίαν, *vnciam*: cùm enim imperante Iustiniano sericum per totum Romanum orbem distractum fuerit, minus quàm tempore Aureliani pendebatur; scilicet aureis octo & viginti minus. Nam si tunc libra auri, libra serici fuit, vt affirmat Vopiscus, centum circiter aureis libra serici erat. ex quibus si octo & viginti aureos detrahas, duobus & septuaginta aureis libra sub Iustiniano vendebatur. Quam summam colliges, si cum Procopio sex aureis constitisse dicamus vnciam serici: quare ex coniectura & historia οὐγκίαν reposuimus.

lin. 26. *Quem holouerum vocant.* Ergo holouerum tinctura serici & color est, non sericum, vt ad hanc diem multi existimarunt, inanibúsque rationibus id astruere conati sunt.

Pag. 113. l. 14. *Causidicorum ordinem statuit euertendum.* In pragmatica Iustiniani sanctione à Petro Pitheo edita cap. 21. Medicis, Causidicis, Grammaticis,

Annonæ reſtituuntur; ergo ablatæ fuerant. Zonaras, *De conſilio Præfecti ſtipendia liberalium artium Magiſtris olim conſtituta in omnibus vrbibus ſuſtulit.* Anonymus in Chronico, ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πέμψας εἰς Ἀθήνας ἐκέλευσε μηδένα τολμᾶν διδάσκειν φιλοσοφίαν καὶ ἀστρονομίαν. *Iuſtinianus Imperator Nuntios Athenas miſit, qui prohiberent Philoſophiam & Aſtronomiam doceri.*

Pag. 114. l. 29. *Duo Romanis Conſules creabantur, Romæ quidem alter, alter Byzantij.* Sæpe quidem vnus ſine Collega Conſul vel in Oriente, vel in Occidente fuit. Sed quid cauſæ eſt, quod antiquorum epiſtolæ & pleraque alia monumenta extant vnico tantùm Conſulis nomine conſignata iis etiam annis, quibus duos faſti Conſules habent? Ex hoc Procopij loco peti poſſe cauſa videtur. Quia ſcilicet aliquo opus erat ſpatio temporis, quo Conſulum creatorum nuncij vltrò citróque perferrentur; interim Prouinciales Conſulem ſolum notabant, cuius primùm notitiam habuiſſent. Syneſius Epiſt. 132. χθὲς καὶ πρώην ἐπὶ τῶν ἐνάρχων ὑπάτων, ὧν ἅτερός ἐστιν Ἀρισταίνετος, τὸν γὰρ συνάρχοντα ἀγνοῶ. *Nudiustertius, nouis Conſulibus, quorum alter eſt Ariſtænetus, Collegam enim ignoro.* Ad hunc locum vir eruditiſſimus Dionyſius Petauius; συνάρχων *Ariſtæneti Honorius Imperator fuit anno 404.* Bene eſt, ſic habent faſti; ſubdit. *Nec mirum ignorari ab Syneſio; etenim Conſularis honos principali faſtigio, velut ſidus Solis lumine condebatur.* Sed ludi, venationes, munera ſtatim initio Conſulatus ab Honorio de more data, publicæ tabulæ eius nomine conſignatæ Conſulem nónne prodebant? Dicamus ex Procopio quod eſt. Syneſius Orientis Conſulem commodè ſtatímque habere potuit, Conſulem Occidentis nec commodè nec ſtatim. In tabulis verò publicis, Conſulis, cuius nomen ignorabatur, ſic mentio fiebat. Φλαβίου Πρωτογένους καὶ τοῦ δηλωθησομένου ὑπάτου. *F L. Protegene, & declarando Conſſ.* Act. 7. Concilij Conſtantinop. ſub Flauiano. Chalcedonēſis Concilij Actiones notatæ ſunt, *Marciano, & qui fuerit nunciatus Conſſ.* in calce Diplomatis Theodoſij ſic legimus, *F L. Antiochi & alterius declarandi Conſulatu.*

Pag. 115. l. 7. *Non eſt omnino Comitia videre Conſularia.* Vt donatiuis, ſtreniſque parceretur, quod hic narrat Procopius, & Iuſtinus apud Corippum confirmat.

Non ſolùm optati iubeo ſpectacula Circi,
Præmia ſed populis, & maxima dona parabo.

lin. 31. *Nam de commiſſis ab eo in Sacerdotes, infrà locus erit.* Vbi tandem? tertiò hîc iam idem pollicetur; neque vllum in hac hiſtoria huiuſce rei veſtigium extat. Nempe de Iuſtiniani ac Theodoræ ſæuitia in Sacerdotes dicere animus erat. Theodora iuſſit Sylucrium occidi, Vigilium fune per vrbem trahi. Iuſtinianus quamplurimos Epiſcopos Africanos cuſtodiis incluſit; viros ſanctiſſimos Eutychium Conſtantinopolitanum, & Anaſtaſium Antiochenum

chenum Ecclesiis expulit. Lege Vict. Tunn. in Chron. Liberatus Diac. in Breuiar. cap.24. *Cætera verò*, inquit, *quæ subsequenter in Episcopos & Catholicam Ecclesiam à Iustiniano facta sunt, quomodo consentientes Episcopi in trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi in exilium missi sunt, vel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc à me silenda.* Vide quæ notaui ad pag.48. & 53.

Pag.116. l.18. *Effracto aquarum ductu.* Fortasse intelligit de Adrianæo aquæ ductu, quem initio sui Imperij Iustinianus restaurauerat. Anonymus in Chronic. Ἰουστινιανὸς ἀνενέωσε τὸν τοῦ Ἀδριανείου ὕδατος ἀγωγὸν, ὃν πρὸ τοῦ τὸ βυζάντιον βασιλεύσαι Ἀδριανὸς βασιλεὺς ἐποίησε τοῖς βυζαντίοις χαριζόμενος. *Iustinianus restaurauit Adrianæum aquæ ductum, quem, antequam Byzantium Imperij sedes esset, Adrianus Imperator fecerat in gratiam Byzantiorum.* Lege Chron. Alexandr.

lin.22. *Frequens multitudo aquatum veniens, sese ad fontes opprimeret.* Theophanes anno Iustiniani trigesimo sexto, μηνὶ νοεμβρίῳ ἀβροχία πολλὴ ἐγένετο καὶ λεῖψις ὑδάτων, ὥστε γίνεσθαι μάχας πολλὰς ἐν τοῖς ὑδρείοις. *Mense Nouembre nullæ pluuiæ fuerunt, & ob id aquarum penuria, ita vt ad fontes multæ pugnæ extiterint.* Et eodem anno, mense Augusto, γέγονε λεῖψις ὑδάτων, ὥστε σφαλισθῆναι τὰ δημόσια λουτρὰ καὶ ἐγένετο φονοκοπία εἰς τὰ ὕδατα. *Talis fuit aquæ penuria, vt publicæ clauderentur balneæ, & ad fontes cædes patrarentur.*

lin.28. *Regia non caperet, in qua priores Cæsares diutiùs pérque libenter versati fuissent.* Ante Iustinianum in diuersis vrbis Byzantij regionibus quinque Regiæ numerantur, quas Autor Descriptionis vocat *Palatia*; præterea *Domus diuinæ Augustarum* sex, *Nobilissimæ* tres. Celebres inter has erant Domus *Placidiæ* & *Marinæ* in Regione prima. Domus *Pulcheriæ* in Regione tertia, & vndecima. Domus *Arcadiæ* in Regione nona & decima; in qua & *Eudociæ* domus fuit. Has domos apud Historicos δεσποινικὰς, & δεσποτικὰς, *Dominicas* appellatas reperies: in quarum aliis Imperatores sedes habuerunt; aliæ recondendis Cæsarum diuitiis erant destinatæ; harum Præfecti *Curatores* dicti, & ex primaria electi nobilitate. Imperante Iustiniano Domus Placidiæ Curator Zimarchus fuit, Iustini Senioris commilito, Domus Marinæ Georgius Theodoræ Augustæ consanguineus. Marinæ domui Belisarij bona, post eius obitum, addicta fuerunt, vt Theophanes ait; τοῖς βασιλικοῖς θησαυροῖς, Zonaras; eam ob causam quam modò dixi. Ad has omnes Regias suas Iustinianus adiecit munificentissimè constructas in suburbano *Heræo* & in *Iucundiano*, quod deinde *Iustinianeum* vocatum est, hodie *Galata* & *Pera*. Procop. lib.1. Ædif. extremo.

Pag.119. l.19. *Alexandrinos id perpetuò contrà vsurpasse atque liceret, reique publicæ interesset.* Impudentissimè mentitus est Hephæstus; Iustinianum verò ab eo decipi turpe fuit. Nam ea Diocletiani largitas in egenos erat omnibus

nota. Et cùm alij, tum Dioſcorus Alexandrinus paucis antè annis in Concilio Chalcedonenſi eiuſdem factus eſt criminis reus, in quod Iuſtinianus incurrit. Nam ille in ſuam rem conuertebat, vt in dato libello narrat Iſchyrion, τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν βασιλέων σῖτον πρὸς τὸ τοῦ παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ἐντοπίοις πένητας παραμυθεῖσθαι, *frumentum ab Imperatoribus conceſſum cùm ad conuenarum, tum ad prouincialium pauperum ſolatium.* Conc. Chalced. Act.3.

Pag.120. l.3. *Dederat Paulum Alexandrinis Antiſtitem.* Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabæ. Miror Euagrium Synchronum in ſerie Epiſcoporum Alexandriæ hunc prætermiſiſſe. Licèt Iuſtinianus Paulũ Alexandrinæ præficiendum Eccleſiæ curauerit, vide tamen in eo initiando Canonum Eccleſiaſticorum obſeruantiá. *Paulus quidam* (ait Liberatus in Breuiar.cap.23.) *vnus Abbatum Tabennenſium Monachorum, ad Alexandrinam ſedem ordinatur Epiſcopus Pelagio interueniente Apocriſario Romano, planè orthodoxus ſuſcipiens Chalcedonenſem Synodum. Ordinatus eſt à Mena Conſtantinopoli præſente eodem Pelagio Reſponſario Vigilij, & Apocriſarius Ephræmij Antiocheni, & Petri Hieroſolymorum.*

lin.10. *Cuius opera facilè Alexandrinorum Primatum ſtudia ad Chalcedonenſis Concilij firmitatem crederet excitanda. Atque ob id Paulus accepit ab Imperatore poteſtatem ſuper ordinationem Ducum, & Tribunorum, vt remoueret Hæreticos, & pro eis Orthodoxos ordinaret, per illos enim populi inualeſcebant.* Liberat. in Breu.cap.23.

lin. 13. *Arſenius quidam.* Cyrillus Scythopolitanus, Ἀρσένιός τις Ἰλλουστρίου ἀξίωμα ἔχων πολλὴν οὐκ οἶδα ὅθεν πάροδον ἔχων παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ Θεοδώρᾳ τῇ βασιλίσσῃ παραδιδάξας τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ χριστιανῶν ὀρθοδόξων πιστῶν κεκίνηκε. *Arſenius quidam dignitate Illuſtris facilem neſcio qua ex cauſa aditũ habuit apud Imperatorem & Theodoram Auguſtam, quos falſis narrationibus contra Chriſtianos, qui in Palaſtina degunt, concitauit.* Subdit Procopius, ſentiebat ille cum Samaritis, verùm ne tantæ potentiæ iacturam faceret, Chriſtianorum ſibi conſultò nomen adſciuerat. Nempe, vt idem Cyrillus narrat, cùm Sanctus Sabas Conſtantinopolim perueniſſet Chriſtianorum Palæſtinæ cauſam acturus, à quo ſibi etiam atque etiam timebat, ob parentis & fratris in Chriſtianos Palæſtinæ ſæuitiam, quódque ambo crudeliſſimum ea de cauſa ſupplicium dediſſent; Scythopoli enim à Chriſtianis incendio interierunt, quod idem Sabas multo antè prædixerat. Σιλβανὸς ὡς ἐπὶ εἰρήνης ἐν Σκυθοπόλει εἰσελθὼν χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς ἁρπαγεὶς ὑπὸ τῶν χριστιανῶν εἰς τὸ μέσον ἐκαύθη τῆς πόλεως. Siluanus Arſenij pater fuit, vt Cyrillus ibidem.

lin.32. *Nullo Principes affecerunt incommodo, niſi quod Regia prohibuêre.* Addit Cyrillus, Ἀρσένιος ἀφανὴς ἐπὶ χρόνον γέγονε τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν κελεύσαντος. *Arſenius ſe ad tempus occuluit, quod eum interfici iuſſerit Imperator.* Id fortaſſe per ſpeciem; quare per ſimulationem & ipſe Chriſtia

Christianorum mysteriis tum est initiatus.

Pag. 121. l. 7. *Theodoram offendit, quæ contrariis Cæsaris studiis, vt infrà dicam, ea in reniti visa est.* Id est, in causa Chalcedonensis Concilij; nam Iustinianus συνοδίτης, *Conciliaris* erat: contrà, Theodora damnabat eam Synodum, amplectebatur Seuerum, Acephalos, Monophysitas, Theopaschitas, & alios eius temporis Hæreticos. Vide Euagr. lib. 4. Victor Tunn. ad Consulatum Basilij, & ad Consulat. Decij. *Theodoræ Augustæ factio vnum de Trinitate passum asserens non secundum quid, sed absolutè, suscipiendum cunctis generali lege imponit, & à Clericis atque Monachis subscriptiones violenter exegit.* Sanctus Sabas, vt Cyrillus refert, orare noluit pro sobole, quam sibi Theodora concedi à Deo petebat, ἵνα μὴ οἱ υἱοὶ αὐτῆς τῶν Σευήρου θηλάσωσι δογμάτων, καὶ χεῖρον Ἀναστασίου ταράξωσι τὴν ἐκκλησίαν. *Ne, inquiens, eius quoque filij Seueri dogmata gustarent, & quàm Anastasius periculosiùs Ecclesiam perturbarent.* Quare bis anathemate perculsa est, semel ab Agapeto, vt idem Victor affirmat ad Consulatum Iustini; iterum à Vigilio. Sanctus Gregorius lib. 9. Epist. 36. *recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe Regia constitutus contra Theodoram tunc Augustam, & Acephalos damnationis promulgauit sententiam.* Quod hîc de Concilio Chalcedonensi, & de contrariis factionibus dicturum se pollicetur Procopius, omnino desideramus; idem octauo libro superioris historiæ innuebat, vt ad pag. 53. notaui.

lin. 10. *Psoëm Diaconum Rhodoni Præfecto necandum tradit.* Bene cum tota hac historia de Psoë conueniunt quæ Liberatus eodem loco narrat. *Cogitante Paulo Episcopo remouere Eliam Magistrum Militum, Psoius Diaconus quidam & Economus Ecclesiæ, amicus Eliæ per portitores litterarum velocissimos pedestres, quos Ægypti Symmacos vocant, omnia molimina Pauli Eliæ scribebat. Contigit autem Paulum inuenire litteras eius Ægyptiacè scriptas & legere, & timens quod de Proterio contigerat, sollicitus de eo factus est, & cœpit Psoium compellere, facere rationes Ecclesiæ. Quem tradidit Iudici, & Imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexãdriam Rhodo erat Augustalis. Qui eum accipiens custodiendum vsque ad Imperatoris præceptum, consilio cuiusdam prioris Ciuitatis nomine Arsenij acceptis muneribus, inscio, vt fertur, Episcopo, clàm nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cuius filij & affines Imperatorem interpellantes, suggesserunt ei qua vi eorum parens mortis debitum persoluisset. Quod audiens Imperator vocauit Liberium, & fecit Augustalem, misitque eum Alexandriam inquirere causam. Ad quam vrbem Liberius cùm venisset, Rhodonem ad se venire iussit, & ab eo requirebat quomodo occidisset Diaconum. Ille verò respondit, iussione Episcopi fuisse factum: habere se Imperatoris delegationem aiebat, vt quidquid iuberet Episcopus, modis omnibus impleret. Sed negante Paulo Episcopo, & se nescire clamitante, prior ille Ciuitatis Arsenius homicidij illius autor inuentus, morte mulctatus est. Porrò Paulo Episcopo Gazam in exilium misso Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim. Cuius gesta cùm intra palatium Principi*

 legerentur,

legerentur, iuſſit eum ab ſcurrone duci, & foras Regiam ciuitatem occidi.

lin.23. *Antiſtites viros probatos, Alexandriam de cauſa cognituros mittit.* Cauſa quidem Alexandriæ, vt ait Procopius, cognita eſt; ſed Gazæ, vbi Paulus exulauit, depoſitus eſt, vt idem Liberatus narrat, & Cyrillus Scythopolitanus.

Pag.123. l.24. *Iuſtiniano libuit Chriſtianorum ſanctiones peruertere.* Etſi paſſim in Nouellis vindicem atque cuſtodem Canonum ipſe ſe appellet. Vtrum grauius fuit Eccleſiaſticas ſanctiones peruertere, an præſcribere? Hoc tam licenter fecit Iuſtinianus, vt quidquid inſigne in Eccleſiaſticis Canonibus eſt, ſua voluerit authoritate ſtabilitum, declaratum, ac pœnis vindicatum. Inde factum eſt, vt Eccleſiarum Orientis Epiſcopi eas ſibi regularum collectiones concinnare cœperint, quas Νομοκανόνια, ſiue Νομοκανόνας vocant. Quorum primus autor fuit Ioannes Scholaſticus, qui Eutychio C P. in exilium pulſo ſuffectus à Iuſtiniano eſt. Extat in Vaticana Bibliotheca Ioãnis illius Νομοκανών in quinquaginta titulos diſtributus. Sed ea Iuſtiniani immoderata licentia quemadmodũ in Occidentis Eccleſias minimè peruaſit, ita in Oriente Patriarcharũ vel oſcitantia, vel adulatione inualuiſſe videtur.

lin. 28. *Alienæ manus mentiendæ peritus.* Horum infinitam ſuo tempore fuiſſe multitudinem, Iuſtinianus ipſe confirmat ea lege quam contra eoſdem tulit. Nouell. 73.

Pag.124. l.30. *Ille accepta pecunia mox legem ſcribit*, &c. Centenariæ præſcriptionis Eccleſiis à Iuſtiniano conceſſæ, occaſionem hic vides. Præterea non tantùm Eccleſiæ Romanæ, vt ex Nouella 9. quidam colligunt præſcriptionem centum annorum amplificatam fuiſſe; ſed hanc legem in vniuerſo Romano Imperio perinde valuiſſe.

Pag.125. l.10. *Quibus ex tanta temporum diſtantia, atque nocte rerum olim geſtarum, nulla defenſio ſuppeteret.* Adeò incommodum atque abſurdum hoc viſum eſt, vt vel hac de cauſa centenariam præſcriptionem Iuſtinianus reuocare coactus ſit, atque omnino tollere, vt habes in Edicto quinto, cui falſus eſt titulus *De litigioſis* præfixus. Ἐπειδὴ δὲ, inquit, διὰ τοσούτου διαστήματος τοῦ αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ τοῦ χρόνου, οὔτε ἡ ἀκεραιότης τῶν ἀποδείξεων, οὔτε ἡ πίστις τῶν πεπραγμένων, οὐδὲ ἡ ἡλικία ἰσχύει βοηθῆσαι τοῖς μάρτυσι. Mirum eſt à Procopio de reuocatione huius centenariæ præſcriptionis nihil dici. Fortaſſe id Iuſtinianus curauit poſt annum Imperij ſecundum atque trigeſimum, quando hæc Procopius ſcripſerat.

lin. 32. *Si quando enim Paſchatis celebritatem.* Non Hebræis modò, ſed ipſis etiam Chriſtianis vertentem Paſchatis diem inuertere Iuſtiniano placuit. Nam anno eius Imperij vndeuigeſimo, vt narrat Theophanes, ἐγένετο διαστροφὴ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα, καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ τετάρτῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα πραθῆναι κρέα, καὶ πάντες οἱ κρεωπῶλαι ἔσφαξαν καὶ προέθηκαν, καὶ οὐδεὶς ἠγόραζεν,

οὔτε

ὥστε εἰδῆσαι. τὸ δὲ πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν. *Facta est euersio*, vt vertit Anastasius, *de Sancto Pascha, & à carnibus cœpit vulgus abstinere Mense Februario, die quarta. Imperator autem præcepit alia hebdomada carnem apponi, & omnium carnium venditores occidère & apposuère, & nemo emebat, aut edebat. Porrò Pascha factum est, vt Imperator iussit, & inuentus est populus ieiunans hebdomada superflua.* Ex hoc loco corrige Nicephorum Callisti lib.17.cap.32. qui idem perperam narrat.

Pag.126. l.11. *Liberio, de quo paulo antè memoratum.* Erat Patricius Romanus à Theodahato Gotthorum Rege ad Iustinianum ablegatus. Diuersis Magistratibus in Oriente functus est. Tandem contra Gotthos senex licèt & bellorum inexpertus in Italiam mittitur.

Pag.127. l.15. *Eudæmon frequenti numero propinquorum relicto paulo pòst intestatus decessit.* Cuius ob id omnia bona Iustinianus rapuit nulla habita propinquorum ratione; idem narrat de Euphrata Eunucho; de Triboniano & ex Agathia, de aliis diximus suprà ad pag. 55. Iustinus Iunior tantam non tulit Iustiniani impietatem, vt Corippus scribit; verùm

——— ——— —— aliena pecunia, dixit,
Reddenda est, viuus patri qui substitit hæres,
Thesauros fidis priuatos ferre ministris
Imperat. ——— ——— ———

lin.18. *Euphratas.* De quo mentio est lib.8. historiæ non longe à principio.

lin.26. *Irenæi.* Vide Euagr.lib.4. cap.4. & Chron. Alexandr. ad Consulatum Iustiniani 3. & ad Consulatum Lampadij & Orestis, & Procop. lib.1. bell. Pers.

Pag.128. l.11. *Quartam hæredes haberent.* Lege Nouell.38. Anonymus in Chron. Δοκῶν εὐνομεῖν Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς πρᾶγμα ἐπεχείρει παρανομώτατον, τῶν γὰρ τελευτώντων τὰς περιουσίας οὐκ εἴα κληρονομεῖν τοὺς ἐκ γένους, ἀλλὰ τῷ δημοσίῳ προσαφώριζε. *Iustinianus Imperator specie pietatis rem iniquissimam aggressus est; nam hæreditates defunctorum cognatos adire minimè permisit, sed fisco eas addixit.* Sic Belisarij bona Augustæ Domui Marinæ, vt suprà diximus, addicta sunt à Iustiniano.

Pag.129. l.14. *Malthanes.* In Inscriptione Nouellæ 142. est Μαρθάνῃ, in Epistola Iustiniani, & Actis Synodi Mopsuestenæ, *Marthanij.* vnde colligitur, Malthanem anno Imperij Iustiniani vigesimo quarto in Cilicia fuisse; nam Mopsuestia oppidum est secundæ Ciliciæ, vbi Concilium aduersus Theodorum celebratum est, cui Malthanes iussu Cæsaris interfuit.

Pag.130. l.32. *Priores Romani Principes.* De Augusti cura hac super re lege Suetonium. Pius, vt Capitolinus ait, *vehicularium cursum summa diligentia subleuauit.* Seuerus, vt scribit Spartianus, *vehicularium munus à priuatis ad fiscum traduxit.* Imperatores ipsi Cæsar, Nero, & alij per dispositos equos vel vehiculis

culis

culis ac rhedis propè incredibili celeritate itinera longissima emensi sunt. Vide Val. Max. lib.5. cap.5. Plin. lib.7. cap.5. Plutarch. in Cæs.

lin.33. *Vt quàm celerrimè ex nunciis cognoscerent.* Suetonius in Augusto eandem sententiam sic extulit. *Et quo celeriùs, ac sub manum annunciari cognoscique possit, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primò modicis interuallis per milliarias vias, dehinc vehicula disposuit commodiùs*, &c.

Pag.131. l.8. *Octona fermè stabula.* Græcam vocem σαθμὸν cum de Veredariis sermo est, à bonis autoribus *stationem* vel *mansionem* dici non ignoro; sed *stabulum* tam trito vsu prisci dixerunt, vt de Romanis vocabulis quæ ad Græcos transierunt, hoc etiam sit. Autor vitæ Sancti Hypatij, qui Arcadij Imperatoris tempore floruit, πλησίον τ̃ μονῆς σάβλος ὑπῆρχεν ἐν ᾧ εἴσιν οἱ ἵπποι τ̃ δρόμου. *Prope Monasterium Stabulum erat in quod equi publici cursus diuertunt.* Procop. lib.5. Ædif. καταλυτήριον τῶν βεϛεδαρίων. *Diuersorium Veredariorum.* Byzantio in Asiam iter facientibus statim occurrebant Stabula in Rufiniano, Chalcedone, Dacibizæ, Nicæę, Helenopoli, Sasimis. Qui Vici & Vrbes σαθμοὶ à Scriptoribus hac de re vocantur. De quo nomine, déque aliis publici cursus incommodis suam Sasimorum Ecclesiam ita describit Gregorius Nazianzenus.

Σταθμὸς τίς ἐστιν ἐν μέσῃ λεωφόρῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὃς σχίζεται εἰς τρισσὴν ὁδὸν, &c.
Κόνις τὰ πάντα καὶ κόνις σὺν ἅρμασι,
Θρῆνοι, στεναγμοὶ, πράκτορες, στρέβλαι, πέδαι,
Λαὸς δ᾽ ὅσοι ξένοι τε καὶ πλανώμενοι,
Αὕτη Σασίμων τῶν ἐμῶν ἐκκλησία.
In Regiæ medio viæ est vicus situs
Qui scindit in tres se vias, &c.
Hic cuncta strepitus, puluis hic cum curribus,
Lamenta, fletus, carnifex, & compedes,
Tormenta. Ciues hospites hic & vagi.
Erat hæc meorum Sasimorum Ecclesia.

Σταθμὸν, *Vicum* Bilius transtulit, *Mansionem*, vel *Stationem* veriùs dixisset; sic enim efferendam puto commodiùs eam vocem, cùm de vrbibus vel oppidis vbi stabula Veredariorum erant, autores loquuntur.

lin.14. *Equis quàm exercitatissimis aliis aliunde succedentibus feruntur.* Synesius Epist. 132. Οὐδεὶς βασιλέως ἀγγελιαφόρος δημοσίαν ἵππον ἀμείβων ἔξεισι τ̃ πόλεως, ᾧ μὴ τὰ πρὸς τὴν σὴν λογιότητα μέρος γίνεται τ̃ κατ᾽ αὐτὸν φορτίου. *Nullus Imperatoris Veredarius equum publicum mutans vrbe proficiscitur, cui non humeralis sarcinæ pars aliqua sit quod ad eruditionem tuam mittitur.* Non solùm equis cursum conficiebant, sed curribus, vt Nazianzeni locus ostendit, & rhedis, vnde Veredi.

Pag.133.l.26. *Porphyrionem maritimum pagum.* Talis fuit vt Episcopum haberet. Iustiniani tempore Theodorus eam rexit Ecclesiam, qui in epistola Epiphanij tum Tyriorum Antistitis subscriptus habetur. Huic deinde successit sub eodē Iustiniano Christophorus, qui Concilio Constantinopoli à Menna celebrato interfuit, vt ex hac eius manu liquet, Χριστοφόρος Πορφυρεῶνος φοινίκης παραλίας. Vide Notas Censorias.

lin.31. *Cùm in conspectum Iustiniani, Theodoræque venirent tum alij,* &c. *vtrumque Principis pedem osculo prosequebantur.* Alios inferioris ordinis id obseruasse credibile est, quando Patriciorum hic vsus erat, vt hic habes, & pag.68. & 69. Corippus lib. primo,

——— ——— ——— & poplite flexo
Plurima diuinis supplex dabat oscula plantis.

De Persarum legatis idem narrat Menander Protector lib. primo. Ab Ecclesiasticis idem seruatum ostendere videntur Episcoporum & Monachorum litteræ ad Iustinianum, ὁ Ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης Ἀγαπητὸς ὁ ἀξιωθεὶς τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰχνῶν. *Archiepiscopus veteris Romæ Agapetus qui ad piorum vestrorum vestigia pedum admissus est.* Et Monachi, ἐδεήθημεν τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰχνῶν, *piis vestris vestigiis supplicauimus.* Et alibi, ἅμα πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πρεσβυτέροις εἰς τὰ ἴχνη τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δραμεῖν, *simul cum nobis Presbyteris ad vestigia piissimi Imperatoris nostri accurrere.* Ab Ecclesiasticis hoc genus obsequij minimè requisiuisse Iustinianum palàm est; imò à Patriarcha in ingressu discessúque benedici consueuisse Innocentius Maronianus eius temporis Scriptor testatur in epist. ad Thematem. *Piissimus atque amator Dei Imperator noster accersito Sanctissimo Patriarcha Epiphanio præcepit nos ingredi cum ipso, & postquam locutus est ei quæ Deus illi inspirauit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro eius pietate.* Si hoc est, quî credere Græcis possumus Agapetum Romanum Iustiniani vestigia veneratum fuisse, cùm ad eum patris præ se ferens autoritatem accesserit? nam in Epistola ad Petrum Hierosolymitanum; *Cùm itaque peruenissemus,* inquit, *ad comitatum Serenissimi Imperatoris filij nostri,* &c. Sic Imperatores Romanos appellauêre Romani Pontifices; quod dicere neque Epiphanius Patriarcha, neque alius Græcorum seuerissimus censor, & Ecclesiasticæ dignitatis vindex vnquam posset. Illa verò loquendi consuetudo est, & Græca quædam adulatio. Orientis Episcopi suis Imperatoribus ita semper blanditi sunt. Photius Tyrius Marciano Augusto, δέομαι οὖν προσκαλινδούμενος τῶν ὑμετέρων ἰχνῶν. *Oro igitur ad vestrorum pedum vestigia prouolutus.* Eustathium Episcopum Beryti non puduit Imperatoris etiam ministros illa dicendi forma venerari τῶν ποδῶν ὑμῶν, *per vestra vestigia*, qui nonnisi vsu Græcanico excusari potest, dummodo vsus ipse dignus excusatione sit. Qui etiam ante Iustiniani tempora sic inualuit, vt Sabas vir Sanctus cōsueta suæ genti

locutione Anaſtaſio Imperatori Hæretico dixerit; ἦλθον εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας. *Veſtræ pietatis veſtigia adoraturus veni.* Agatho Pontifex Romanus in ſummo Catholicæ fidei diſcrimine hoc vſus eſt Orientalium more per Epiſtolam, vt eo vehementiùs Conſtantini Augusti animum ad religionis defenſionem permoueret. *Tanquam præſentialiter proſtratus*, inquit, *& veſtris veſtigiis prouolutus, quæſo.*

Pag.135.l.12. *Romanorum opes: pars direptas à Barbaris; pars à Cæſare in diuerſis latebris retruſas affirmare.* Quidquid alij opinarentur, graue æs alienum Iuſtinianus reliquit, quod Iuſtinus ſucceſſor diſſoluit, vt Corippus affirmat lib.2.

Plurima ſunt viuo nimiùm neglecta parenti,
Vnde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus,
Reddere quæ miſeris moti pietate paramus.

& paulo pòſt;

—— —— Innumeræ mox aduenêre cateruæ,
Fortia centenis oneratáque brachia libris
Depoſuêre humeris. Turmæ glomerantur in vnum,
Et totus fuſo Circus reſplenduit auro.
Tunc poſita ratione palàm, populóque vidente
Debita perſoluit genitoris, cauta recepit.

lin.16. *Ex rebus humanis exceſſerit.* De Iuſtiniani morte nihil Procopius, nam poſt hunc librum ab eo abſolutum, totum ſeptennium Iuſtinianus ſuperfuit. Antiqui Scriptores ſilent; ex recentioribus Sabellicus Enneade 8. lib.4. & Octauius à Roſbergh mente captum obiiſſe affirmant. Id quidem de Iuſtino Iuſtiniani nepote etiam veteres narrant; & illius ætatis hiſtoricus Menander Protector lib.2. Num ſicut inſcitia Iuſtini Senioris, ita Iunioris dementia ob nominis ſimilitudinem (vt ſuprà ſæpe notauimus) Iuſtiniano adſcripta eſt? At legiſſe me memini apud Suidam antiqui & boni autoris hæc verba. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς εἴτε ὑπὸ γήρως τὰ καίρια μὴ φρονῶν, εἴτε ἄλλως ἔμελλε τὴν ὀρθογνώμονα περὶ χριστοῦ δόξαν διακυκήσειν, εἰ μὴ ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο. *Juſtinianus verò vel propter ſenectutem, vel alia de cauſa minimè ſana mente paratus erat ad Orthodoxam de Chriſto ſententiam perturbandam, niſi ex humanis exceſſiſſet.* Neſcio an ex Euagrio id confirmari poſſit lib.4. extremo, ἀοράτως τρωθεὶς τὸν βίον κατέστρεψε, *ex occulto perculſus hanc vitam finiuit*; & lib.5.cap.1. Οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἀπαξάπαντα ταραχῆς καὶ θορύβων πληρώσας, καὶ τὰ ἐπίχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου κομισάμενος εἰς τὰ κατωτάτω μετεχώρησε δικαιωτήρια. *Juſtinianus igitur, cùm omnia omnino turba ac tumultu compleuiſſet, mercedémque his rebus debitam in extremo vitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia iuſto Dei iudicio apud inferos luenda profectus eſt.*

NICO



NICOLAI ALEMANNI IN HISTORIAM ARCANAM PROCOPII

NOTÆ CENSORIÆ.

Pag.1.l.16. ΤΩ δὴ ἀναγεγράφεσθαι τρόπῳ. Non quoquo modo ſcribere; id enim citra periculum Procopius poterat: ſed quo oportebat modo, hoc eſt, non ad gratiam, ſed liberè, ac verè. Quare legendum, ὅτῳ ἔδει ἀναγεγράφεσθαι.

Pag.2. l 10. αὐτῶν ἁμαρτανομένων. Corrige, τῶν ἁμαρτ.

lin.17. τὸν, pro τὴν, nam ſequitur μόνην.

Pag.4. l.20. ἔσκοτα ἐνδείξηται τὸ εἰς αὐτὸν ἄχθος. Lege ἔχθος. Licèt autem in altero ms. habeatur ἔγχιστα, pro ἔσκοτα, hanc tamen retinendam lectionem cenſeo, quam ſententia requirit.

lin.39. τῶν Περσιδίων. Sic & in reliqua hiſtoria; in qua cùm frequens ſit Perſarum nomen, cum eo confudit Græcus librarius Latinam, ſibíque ignotam vocem Πραισιδίων. Latinum nomen eſt Præſidius, Auxilius, & his ſimilia, de quibus Auſonius;

De rectum caſum iam ſolecismus erit.

Præſidius eſt etiam ille Africanus Epiſcopus, quem falsò ſcribunt *Perſidium* in Concilij Epheſini editionibus.

Pag.5. l.9. ἵνα ἤδη τότε. Legendum, ἵνα δή.

P 2   lin.13.

lin.13. ἰὼ τις αὐτοῦ πὰρ' ὅτῳοῦν αὐτῇ. dele αὐτῇ.

lin.16. ὅτι δὲ αὐτὸς. Sententia postulat δὴ pro δέ.

lin.29. ἐνθάδε ἀπαλλαγέντα. Imò ἐνθένδε.

lin.37. Θεοδόσιον ἐδεδίοσετο τοῦ συνειδέναι. Vel, Θεοδόσιος ἐδεδίοσετο τοῦ, &c. vel, Θεοδόσιον ἐδεδίοσετο τὸ συνειδέναι. Posteriore construendi ratione infrà pag.108. Procopius vtitur, & libro quarto Ædificiorum, τοῦτο ἀπέχειν τὰ τῶν βαρβάρων δεδιότες γῆν.

Pag.6. l.3. μοιχαλίδα εἶναι. Nihil mutes. His dicendi formis scatet vniuersa huius Autoris historia.

lin.4. ἥκιστα ἀξιοῦσαν. Vt oratio, sensúsque cohæreat, altera addenda est negatio. Repone, ἥκιστα ἀπαξιοῦσαν.

Pag.7. l.2. ἐρεσχεῖν. Alter ms. liber, ἐρεσχελεῖν, bene.

lin.6. πάντα ἐκίνει. Aptius πάντας, eos nempe quos quotidianis litteris in filium commouebat.

lin.9. ὃς δὴ ἀπαγγέλλεται. In altero ms. ὃς δὴ ἀπήγγελε. Fortasse aptiùs ad Photij consilium, eiúsque, & nuncij compactum legas, ὡς δὴ ἀπαγγέλλοντα.

lin.10. Θεοδόσιον ξὺν Ἀντωνίνῃ. Supple ex altero ms. Codice, λάθρᾳ ξὺν Ἀντωνίνῃ.

lin.14. ὡς παρὰ τοῦ Φωτίου πόδας. Vltima præcedentis vocis syllaba ὡς hic hæsit; delenda. Reliqua corrige, παρὰ τοὺς Φωτίου πόδας.

lin.20. ὑποπιτθοῦ τρεφόμενον. An ὑπὸ πιτθοῦ? An melius ὑπὸ τίτθης? sed illa est Procopio vox familiaris.

lin.31. οὐχ ἅμα. τί γάρ; Hunc locum à librario vitiosissimè scriptum ita restituo, οὐχ αἵματι γὰρ ἀλλ' ἔργοις. Suidas, qui legit, οὐ ῥήμασιν, ἀλλ' ἔργοις, de suo eam vocem apposuit: nihil certè facit ad sententiam, quam vult Belisarius exprimere; suum in Photium amorem factis commendare nititur, cùm sanguinis coniunctione non possit, nam Belisarij priuignus erat Photius. Apud Suidam illud etiam perperam legitur, ὀργὴν, pro στοργὴν.

Pag.8. l.13. δεδιέναι, & alterum quod sequitur verbum infinitum δυσωπεῖν, si ad ὡμολόγει referas, credibile non est tam apertè, ne dicam ineptè, Photium inconstantiam animi, infidum ingenium, & crudelitatem obiecisse Belisario. Modestiùs eum metum præ se tulisse Photium oratio ipsa indicabit, si legamus, δέδιε γὰρ, & infrà, ἐδυσώπει. Præterquàm quod τὸ θαρσεῖν οὐ σφόδρα ἔχων, bene cohæret cum δέδιε, non autem cum δεδιέναι, & δυσωπεῖν.

lin.31. καὶ τὰ χρήματα οὐδενὶ πόνῳ χειρώσασθαι. Infinitum verbum χειρώσασθαι pendere inde, ἔδοξεν ἀξύμφορον εἶναι, vnde maximè deberet, ipsa secum pugnans sententia prohibet. Nam tantùm abest, vt illud consilium ἀξύμφορον esset, vt maximè πρόσφορον & εὔκαιρον id futurum fuisse Belisarius ac Photius existimarint. Hæc ἀναπόδοτα passim apud Procopium occurrunt, quibus mederi interpretatione studuimus.

lin.40.

lin.40. τὺν αὐτοῦ παῖδα. Ita & alter ms. Codex Vaticanus; ſed reponendum τὴν αὐτοῦ παῖδα, cui Euphemiæ nomen fuit, de qua libro primo belli Perſici extremo.

Pag.9.l.4. διαπεπραμένη. legendum, διαπεπρασμένη.

lin. 9. Ἰσαυρῶν φρούριον. Libri mſs. & impreſſi variant, Ἰσαυρηνὸν, Σισαβρανὸν, Σισαῦρον, Σισαύριον. Apud Procopium libro ſecundo Ædificiorum Σισαυράνον, Photius Σισαύρων, Theophylactus Sideta Σισάρβανον.

lin.11. πρός τε ἀνέλλεται. Nihil eſt; ſcribe, ἀγγέλλεται.

lin.18. ἀλλ' ὅπερ μοι. expunge, μοι.

lin.29. ὅπως εἴδῃ ἄν. Expedita erit lectio ſi ſcribas, ὅπως ἐπειδὰν τάχιστα.

Pag.10.l.4. οἶμαι αὐτὸν. Ex altero ms. adde, ἄν.

lin.7. ἀντισταθμοῦντος σφίσιν. Hoc eſt militibus, licèt de ſolo Beliſario dicere paulo antè cœperit, οἶμαι αὐτὸν ξύμπαντα λῄσασθαι. Ita Procopius infrà, & alibi ſæpe.

lin.9. ὅσα τε ῥωμαίων ἄλλοι. Planè legendum, ὅσοι.

lin.25. διεφθάρθη ξυνέβη. Repone, διεφθάρθαι.

lin.31. μληχάμην. In aliis tum impreſſis, tum mſs. libris legitur βληχάμην, ob ſimilitudinem ſecundæ & duodecimæ Græcorum litteræ.

Pag.11.l.14. ἔπι.* καθαρὸν ἦν ἐν τῷ μήδων στρατῷ.* Ex iis quæ narrat Procopius libro ſecundo belli Perſici de morbo, quo Romanus miles laborauit in prouincia Meſopotamiæ, expleri hæc lacuna poſſe videtur. ὅτι τε οὐ πάν καθαρὸν ἦν ἐν τῷ μήδων στρατῷ, hoc eſt, *nec ab omni erat morbo vacuus Perſarum exercitus.*

lin.18. ἐσβάλοι μὲν ἐν σπονδαῖς. Alter ms. Codex, ἐν σπουδαῖς: vtrumque vitioſum Procopium ſcripſiſſe non dubito ἐκσπόνδου: nam violatæ fidei Choſroëm accuſant.

Pag.12.l.15. ἔρωτος ἡσσηθεὶς διαπόρει. Appoſitè ad ſententiam, lege διαπύρει. quæ ſuprà, quæ infrà narrantur, hanc lectionem comprobant.

lin.18. Φώτιος ὁ κάτοικος ἐς τὴν ἔφεσον στέλλεται. Alter ms. habet κάτοχος, quod probo.

lin.32. βελισάριος ξὺν αὐτῇ ἐς βυζάντιον μεταπέμπεται. Ex vſu linguæ Græcæ legendum, βελισάριον.

lin.38. ἀφικομένοις. Adde ex altero ms. Vaticano, κεκρυμμένως ἐς τὰ μάλιστα.

Pag.13. l.6. ἀμείβεσθαι δώροις. Si ad proximum εἰδείη referas, lege ἀμείβοιτο: ſi ad πεποίηται, aptius erit ἠμείβετο.

lin.20. ἐς ἀξίωμα τιμῆς ἥκοντα. Perſpicua erit ſententia, ſi cum altero ms. legamus, ἀξίωμα βουλῆς. Sic infrà pag. 45. lin.15.

Pag.14. l.1. κατά τε τοῦ νόμων, καὶ τοῦ νότου. Rectè alter ms. liber, κατά τε τοῦ νώτου, καὶ τῶν ὤμων.

lin.5. τὰ ὁμωσμβύα. Sic infrà ſæpe librarius mēdoſè ſcribit. Repones ὁμωμοσμβύα.

lin.9. ταλαιπωρίας τινὸς ἔμπειρος. Contrarium narrat. Ex altero Codice Vaticano legamus, ἄπειρος.

Pag.15. l. 8. ὃς περὶ βυζαντίοις. Alter ms. παρὰ.

lin.24. ἀνεχώρησιν αὐτῆ ἀπάντα. Et in altero ms. ἐνεχώρησιν, quod eſt συνεχώρησιν.

lin.25. τελῶν μδὺ οὖν αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον. Sequitur in altero ms. Vaticano', ἐν ταύτῃ τῇ διαίτῃ ἐτελέσθη.

Pag.16. l.5. κακότατα ὦφλε. Repono hîc verbum caſtrenſe κακότητα. Vnde ἐθελοκακῆσαι, quod ſtatim ſubdit.

lin. 9. Καλλίνικον πόλιν. In recto ἡ Καλλίνικος: nam alibi perperam eſt Καλλίνικον, & apud Ortellium Callinicum. Libanius in Epiſt. ad Ariſtænetum. Σταθμὸς τίς ἐστι περὶ τὸν Εὐφράτην Καλλίνικος ὄνομα αὐτοῦ, Καλλινίκου γὰρ ἐνταῦθα ἀποσφαγέντος ὁ Σοφιστὴς γίνεται προσηγορία τοῦ τόπω.

lin.38. μεστὴ ἐξεγόνει. Adde θυμοῦ, vt ſententia conſtet; niſi malis ἐλλειπτικὴν eſſe locutionem. Infrà pag.59. lin.40. ἠγειρόμενος καὶ ζέστερως μεσοῦσθαι ἐδόκει.

Pag.17. l.19. Si coniecturis indulgere licet, lacunam ſic expleo, λόγον μδύτοι ἢ μνήμην ποιεῖσθαι τούτου (vel αὐτοῦ) τινὰ οὐδεὶς ἐτόλμα. Ne ſcilicet in Theodoræ offenſionem & odium incurreret.

lin.40. ἀπεῖπον. Lege ἀπεῖπε, de Iuſtiniano loquitur.

Pag.18. l.6. μαθοῦσα δὲ ἡ βασιλὶς πολλὰ ἐπὶ τὸ ἔσω χρήματα εἶναι. Cui? ſcilicet Beliſario; quare in altero ms. rectè eſt οἱ.

Pag 19. l.16, ἑλκύσας. Quid ſi legamus, ἐκλύσας?

lin.23. ἐγὼ δὲ τὰ πολλὰ ὀφείλουσα. Articulus τὰ redundat.

lin.24. ταύτης δή. Alter ms. liber, ταύτῃ δή, vtrumque ἀμφίβολον, nam ad Antoninam referri videtur. Si ſine libris mouendum nihil ſit, & priorem lectionem retineamus, ſubintelligendum erit ἕνεκα: ſi poſteriorem, ταύτῃ δή, idem erit atque, ταύτης δὴ ἕνεκα τῆς αἰτίας.

Pag.20. l.33. οὐδαμῶς εἴη. Impedita nimis ſententia eſt. Cenſeo legendum εἴα, nam ait Antoninam repugnaſſe.

Pag.22. l.4. ἐς πεντάετες ἀποβῆναι ἴσχυσε. Procopius lib.3. belli Gotthici hoc idem narrat. γῆς μδὺ τῆς ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῆ ἐπιβάς. Quare hîc quoque addenda negatio eſt, atque ita reliqua ſunt caſtiganda. τῆς μδὺ γὰρ γῆς ἐς πεντάετες ἐπιβῆναι οὐδαμῆ ἴσχυσε.

lin.6. ὅτι μὴ ἐνθάδε ὀχύρωμα ἦν. Imò erant præſidia in quæ Beliſarius recipere ſe poterat; ſed hæc, & quæ ſequuntur, fœdè à librariis corrupta, ex eodem libro 3. belli Gotthici, ad quem huius loci interpretationem conformauimus,

formauimus, restitui possunt: ἔκ τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίου τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος.

lin.10. Τωπίλας ἢ λυσσῶν. Addit alter ms. ἰῶν.

lin.29. ξὺν τοῖς ἑπομένοις, καὶ τοῦ.* Sublato asterisco repone Σπολετίῳ. quod habes libro tertio belli Gotthici, vbi hæc de Herodiano narrantur.

lin 31. Ἰωάννῃ τῷ Βιταλιανοῦ ἀδελφιδῷ. Ex aliis historiæ libris colligitur Vitaliani sororis filium esse hunc Ioannem, quare scribendum Βιταλιανοῦ.

lin.40. μέχρις αὐτὴ τοῦ βίου. Alter Codex Vaticanus, μέχρις αὐτοῦ τοῦ βίου, quasi toto vitæ tempore Germani liberi Iustinus & Iustinianus sine vxoribus fuerint. Haud ita est. Quare legendum censeo, μέχρις αὐτὴ ἐβίου, nempe Theodora; idque in historiis clarum est.

Pag.23. l.3. πρὸς Βελισάριον σταλείς. Imò à Belisario ad Iustinianum missus est auxilia petiturus, vt habes libro tertio belli Gotthici. Lege ergo, πρὸς Βελισαρίου.

lin.15. τὴν οὐκ ἔχουσα τις γυνή). De forma loquendi nihil muto; eadem vtitur Autor infrà pag. 49. lin.34. Verùm pro τὴν, lege ἡ δὲ.

lin.21. ἀπόλλειν. In altero ms. est, ἀπολεῖν.

lin.26. τὴν τε γὰρ βασιλίδα ταύτην ἐπισεῖλαι. Legendum ταύτῃ, hoc est, Antoninæ, à qua sibi timebat Ioannes.

lin.29. σταθμωμένη τρόπον. Hoc si referas ad τὶς præcedens, σταθμώμενος legas necesse est, & statim pro ἐπισαμένῳ, ἐπισάμενος.

lin.30. Βελισαρίῳ. Repone Βελισάριον.

lin.31. δέος ἐγίνετο μ[illegible]. Adde, δέος οὖν, sic constat sententia & Grammatica.

Pag.24. l.2. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα. Legendum, τὰ μὲν.

lin.5. ἐπὶ αὐτοῦ. Nescio an legendum sit, ἔπι αὐτοῦ.

Pag.24. l.12. τῷ θυγατριδῷ. Neptem ex filia nullam habuit Theodora. Deinde feminam cum femina coniungeret? Repetit historiam Procopius, quam suprà pag. 20. lin. 18. exorsus est narrare de nuptiis Ioanninæ Belisarij filiæ, & Anastasij, quem ibidem lin.27. & hic lin.20. Theodoræ θυγατριδοῦν appellat.

Pag.25. l.20. τοῦ ἀπίσου ἀνδρὸς. Non dubito scripsisse Procopium, τοῦ ἀπίσου τἀνδρὸς, atque ita perspicua sententia est.

lin.35. ὡς δὴ αἰπώτατος γέγονε. Ex Grammaticæ ratione, ὃς.

lin.37. τότε πρὸς λευθά. Lego λευθὰς, vt est libro secundo belli Vandalici, & hic infrà. Aliter libro sexto Ædificiorum, μαυρούσιοι (ὃ) λευκάθαι καλούμενοι. sic legit Raphaël Volaterranus.

Pag.26. l.11. τῷ ἐς αὐτὸν ἄχθει. An ἔχθει?

lin.17. τεθρυλλημένος τε τὴν δίαιταν. Rectius, τεθρυμμένος.

Pag.27. l.10. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Σολομῶντα καὶ Πηγασίῳ. Casus nō cohærent.

lin.30.

lin.30. Ἀναστασίῳ τὴν βασιλείαν παραλαβόντι, πόλεμος. Rationes Grammaticæ hîc nullæ. Restitue, Ἀναστάσιος τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πόλεμον πρὸς, &c. Sed ne illos casus loco moueret librarius, pro ὁπλίζει, reposuit κατέστη.

lin.36. Ἰουστινιανὸν ἁμαρτάδος τινός. Librariorum solemnis hæc incuria est, vt Iustini, atque Iustiniani nomen promiscuè ponant. In reliqua Procopij historia Augustæ impressa non rarò eum lapsum obserues; necnon etiam in libris aliorum Autorum: in hoc libello non semel occurrit pag.49. lin.8. pag.58. l.35. pag.86. lin.19. De Iustino autem, non de Iustiniano hîc loquitur Procopius.

lin.38. ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφιεῖν. Ex consueta Procopij loquendi forma scribendum ἀφανίζειν.

Pag.28. l.22. ἐς ἀνθρώπων ἠφανίστο. Lege ἐξ.

lin.38. ἡ *** ἐπίκειται. Si licet ex ingenio supplere quæ desiderantur, ita legendum puto, παρὰ τῆς ἀρχῆς ᾗ ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο. Sic loqui Procopius consueuit. Officium illud erat Præfecti Caniculo, vt in Notis Historicis monui.

Pag.29. l.30. μυριάδας πολλὰς ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. Delendum censeo, ἐξ, ne battologia laboret oratio; nam esset μυριάδας ἀνθρώπων ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. Deinde παραγομένων ad μυριάδας referri non potest.

lin.34. ἄπαντα νεοχειλουῦ. Omnino legendum νεοχμοῦν. Sic infrà pag.133. lin.29. & apud Suidam, qui citat hunc locum.

lin.40. ἡ * γενόμενοι. Si minus ipsa Procopij verba supplere hîc possumus, saltē sententiam proferamus. ἡ ταύτης ἔξω γενόμενοι. Nam Græci ἔξω γενέσθαι τοῦ κακοῦ eos dicunt, qui è periculo integri euadunt. Id dicere vult hîc Procopius.

Pag.30. l.9. εἰργάζοντο. Serua numerum; nam de Iustiniano sermo est.

lin.17. οὔπω γοῦν δεκταῖος. Censeo legendum δεκαταῖος. Nam paucos post dies occisus est Amantius Eunuchus.

lin.11. Ἀβάντιον. Qui ita scribunt ad similitudinem secundæ & duodecimæ Græcorum litteræ, minus aduertere videntur; nam reliqui Scriptores Græci atque Latini scribunt *Amantium*.

